DECISIONES ROTAE

PROVINCIÆ MARCHIÆ,

MARCO ANTONIO DE AMATIS
Patricio Romano. I. C.

DVDVM ROTAE GENVENSIS, LVCENSIS, & dictæ Prouinciæ Marchiæ Auditore,

MOX D. ROTAE LVCENSIS PRO SECVNDA VICE
Auditore, Auctore, & Collectore,

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE, cum nominibus singularum Ciuitatum, ac Terrarum d. Prouinciæ, quarum Decisiones in hoc Volumine existunt, initijs earundem Decisionum, ac duplici Indice Argumentorum, ſ. ac rerum notabilium locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M D C I.

Apud Georgium Variscum.

ILLVSTRISS.^{MO} ET REVERENDISS.^{MO}

D. HIERONYMO MATTHAEIO

S. R. E. Cardinali Ampliſſimo.

MARCVS ANTONIVS DE AMATIS.
S. P. D.

LIberalem gratificandi voluntatem, vel in munere rei familiaris, vel in opera, ac induſtria conſiſtere latiſſime patet; ſed illud ex arca, hæc ex virtute depromitur. Largitio, quæ fit ex re familiari, fontem ipſius benignitatis exhaurit; ea enim quo in plures vtimur, eo minus in multos vti poſſumus. Largitio vero, quę ex induſtria, & virtute manat, præſtantior, ac ſplendidior, & viro egregio dignior habetur; quia quanto virtus eſt præſtantior opibus, tanto præſtabiliora ſunt officia ex virtute profecta ijs, quæ ab opibus manant. Quod cum me non lateat (Illuſtriſſime, ac Ampliſſime Cardinalis) non conchylia, non tragemeta, non alia edulia; ac munera paucis diebus interitura; ſed induſtriam potius cum virtute coniunctam à te tantum diligi, quæ eó ſunt præſtantiora, quo anima corpore præſtantior eſt. Ideo incitatus ſtudio declarandæ clarius ſingularis meæ erga te obſeruantiæ, has Deciſiones mea induſtria elaboratas, & ad mei ipſius commodum, & memoriæ adiumentum collectas, non eo tamen animo, vt in lucem vnquam prodirent, quas amicorum ſuaſionibus & præcipuè D. Horatij Sergardij Patritij Senenſis I.C. celebris, & in hoc gymnaſio Maceratenſi interpretis ordinarij primarij de mane, typis dare propoſui, tibi conſecro, ac nuncupo; quas non vereor te reiecturum: ſed egregia potius animi alacritate accepturum firmiter confido; cum tu ingenij fœtum pluris faciendum, magiſque diligendum eſſe, quàm omnia fortunæ bona putes: nec id cuiquam mirum videri debet: nam virtutibus affluit, qui alienas amat. Ipſe vero has meas elucubrationes aculeatos inuidorum morſus facile euitaturas eſſe ſpero: cum quia tui nominis vmbone tectæ ſecurę prodibunt: tum quia iſtis hominibus, qui in aliena opera inſpiciētes lynceis (vt aiunt)

oculis,

oculis, & in suis cæcutientes labores alienos damnant, idem contingit quod stomacho vitiatis, ac deprauatis solet, qui quidē, quidquid edunt ciborum, vel salubrium in nutrimentum, & sanguinem minime conuertunt, sed potius in pessimum, & perniciosum succū conflant, & quod quandoque Proculo, & Sabino euenit; quorum alter dum credidit reprehendere Labeonē, irrisus est à Celso l. sed an vltro §. 1. ff de negoc. gest. alter verò fuit correptus, dum Vulpianum corripere existimabat gl. in l. quod seruus ff. deposit. Hinc igitur est, vt nunquam fore putem, vt me has elucubrationes in lucem edidisse pæniteat; Quoniam memoria teneo alios, qui me doctrina, dignitateque longe præcesserunt, maleuolorū aculeos declinare, ac cauere non potuisse: cū nihil sit, quod liuor suis dentibus nō discerpat. & quādo ego nihil cuiquā proficere potuissem: hac tamen vna re sustentor, quod, & alijs propēsam volūtatē declaraui, & tibi (Cardinalis Amplissime) me in perpetuum deiunctū esse ostendi; cui etsi plus præstarē, quàm possem, minus tamen facerem, quàm deberem. Itaque iure quidem optimo tibi primitias frugum ab hoc agro deberi intelligo, vt quasi riuulos licet tenuissimos ad eum vberrimum fontem referam, a quo cursus præsentis laboris emanauit. Tantulum dicet aliquis tanto viro? per pusillum esse fateor, sed non vereor, quæ tua in cęteris rebus erga omnes est humanitas, quin animum potius, quàm munus perpendas. tu. n. cum omnem ante actæ vitæ rationem varijs disciplinis impenderis, nunc, & eruditos iuuas, complexuque excipis viros, & reliquos munificentia tua ad eandem virtutis imitationem inuitas, ac peramanter accersis. Verum in augendis, ornandisq; viris non magis elaboras, quàm beneficij memoriam retinendo, gratiam referri tibi expectas, aut haberi vllo modo putes. Accipe igitur (benignissime Princeps) meum hunc laborem argumentum obseruantiæ, testimonium grati animi, non quale velim, sed quale possum: nec tā quid tuæ dignitati, quàm quid à me præstari possit exequendas. Nunc igitur vnum reliquum est, vt Deum Optimum Maximum præter, ab eoque contendam, vt te ad Christianę Republicæ decus atque amplificationem rebus omnibus florentissimum, & incolumem quàm diutissime tueatur.

Datum Lucæ Idib. Septemb. 1599.

AVCTOR

AVCTOR AD LECTORES.

Dicenas Decisiones suscipe studiose Lector, quas tibi meis lucubrationibus confectas, et iuris professoribus tradere decreui, cuius rei molem viribus tenuissimis meis imparem aggredi ausus fui, tunc ob Prouinciæ dignitatem, & amplitudinem, tum ob vrbis Maceratæ præstantiam (quæ legatorum sede, Rota dicta Prouinciæ, celebrique Gymnasio cum duplici Collegio Insignium J.C. illustrator) quibus ob plurima in me beneficia nullum grati animi argumẽtum melius dari posse existimaui, quàm in eorum per Illustri, & celebri Rota decisa, ac publicè prudentem virorum consilio decreta, et illis, et immortalitati donare, quorum sapientia, consilio, ac prudentia infrascriptæ species communiter, subtiliter ventilatæ terminabantur; à me tandem selecta, discussa, & in lucem edita, præter ad criminale forum spectantes mihi specialiter demandatas, ac minores causas, quas quisque proprio marte, ac consilio decernere potest.

Si quid autem minus eleganter scriptum sit, corrige, & emenda humaniter, & non dedignare obscura, ac inconcinna luci, et concinnati restituere, & prompti animi affectionem hilari fronte excipere.

INDEX PRIMVS, IN QVO materiæ in singulis hisce decisionibus contentæ per capita, & argumenta subijciuntur.

AD MAIOREM COMMODITATEM *Per ordinem Alphabeti.*

A

Ascti-

Minori,

M

MInori, an concedatur restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium. Decis.77.Maior pars Dominorum.

Mulier an possit obligari pro redemptione sui viri. Decis.62. in proposita dubitatione.

N

NVllitas affectata, an excuset à desertione.

Appellatio interposita per coniunctum, an dicatur deserta ex eo, quod non fuit ratificata infra decem dies. Decis.3.Ad euitandam.

Nullitas Processus de qua infra, an obstet.

Dominus, an teneatur pro delicto famuli. Decis.8.Quidam famulus.

P

PAter diuidens bona inter filios assignando cuilibet suam portionem, quem contractum facere dicatur, & an in eo requirantur solemnitates Constitutionis Marchiæ capit. 25. lib. 5. Decis. 51. Contractus diuisionis.

Pœna an possit mitigari ex probatione bonæ famæ. Decis.102.In vna Maceratensi.

Pęna eximentium de carceribus, quæ sit. Decis.99.Dubitatum fuit.

Per lapsum termini à iudice assignati ad arripiendum iter, & comparendum coram iudice, à quo appellatio, an dicatur deserta. Decis.12.Super proposita difficultate.

Positiones, an possint haberi pro cõfessis contra personaliter non citatum, & impeditũ. Decis.74.in vna Firmana.

Prætor Rotæ festiuis diebus, in quibus diebus ius dicere valeat. Decis.75. Prætor Rotę.

Priuilegium alicui concessum, quod inuitus trahi non possit coram alio iudice, quam sibi specialiter deputato, an operetur quando fuit conuentum cum iuramento posse conueniri vbique, & coram quocunque iudice. Decis.81.Dicebam.

Priuilegium in cuius reuocatione requiritur certa forma, an dicatur reuocatum ea non seruata. Decis.17.Rota.

Probatio per iuramentum, an admittatur ad probandam quantitatem. Decis.13.Prosperus.

Promissio de soluendo anterioribus creditoribus, an comprehendat creditorem canonum decurionum post mortem spectantium ad hæredes, & successores, ad quos ex forma contractus emphyteosis est deuoluta. Decis.31.Christopharus Faber.

R

REceptatores quàm incurrant pœnam. Decis.101.Receptans.

Reficiens Pontem ligneum de lapidibus post nunciationem noui operis, an dicatur attentare. Decis.64.Notarius Ioseph.

Regula, quod actor sequatur forum rei, an procedat in causis miserabilium personarum. Decis.105.In vna Montis Granarij.

Reproductio distictæ, seu reuocationis beneplaciti, an sit in societate Officij necessaria infra, quantum tempus fieri debeat, & quare. Decis.1.Honorius.

Res quando est apud aliquem sine causa, quę actio competat, an debeatur interesse, & ex quo die. Decis.24.Quod sententia.

Restituens Rectori Ecclesię pecunias habitas ad censum, an dicatur liberatus si neglexerit eas in tuto ponere. Decis.50.Cum Reuerendus.

Restitutio in integrum appellatione deserta cum maiore quando succedunt minores, an competat. Decisio 97. Iterum proposita.

S

SAlarium, an debeatur pro tempore, quo, quis fuit absens cum licentia. Decis.52. Auditor Rotæ.

Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria, vel diffinitiua, & possit ab eodem iudice reformari, ac contrario imperio tolli. Decis.66. Dominus Iudex.

Sententia de exequendo instrumentum Camerali obligatione vallatum, an debeat retractari sub prætextu simulationis, vel nullitatis, idque generaliter, & indistinctè verum sit. decis.98.Rectè.

Sententia nulla an possit ex nouis actis retractari. Decis.94.Insistendum non videtur.

Seruitus super re emphyteotica, an possit imponi sine consensu Domini directi. Decis. 92.Magister Octauius.

Socet

Finis Index Argumentorum.

INDEX SECVNDVS locupletiſſimus rerum, ac verborum ſingularium.

IN HOC DECISIONVM VOLVMINE EXISTENTIUM.

A

Aequa-

INDEX.

Appella-

INDEX.

B

Causa

Cor-

D

Decre-

INDEX.

Donatio

INDEX.

Ferla

He-

H

I

INDEX.

n.

Læsio

L

INDEX.

I N D E X.

Nun-

INDEX.

periu-

prio-

INDEX.

Q

R

INDEX.

rur

Sententia

INDEX.

subba-

testis

V

Laus Deo & Beatæ Mariæ semper Virgini.

FINIS INDICIS.

DECISIONES ROTAE PROVINCIAE MARCHIAE

COLLECTAE

A D. MARCO ANTONIO DE AMATIS Romano I. C. Clarissimo.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Reproductio disdicta, seu reuocationis beneplaciti, an sit in societate officij necessaria, infra quantum tempus fieri debeat, & quare.

SVMMARIVM.

Pactum est seruandum, num. 1.
Contractus à conuentione legem accipiunt, num. 2.
Verba contractus sunt forma contractus, num. 3.
Animus ex verbis iudicatur, num. 4.
Disdicta societatis officij, an possit fieri extraiudicialiter, num. 5.
Reproductio disdictæ societatis officij est necessaria ad euitandas fraudes, num. 6. & 14.
Præsumitur de præterito in præsens, num. 7.
Alleganti rem non extare incumbit onus probandi, num. 8.
Disdicta societatum officiorum de stilo curiæ, an soleat reproduci, num. 9.
Stylus, quod adsit, an iudex possit se in camera informare, num. 10.
Stylus respiciens ordinem procedendi est modici præiudicij, secus quando respicit decisionem, nu. 11.
Stylus decisorius est legitimè probandus, num. 12. & 56. *Consuetum est seruandum, num.* 13.
Disdictæ societatis officiorum non afficiunt, nisi à die illarum productionis apud acta notarij in cuius officio instrumentum est rogatum, nume. 15.
Disdictæ societatis officiorum infra quantum tempus debeant reproduci, num. 16.
Facere extra tempus, & non facere idem est, nu. 17.
Disdicta infra quindecim dies non reproducta non potest fieri communis vtriq; parti, num. 18.
Disdictam non reproducens videtur declarasse nolle vti, num. 19.
Commodum qui sentit, debet sentire incõmodum, numero 20.
Aequalitas inter socios est seruanda. nu. 21.
Societas est fraternitas, nu. 22.
Verba illa, quod societas intelligatur finita, posita in instrumentis societatum officiorum, quomodo intelligantur, num. 23.
Diuinare quis non debet, num. 24.
Citatio quomodo fieri debeat, nu. 25.
Dictio etiam est implicatiua, & auget num. 26.
Scientia ad hoc, vt afficiat, qualis esse debeat, numero 27.
Citatio an deceat fieri, cum dimissione cedulæ, nu. 28.
Citatio minus sufficiens an arctet, & deuoluat, nu. 29.
Credendum non est cuilibet spiritui, nu. 30.
Notario an credatur in extraiudicialibus sine testibus, num. 31.
Notario an credatur dum dicit aliquid de mandato iudicis fecisse, num. 32.
Disdicta, quando dicatur affecta de actis, nu. 33.

Actus non operatur vltra agentis intentionem, n.34.
Quid requiratur, vt aliquid dicatur de actis, nu.35.
Dies quindecim disdictæ currunt de momento ad momentum, nu.36.
Decedens post disdictam infra quindecim dies amittit pecunias datas ad societatem officij, quam lucratur officialis, nu.37.
Euentus subsequens est ponderandus, nu.38.
Exitus acta probat, nu.39.
Actus subsequens manifestat præcedentem voluntatem, num.40.
Inutiliter, quod fuit idē, et hodie esse præsumitur, n.41.
Notarij sub certa pœna an teneantur litteras præceptorias, notificatoriales, citatoriales, executoriales, seu alio nomine nuncupatas consignure computatori, & ad quem effectum, num. 42.
Notarius quilibet rogatus de actis debat esse diligent ne insilzæ, & acta deperdantur, nu.43.
Relatio citationis, an sufficiat, quod quandocunque superueniat, num.44.
Reproductio disdictæ societatis officij debet fieri infra quindecim dies disdictæ, num. 45.
Consequentia de præterito ad præsens an habeat locum, num.46.
Probare Scripturam esse in manibus notarij an releuet, si non probetur apud eum esse tanquam scripturam de actis, num.47.
Præsumptio ad hoc, vt releuet debet allegari, nu.48.
Producens an dicatur fateri omnia contenta in reproducta, num.49.
Possidere eandem rem duo insolidū non possunt, n. 50.
Scriptura, quando incipiat esse de actis, nu.51.
Præsumitur actum, quod est consuetum, num.52.
Stylus nutritiuus doli, & fraudis non est seruandus, num.53.
Obseruantia est seruanda, num.54.
Stylus contra rationem non est seruandus, nu.55.
Fides contra producentem probat, nu.57.
Ponens dicitur fateri, secus articulans, num. 58.
Contrarietas excludit ab agendo, nu. 59.

DECISIO PRIMA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

HOnorius filius, & heres q. Gasparis Galeotti Iurisconsulti celebris, cum repetijsset à Laurentio Pellicano de d. ciuitate Maceratæ, & litis consortibus certā summam pecuniarū, quam d. eius pater dum erat in humanis dedit, (vt dici solet) *à compagnia d'offitio* modo, & forma, prout late in instrumēto, de quo in actis ad quod &c. sententia cōtra ipsam lata, & causa corā Rota introducta per appellationem interpositam ex parte d. hæredis, & pluries discussa fuit non modice hæsitatum de viribus, & iustitia d. sententiæ, iuribusq; dictorum appellatorū, quasi quod d. appellās ex infrascriptis bonum ius foueret. ratio dubitandi fuit quia cum fuerit in d. instrumento conuentum, quod societas duret per sex menses proxime venturos, & deinde ad beneplacitum ambarū partium cum disdicta quindecim dierum præcedentium, quæ possit fieri etiā donni dimissa copia, & facta disdicta societas hmōi intelligatur, & sit oīno dissoluta; videtur quoq; dictum, quod cum liqueat de d. disd.cta, societas sit finita: sed de ea constat in processu; ergo competit repetitio dictarum pecuniarum, tametsi non cōstet de reproductione citationis, seu intimationis factæ de ea, cū dictum pactum nihil aliud requirat, nisi disdictā, seu reuocationē de qua supra, à quo
1 non potest, nec debet recedi laffi ed. decis.
2 226. quia contractus à conuentione legem
accipiunt, l.1.§.si conuenerit, ff. depos. l. legem, C, de pact. Affl. decis. 293. fuit declara-
3 tum, nu.3.f.232. & verba cōtractus sunt for
ma contractus, quæ propterea seruari, inspici, & ponderari debent, l. huiusmodi ff. de
4 verbor. obligatio. cum ex his animus contrahentium iudicetur Rolan. cons.61. quoniam duæ, num.9. lib.2.
Et tanto magis, quia nō est necessaria aliqua reproductio, cum disdicta, siue reuoca-
5 tio de qua supra potuerit fieri ēt extraiudicialiter, vt per Castrac. in suo trac. de societ.
6 c.60. n.4. f.177. & vbi esset necessaria id intelligitur, vt dicit Rota relata per eundem Castracā. vbi supra, & Bocca. in suo trac. societ. offic. n.14. f.12. respectu fraudium, quæ oriri possunt ante reproductionē, dū citatio, seu intimatio est penes creditorē, secus in casu de quo agitur vbi cessat oīs suspicio fraudū, cū dicta citatio, seu intimatio disdictę, & reuocationis societatis præfatæ fuerit per baiulum sub die 15. Februarij 1591. reportata notario, cui retulit personaliter exequutū fuisse, penes quē ēt hodie esse præsumitur,
7 per ea, quæ hētur per Menoc. de p̄sumpt. q. 24. nu 8. 14. 15. & seq. maxime, qn̄ agitur de rebus variabilibus ex ipso tpis cursu, vel ex ipsius naturæ necessitate, vel ex verisimilitudine, vel ex agendi qualitate, vt dicit idē Menoch. vbi supra, nu.17. & tradit Alcia. de præsumptio. præsumpt.25. n.5. & seq. respe-
8 ctiue f. 79. immo alleganti rem non extare incumbit onus probandi, vt dicit ibi additio in verbo probat.
9 Præsertim, quod de stylo curiæ disdictæ societatū, & reuocationes beneplaciti earūdem non solent reproduci, qui stylus, præter

ter id, quod videtur plene probatus, potue-
10 runt domini in Camera, vbi opus fuerit se informare, cum non respiciat decisionẽ, sed tantum ordinationem, vt probatur per Pedemon. decis. 22. quoniam ex actis causæ, numero decimoseptimo, in vers. non obstat, quod dicebatur, Vant. in suo tracta. de nullita. ex defect. process. numero 86. ratio est, vt inquit Mascard. de probatio. con-
11 clus. 423. nume. 33. lib. 1. fol. 321. quia consuetudo, seu stylus respiciens ordinem procedendi est modici præiudicij, secus vbi respicit decisionem, nam tunc, quia tractatur de maiori præiudicio, requiritur legitima probatio, & facit, quod per eundem habetur in conclus. 1338. numero tertio, lib. 3. absque eo, quod sufficiat informatio iudicis, vt concludit idem Masc. conclus. 423. numero 36. lib. 1. fol. 317. & Rota in nouissimis decis. 331. fuit dictum stylum, numero 1. lib. 1. fol. 106. vbi ad litteram dicit, stylum decisorium esse legitime probãdum, & non sufficere extraiudicialem informationem, quæ ponere videntur d. hæredem
13 in certo casu victoriæ, cum factum appareat, quod fieri est consuetum, à quo recedi non debet.

Quam partem licet vnus ex Dominis secutus fuerit, maior tamen pars informante D. Sabello Tholomęo I. C. eximio te-
14 nuit contrarium, quia cum reproductio disdictæ societatum officiorum ad euitandas fraudes, quæ oriri possent ex non reproductione necessaria sit, vt supra extitit probatum, præcipue, cum Pius Papa Quintus, de quo meminit Boccac. in d. suo tract. societ. offic. nume. 163. fol. 54. ordinauerit dis-
15 dictas huiusmodi societatum non afficere, nisi à die illarũ productionis apud acta notarij, in cuius officium societatis instrumentum est rogatum, non poterat, vt factum fuit, omitti.
16 Nec dicatur, quod de ea constat, quia non dicitur de ea apparere, nisi cõstet, eam infra quindecim dies fuisse reproductam, vt in terminis terminantibus concludit idẽ
17 Boccac. vbi supra f. 53. nam facere extra tẽpus, & non facere equiperantur, per ea, quę colligi possunt ex l. dotem, ff. solut. matrim. l. nec vilam, ff. de petitio. hæredit. l. quod si nolet, §. mancipium, ff. de ædil. ædict. l. qui clauum, §. item sciendum, ff. de ædil. ædict. cap. 2. de translatio. epis. & Veronens. caut. 227. statuta, quandoque nu. 1. fol. 62.

Quam sententiam eo magis maior pars
18 dominorum amplexa, & secuta est, quia disdicta in actis non reproducta infra quindecim dies, vt requirebatur, non potuit fieri communis vtrique parti, ita, vt dicti Ap-
19 pellat. ea vti potuissent sicut d. Appellans, qui non reproducendo, videtur declarasse nolle vti, vt per Boccac. vbi supra, numero 14. fol. 12. seu velle vti, & non vti, prout sibi videbatur, & ideo prodesse non debet, vt inquit Castracan. vbi supra capit. 60. numero 5. fol. 177. nam secundum naturam est,
20 vt si prodesse potuit, potuerit etiam obesse l. secundum naturam, ff. de reg. iur. ad
21 hoc, vt æqualitas seruetur inter socios, l. si non fuerit, §. aristo, ff. pro soc. qui fratres
22 vocari possunt, cum societas sit fraternitas, l. verum in princ. ff. pro soc. quæ non patitur leoninam feritatem. Non officit dum primo loco dicebatur pactum appositum in d. instrumento societatis officij esse seruandum, etiam si non liqueat de reproductione citationis, seu intimationis præfatæ disdictæ, quia verba in eo posita omnem prorsus excludunt reproductionem.

Nam respondetur, quod illa verba con-
23 tractus, per quæ fuit constitutum dictum pactum, apud facta disdicta societas intelligeretur finita, & dissoluta debent intelligi, vbi disdicta fuerit legitime intimata, exequuta, & reproducta, ne quis diuinare co-
24 gatur, & separet ad fraudes. Sed sic est, quod in casu nostro non dicitur constare de aliqua disdicta saltem, quod re-
25 leuet, ergo. Antecedens probatur, quia dicta citatio licet asseratur facta personaliter, non tamen intimatis, & citatis fuit relicta copia d. citationis, seu intimationis disdictæ, vt requiri videbatur ex forma d. contractus in quo dicitur cum disdicta quindecim dierum præcedentium, quæ possit fie-
26 ri etiam domi dimissa copia, nam dictio etiam, cum sit implicatiua, & augeat, vt dicit Paris. consi. 46. Quoniam apud numero 30. & 31. lib. 4. & consi. 36. conuentiones, numero nono, & consil. 65. & placent resolutiones, num. 18. & consil. 98. circa presentem consultationem, nume. 69. lib. 1. & Roland. consil. 27. ex conclusionibus, numero 19. lib. 4. & latè tradit Vulpel. in suo tracta. de præposit. aduerb. & coniunct. significa. in dictione etiam, fol. 35. operatur, quod dispositum de dimissione copiæ, & citatione, quæ fit personaliter ratione implicationis, & vnionis, præcipue, cum ita æquitas, & ratio societatis suadeat, & nulla possit assignari diuersitatis ratio. Sed sic est, quod dum socius, & alij causam habentes fuerunt, vt asseritur, citati & intimati, eis non fuit relicta copia, ergo non potuerũt habere notitiam contentorũ in ea, quo fit, vt eis non noceat d. prætensa dis-

27 dicta, cuius tenor ignoratur, scientia enim ad hoc, vt afficiat, non debet esse simplex, sed scientia facti, cum omnibus suis qualitatibus ad hoc, vt perfecte res intelligatur, vt concludunt Natt. consil. 162. perspecto numero 33. lib. 1. Pedemon. decis. 174. verum quoniam numero 4. fol. 711. Gallesc. ad form. camer. obligat. in rub. reliq. de process. summa numero 9. fol. 135. & Surd. cons. 251. quę mouentur, numero 2. & cons. 262. non sunt leues rationes, numero 70. lib. 2. maxime vbi agitur de magno praeiudicio, vt per Gallesc. vbi supra. Quod alia satis eui-
28 denti, & manifesta ratione comprobatur, nam si nuntius personaliter intimat, seu citat absq; dimissione cedulae, de qua in eius relatione fidem facere tenetur, vt inquit gl. super constitutione Marchiae, cap. 34. lib. 2. in glo. baiulus littera à versic. Relatio nuntij hoc continere debet citatus, & intimatus citantis, & intimātis culpa, & negligentia de facili deciperetur, cum nō teneatur, nec possit diuinare coram, quo iudice, & notario comparere debeat, & quid comparendo respōdere possit, quod non est dicen-
29 dum, nec tolerandum, nam citatio minus sufficiens, vt videtur ista non arctat, nec deuoluit, nisi fuerit lecta, aut saltem citato, etiam non petenti illius copia oblata expensis citantis, maxime quando agitur de citatione prima, vt pluries fuit decisum in Rota teste Lancillot. in suo tracta. de attenta. capitu. 4. in titu. de attent. lit. penden. num. 102. & seq.

Non obstat dum secundo loco dicebatur non esse necesse, quod fiat reproductio diffidictae, cum illa potuerit fieri etiam extraiudicialiter,

Nam respondetur duobus modis, primo, quod praedicta habent locū vbi constat de diffidicta, & beneplaciti reuocatione,
30 sed in casu nostro de ea non constat, nec cuilibet spiritui credendum est, vt inquit Card. in Clement. 1. de renuntia. nume. 14. versiculo quinto, quaero ergo. Nec quicquam facit, quod dicit & scribit notarius in asserta intimatione, & citatione per quā nititur probari diffidicta, & reuocatio societatis, nam praeter id, quod, vt saepè dictum fuit, non constat de eius legitima executione, nempe, quod peruenerit ad notitiam citatorum, & intimatorum non, cre-
31 ditur notario in extraiudicialibus sine testi-
* bus, vt secundum communem* opinionem distinguendo tradit Mascard. de probatio. conclus. 1095. nume. 8. volum. 2. fol.
32 429. prout, nec creditur, dum dicit in dicta citatione, seu intimatione de mandato iudicis, vt tenet idem Mascard. conclus. 32. numero 53. lib. 1. fol. 60. & cōcludit Afflict. decis. 317. in causa cuiusdam legati, nume. 2. & seq. fol. 256. & Guid. Pap. decis. 126. in hac curia parlamenti, numero 1. & seq. & vbi crederetur, idem esset, cum totum consistat in reproductione, de qua notarius nō attestatur, sed solum simpliciter scripsit nuntij relationem sine testibus, secundo, quod Castracan. in praecitato ca. 60. eodem nume. 4. & 5. tenet contrarium, nempe reproductionem esse faciendam, vt fuit di-
33 ctum, qua facta incipit esse communis, & de actis, quia peruenit ad notitiam iudicis Card. in clem. fin. vt lit. pend. nume. 19. & Bart. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infect. & tanto magis est facienda, quia ante productionem d. diffidictae de ea constare non dicitur argumento eorum, quae tradit Bald. in l. 1. §. sed excipiunt, numero 2. ff. de fer. ibi in versic. Item illa productio est probatio pacti.

Non obstat dum tertio loco affirmabatur cessare rationem fraudum, quae committi possunt ex non reproductione, cum citatio seu intimatio d. diffidictę fuerit reportata notario per baiulum, qui eidem retulit personaliter eam executam fuisse, penes quem etiam hodie esse praesumitur.

Quia respondetur non valere cōsequentiam si animaduertitur, quod praefata baiuli reportatio fuit ad alium finem, scilicet ad hoc, vt sub eam notarius scriberet, rela-
34 tionem, quae non potest extendi vltra agentis intentionem, l. si idem seruus de legat. 2. l. si cui pure in fin. ff. ad Trebell. l. verbis vbi doct. ff. de vulgar. & pupillar. actus n. regulatur à fine, in quem dirigitur, l. si is qui in aliena versic. ne mo. n. ff. de acquiren. rer. domin. l. verum, ff. de furt. nec inducere reproductionem, quae ab ipsa parte in-
35 teresse habente facienda erat, quia agitur de impossibili, cum antequam ostendatur peruenisse ad notitiam iudicis, non possit dici de actis Card. in d. Clement. fin. vt lit. penden. numero decimonono, Barto. in d. l. si finita, §. Iulianus, numero decimonono, ff. de damn. infect.

Nec dicatur peruenisse ad notitiam iudicis eo, quod reperitur admissa, si & in quantum, sed quod incępit esse de actis tempore, quo fuit reproducta, vt in term. dicit Vestr. in sua prax. Rotal. capitul. vlt. lib. 7. numero decimo, in vers. & hoc quia fol. 221. quod tempus, cū fuerit ante quinque dies mortis socij, non releuat ipsum reproducentem, cum socius decesserit durante societate, & ante finitos quindecim dies, à

die

36 die reproductionis, qui currũt de momento ad momentum, vt consuluit Eugen. cõ-
37 sil. 48. contracta, num. 11. quo casu quando qui dat pecunias post disdictam infra quindecim dies decedit, officialis pecunias lucratur, vt probant Put. decis. 68. die 15. Decembris lib. 3. Eugen. d. consil. 48. contracta societate, nu. 22. cum seq. & Honded. cons. 38. anno 1584. num. 11.

Et propterea non cessat ratio fraudum, ob quas reproductionem necessariam esse affirmabatur, nec reproductio asserta operatur, tanquam facta tempore incongruo, sed bene ex ea potest facile detegi fraus, & indubiè credi, quod pars, ad quam spectabat reproducere, non reproduxisset, nisi de timore mortis ipsius Gasparis, tunc temporis infirmi cogitasset, vt postea subsecu-
38 tus infra paucos dies euentus mortis, qui multum à legistis ponderatur, vt inquit Bald. in l. 1. C. de furt. numero 13. comprobauit argumento eorum, quæ tradit Mascard. de probatio. conclus. 815. numer. 16.
39 lib. 2. fol. 161. quia exitus acta probat Crau. consil. 18. diuino subsidio, num. 4. & subse-
40 quens actus manifestat præcedentem voluntatem, l. si Iulianus, §. proinde ff. ad Macedon. l. quædam ff. de reb. dub. Roman. consil. 291. cum isti fratres, num. 2. Rot. Genuen. decis. 12. quemadmodum causa, numero 58. fol. 56. Quo argumento etiam tollitur alia consequentia dum dicebatur, fuit in manib. notarij ergo & hodie idem præsumitur, vt in terminis probatur in l. siue possidetis, C. de probatio. & per Mascard. conclu. 873. numero 22. lib. 1. fol. 224. nam,
41 cum ab initio id fuerit inutiliter idem, & hodie esse præsumitur, vt habetur per Bal. in l. ex persona, col. 1. nu. 2. C. de probatio. Innoc. in ca. proposuit de cleric. excommu. & cæteros allegatos per eundem Masc. vbi
✽ supra, n. 1. & seq. qui testatur de communi.✽

Prout nec obstat allegata cõstitutio Marchiæ in c. 13. lib. 1. in vers. in primis, fol. 73. quia ex eius lectura nihil, quod obstet, colli-
42 gitur, quid enim ad rem istã attinet, quod notarijs sub certa pœna teneantur, quascunque litteras præceptorias, notificatoriales, citatorias, executoriales, aut quouis alio nomine nuncupatas sub pœna suspensionis consignare subscribendas eo-
43 rum computatori, si id non fuit factum, & quod quilibet notarius, qui est rogatus de actis, debeat esse diligens, ne infilzẹ, & acta deperdantur sub certa pœna, si non constat d. disdictam fuisse effectam de actis? & si aliquid attinet, quis non affirmabit hoc facere contra allegantem, qui nititur citationi, seu intimationi, in qua non fuit seruata forma d. constitutionis? Nec alia
44 obiectio dum dicebatur, quod sicut in actis voluntariæ iurisdictionis sufficit, quod relatio citantis quandocunq; superueniat ad effectum, vt principalis possit prosequi citationem factam ad sui instantiam allegando Felyn. in capitu. ecclesiæ sanctæ Mariæ de constitu. numero 14. & Boccac. in d. suo tracta. de societa. offic. numero 154. Ita sufficit quandoque reproducere disdictam societatis ad effectum eam exequẽdi, cum in potestate reuocantis sit velle exequi, & exequi, quia consequentia prædicta non trahitur à dictis doctoribus modo, quo allegatur, & vbi traheretur, dicitur debere
45 intelligi de reproductione, quæ fit infra quindecim dies disdictæ, non autem post, vt paulo infra idem Boccac. in d. suo tractatu societa. offic. numero 163. fol. 53. se declarat.

Dicitur præterea redeundo ad id, vnde
46 fuit facta digressio, quod d. consequentia de præterito ad pręsens non habet locum in casu de quo agitur; ad hoc enim, vt talis argumẽtatio procedat, duo externa requiruntur, nempe præteritum verum, & hoc est extremum, à quo, & præsens possibile, & hoc est extremum ad quod vt dicit Menoch. de præsumpt. q. 24. lib. 1. nu. 8. fol. 18.
47 Prout nec valet illa, quæ quandoque fiet de præsenti ad præteritum, per ea quæ ponit Alciat. in suo tracta. de præsumpt. præsumpt. 21. nu. 15. fol. 74. & tradit idem Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 65. nu. 2. fol. 133. qui nempe Alciat. in versi. vbi dicit, & Menoch. num. 4. locis præcitatis declarant id procedere dummodo ex possessione de præsenti non possit colligi aliqua ratio qua argui possit, quod etiam olim possederit. Sed in casu de quo agitur, non probatur, quod fuerit in manibus notarij tanquàm scriptura de actis, sed solum, quod baiulus eam reportauit ad effectum, quod scriberetur relatio in calce eiusdem, ergo.
48 Secundo, quod dicta præsumptio non fuit allegata, quo casu nõ releuat eum pro quo præsumitur Franc. in capitulo ad hæc de appellatio. numero quarto, in versic. bene tamen est verum Alcia. de præsumptio. præsumpt. 21. numero secundo, fol. 72. & Menoch. de præsumpt. quæst. 48. numero vigesimoseptimo, lib. primo, qui tẹstatur de communi.

Et quatenus fuisset allegata, qđ penitus negatur, cũ nõ constet in actis, idem esset, quia videtur sublata per prætensam probationem asserti styli, in quo dicitur disdictas

societatum conseruari, à creditoribus non autem notarijs, quæ ex parte d. Appellantis tanquam acceptata per productionem
49 factam in actis potest præiudicare, cum producens dicatur fateri vera esse omnia, quæ in re producta continentur Iaf. in l. certi condirio §. si nummis num. 34. ff. si cert. petat. & Felyn. in capitu. cum venerabiles, num. 23. de exception. etiam si protestatus fuisset se in parte, & partibus pro se facientibus producere, vt dicit idem Iaf. vbi supra, vbi etiam dicit nihil releuare practicam Procuratorum dicentium, produco instrumentum in passibus, punctis, & articulis facientibus, pro in alijs non Paul. de Castr. in l. vnica, C. vt quæ desunt aduocat, numero 5. & post plures habetur l. 1. commun. opin. in titu. de tabellio. & fide instrumentorum, numero 162. fol. 576. Crauet. de antiquit. temp. in vers. Ampliatur tunc num. 72. to. 17. fol. 131. Roman. cons. 433. quoad primum, numero 11. & ibi Mandos. in verbo non releuat littera H, vbi plures
* allegat, & hanc esse veriorem opinionem* profitetur, nam si conseruabatur, à creditoribus non potuit esse in manibus nota-
50 rij; quia eandem rem insolidum duo possidere non possunt, l. possidere, §. ex contrario, & ibi Bart. in princ. ff. de acquiren. possess. nisi, à die reptoductionis, quæ fuit sub die 18. Aprilis 1591. quo tempore in-
51 cępit esse de actis, etiam, quod commissa fuerit, & relata, vt asseritur per duos menses, & tres dies ante, nempe die 15. Februa-
52 rij d. anni, præcipuè cum id præsumatur actum, quod fieri consuetum est, l. quod si nolit, §. quia assidua ff. de ædilict. ædict.

Non obstat dum quarto loco apponebatur de asserto stylo curiæ, secundum, quem disdictæ societatum non solent reproduci, sed conseruari penes creditorem, non autem Notarium.

53 Quia respondetur huiusmodi stylum non potuisse introduci tanquam nutritiuum doli, vel fraudis, vt notat. per tex. & ibi Doctor. communiter in cap. ex parte, & cap. vltimo de consueru, & nouissime per Valasc. decis. 8. circa vsuras, numero 7. fol. 25. & tanto magis, quia fuit seruatum contrarium tam in curia Illustrissimi, & Reuerendiss. Domini Gubernatoris quàm coram hac Rota tempore prædecessorũ referente d. Sebastiano Medice in vna Reca-
54 netensi die 14. Iuni. 1590. à qua obseruantia non est recedendum, tum quia concordat cum iuris dispositione Barto. in l. 2. in princ. ff. solut. matrim. Ludouic. decis. Perus. 96. Dominus Carolus, numero 11. tum etiam quia dictus stylus est contra rationẽ,
55 quo casu seruari non debet Isern. super vsibus feud. in rubr. si de feud. mili. contro. fue. in versic. mulier habens feudum, numero 2. fol. 57.
56 Secundo, quod vbi potuisset introduci, quod pariter negatur, nõ potuit per fidem a pluribus subscriptam probari, sed per testes iuratos, vt requiritur, quando allegatur prout in casu isto ad decisionem causę, quæ ab hoc articulo tota dependet Mascar. de probation. conclus. 1339. nume. 3. lib. 3.

Non obstat dum quinto, & vltimo loco dicebatur d. Appellantem debere obtinere, quia fecit quod fieri est consuetum.

Nam respondetur, quod immo obtinere non potest, quia non docuit de dicto cõsueto, & fundat se in contrarijs, tentauit enim probare per d. fidem asserti styli, quæ contra producentem plene probat, quod reproductio sæpe dictæ disdictæ non solet fieri, & quod citationes, seu intimationes earundem solent conseruari, à creditoribus, non autem à notarijs, & deinde affirmauit contrarium in positionibus, in quibus dicitur debito tempore reproduxisse disdictam, quia si debito tempore reproduxisset, vtiq; fuisset conseruata à Notario, nõ autem ab ipsa parte creditrice dictarum pecuniarum, prout fuit tentatum probare
58 per assertum stylum, qui nocet sicut confessio, cum ponens dicatur fateri secus articulant Lanfranc. in capit. quoniam contra de probatio. num. 34. fol. 51. Alexan. cons. 71. clarissime Domine, num. 4. lib. 3. & Hieron. de Monte in suo tracta. de finibus, cap. 46. to. 3. par. 2. fol. 343. &c. Quæ contrarietas penitus eum excludit, cum non conueniat audiri, qui secum ipse diffidet l. titiæ, ff. de conditio. & demonstratio. l. 2. §. 1. quand. appel. sit l. 1. C. de furt. l. fin. C. eod. & Fulgos. consil. 20. Pro pleniori veritate in fin. Bald. in l. 1. C. si seru. exter. num. 1. vers. octauo, nota præcipue iuncta cum d. defectu probationis.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO II.

RECANETENSIS.

ARGVMENTVM.

Statuta particularia an prævaleant constitutionibus Marchiæ.

SVMMARIVM.

DECISIO SECVNDA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 NOn est dubium quod statuta in loco pro lege obseruari debent iuxta doctrinam Bar. in l. omnes populi q. 2. princip. ff. de iust. & iur. & Alex. cons. 148. visis quæ in themate, num. 1. volum. 6. cum illa ibi iura communia dicantur secundum Socin. sen. cons. 81. In præsenti consultatione num. 3. lib. 3. & Peregrin. in suo tracta. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nume. 136. fol. 416. Idem nouissime tradit Addit. ad Diaz. in sua pract. crimin. canon. cap. 147. in littera c. fol. 556. dum affirmat ius regni dici ius commune, etiam vbi adessent statuta ciuitatis, vel comitatus principalis, de cuius districtu, & iurisdictione est locus, particulare habens statutum. Corn. consi. 151. In hac consultatione videtur nume. 6. lib. 3. qui dũ loquitur de Ciuitate Perusij, Pisarum, Florentiæ, & Pistorij, dicit quod licet statuta Principis trahantur ad omnes terras ibi subditas, non propterea trahuntur ad loca inferiora habentia specialia statuta contraria, quia ista sunt seruãda, immo vt inquit Marianus Soc. consi. 7. nunc quæsitorum. num. 7. lib. 1. de statuto Aretij, quod debet seruari non obstante statuto Florentiæ, cui subiacet: non recurritur ad caput, quando membrum habet particulare statutum. Castr. conf. 39. In causa præsenti non est tractandum lib. 2. qui loquitur de Prouincia Marchiæ Triuisanæ, & in consil. 129. Statuta Pisana, & in cons. 140. visa reformatione lib. 1. Mandos. in addit. ad Roma. cons. 218. præsens casus in verbo terminetur, qui dicit esse seruandum statu-
2 tum, loci quia species derogat generi Petr. de Anchar. in capitulo primo, prima repetit. numero 21. & 41. vbi loquitur de statutis Pisarum quando fuit subiecta Ciuitati

Florentiæ, quæ retinet sua statuta, & optimè probatur per Rolan.consi.5. præsens articulus, numero 25.& seq. lib. 4. dum dicit quod statutum de testamentis particulatiter loquens magis attendi debet, quàm statutum de errore notariorum generaliter loquens, non faciens specialem, & indiuiduam mentionem de casu, super quo
3 per legem particularē fuit prouisum, quia nunquàm lex vniuersalis se extendit ad casum super quo lex particulariter facta fuit, & quod lex si infanti C. de iur. delib. recipit declarationem per alias leges; immo vt dicit Caccialup. in l.omnes populi, num.9. in fi. ff. de iust.& iur. relat. per add. ad Rim. sen.cōs.9. viso processu agitato in littera A.
4 Si loca non habent particularia statuta, de-
5 bent regi statutis ciuitatis dominantis? Et quod attendatur statutū particulare, etiam concurrenti statuto generali in terminis constitutionis Marchiæ, de qua agitur, & statuti Gualdi dicit Gabr. consi. 29. Plures quæstiones, nu.47. lib. 2. Ratio est vt inquit
6 idem num. 37. quia statutum speciale dero-
7 gat generali, & sub generali lege non comprehenditur casus alio statuto specialiter decisus. Alber.consi.375. statutum num.9. lib. 1. & Honded.consil.13. defuncto num. 11.& 58. vbi ad literam dicit, quod quando castrum habet particularia statuta, illa prius obseruantur, & in defectum ad statuta loci superioris reuertitur.

Et in tantum attenditur statutum speciale, quod nihil refert, an præcedat, vel subsequatur secundum Carpan. in suis lucubrationibus statu. Mediolan. in præl.ad omnia statut. nu. 321. Quod procedit in omni dispositione siue resultet ex sensu directo siue ex sensu contrario, vt in statuto Plebis S. Stephani non obstante statuto Florentiæ consuluit Gozzadin. consi. 37. prima facie videtur per tot. & tradit Borgin. de tutor; & curator. num.86.& 87.

8 Et quod statutum Recanetense loquens de donationibus secundum præfatorum sententiam sit seruandum, non obstante quacunq; generali constitutione Marchiæ maxime quando quæstio est prout in casu isto de re sita in territorio statuentium, vt appellando hanc conclusionem in iure clarissimam, & communem * consuluit Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Alban.consi.20.diuino numine num.7. vbi inter cæteros allegat Paulū de Castro consi. 32. circa primum quæsitum nu. 2. in secunda parte decidentē matrem à statuto Recanatensi exclusam à successione filij extanti bus consanguineis, non excludi à bonis quæ Paduæ sita sunt, & nouissimè censuit Rota decis.452. Domini concluserunt, nume. 4. par. prima, fol. 150. Licet aliquando seruetur statutum ciuitatis dominantis, nō autem statutum loci dominati, vt in terminis statuti Florentini, & Sancti Miniati tradit Brun. Astensi. in suo tract. de statut. art.8. nu. 132. tom.2.fol.205. qui casus non comprehendit præsentem speciem.

Sed bene dubium est an stante constitutione Marchiæ in cap.fi. lib. 6. in qua disponitur, quod primo seruētur constitutiones Papales insertæ, & registratę in volumine constitutionum Marchiæ. Secundo constitutiones Aegidij, & Bertrandi. Tertio constitutiones nostrę. Quarto constitutiones Prouincię Marchiæ non aduersantes his constitutionibus, & à iure non prohibitæ. Quinto iura Canonica, vltimo iura Ciuilia. Debeat seruari dictum statutum Recanetense de donationibus loquens, cum adsit in indiuiduo alia constitutio Marchię cap. 25. lib. 5. disponens circa formā seruandam in alienationibus, & contractibus Minorū, quæ per Illustrissimum, & Reuerendissimum Rodulphum Cardinalē de Carpo legatum fuit extensa ad cōtractus mulierum etiam maiorum, & in quibuscumque contractibus donationum ad obuiandum fraudibus, quę quotidie fiunt.

9 Et dicebatur quod non, quia ex forma d. constitutionis Marchię cap.fin.lib.6. Statutum non seruatur vbi disponit constitutio Generalis Marchię, vt colligitur ex illis
10 verbis (vltimo iura ciuilia) Nam appellatione iuris ciuilis venit statutum secūdum communem opinionem, de qua testatur Becc.consil.1.quęstio proponitur, num.15. & tenet in terminis dictę constitutionis Boccac. super d. constit. vt minor cap. 25. lib.5. gloss. 10. nume. 4. per tex. in §.sed ius inst. de iur. natu. gent. & ciuil. & probat Decian. in suo tracta. crim. cap.23. num. 2. to.1.fo.48. vbi vult id esse ex propria significatione, & latè habetur per Paul. de Cittadin. in suo tract. de iur. patron. in 1.p. in titu. quę sint iurium genera, nu.4. qui latissime qd iuris ciuilis appellatione veniat, declarat.
11 Nec dicatur quod statuta locorum Prouincię non sint sublata per cōstitutionem Marchię, quia Sixtus Quartus in earū confirmatione eis pręiudicare noluit, vt legitur in Bullario Bulla 8.fo.102. In illis verbis. (Absq; tamen pręiudicio statutorū, & consuetudinē vrbis, ciuitatū, terrarū, & locorū specialis cōmissionis hmōi, & illorum cōitatibus vniuersitatibus concessorum indultorū quorūlibet, qbus aliàs nō derogetur.)

Quia

Quia pluribus modis respondetur.

Primo, quod debet intelligi de confirmatis cum clausulis derogatorijs Constitution. ex his quæ infra dicentur.

Secundo, quod loquitur de statutis contrarijs Constitutionibus, de quibus, vt infra est specialiter prouisum.

Tertio, quod dicta Bulla fuit sublata per Bullã Pauli Tertij, de qua in principio Constitutionum Marchiæ sub die 10. Decembris 1544. vigore generalis clausulæ non
12 obstantibus Constitutionibus cæterisque contrarijs, quæ sufficere videntur ad tollendam aliam Constitutionem, secundum ea quæ habentur in cap. dudum de sepult. & per Cassador. decis. 38. passius fuit dubius super regul. num. 7. & Dyn. consil. 8. Quæstio talis est, num. 16.

Quarto, quod vbi non fuisset sublata propterea statuta prævalere deberent, quia nihil de hoc dicit d. Bulla, sed solum, quod confirmat sine præiudicio statutorum, quę in casu suo locum habere non negatur, secundum iuris dispositionem, vt infra.

13 Secundo, quia debent seruari statuta loci dominantis, non statuta locorum dominatorum, secundum Roman. consil. 218. præsens casus, nume. 4. & Boccac. in d. gloss. 10. num. 41.

14 Tertio, quia Constitutiones Marchiæ, vt apparet in cap. 36. lib. 2. auferunt & irritant omnia statuta contra Constitutiones salubriter editas, vt affirmat idem Boccac. vbi supra, numero 42.

ROTA tamen contrariam sententiam tanquam in casu de quo agitur veriorem communi voto amplectendo dixit, Donationem factam seruata forma dicti statuti Recanetensis Validam, & generalem Constitutionem Marchiæ non obstare, Quia quando adest statutum loci particularis, seruatur magis statutum, quàm generalis Cõstitutio Marchiæ, vt præter superius allegata in terminis dicti Recanatensis statuti voluit coram R. P. D. Seraphino Rot. in nouiss. decis. 384. par. 1. per tex. in l. fin. C. de testam. & doctrin. Bald. consil. 201. incip. in Prouincia Anconitana, nume. 2. lib. 1. qui in specie loquitur de statuto Fabriani, quod prævalet Constitutioni Marchiæ Socc. cons. 79. si essemus in terminis, num. 24. lib. 4. quibus additur Borgn. de tutor. & curator. numero 93. & Moron. de tregu. & pac. quæst. 24. num. 8. Dec. consil. 469. visa inquisitione formata, num. 11. Alexand. consil. 151. viso themate suprascripto, nu. 5. volum. 2. & quod dicit eadem Rota in nouiss. decis. 330. Resoluerunt domini in casu, num. 3. par. 2. fo-
16 lio 156. dum loquitur de statuto Bononiæ, quod prævalet Aegidianæ Constitutioni, & Eug. consil. 45. quod Dominus Ioan. Andreas, qui loquitur in terminis statuti Perusini, quod pariter prævalet Constitutioni Marchiæ, etiam quod statuta essent inuicē
17 compatibilia, quia cum statutum procedat ponendo orationem negatiuam, & subdẽdo dictionem nisi, videtur dictum donationes, ita factæ valeant per doct. Bart. in l. actione, num. 1. C. de transact. vbi Dec. nume. 5. Grat. consil. 126. in præsenti causa, nume. 19. libro 2. Pedem. decis. 131. Decetero Astensi, num. 2. & Vulpell. in suo tract. de præscript. aduerb. & coniunct. significat. in verbo, nisi.

18 Et tanto magis attendi debet statutum particulare, non autem Constitutio Marchiæ generalis, quia in cap. Rotæ, nume. 10. fol. 5. Auditores iurauerunt primo non cõtrauenire statutis Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum, necnon prouisionibus, & Constitutionibus dictæ Prouinciæ, quo stante cum primo proponatur obseruantia statutorum, ista cæteris constitutionib. præferri debet, quia prioritas cum tribuat ius
19 non potest postponi pręcipue stante iuramento, quod ad vnguem est seruandum,
20 & si id non sic generaliter intelligendum putem, sed vbi statuta locorum particularium non essent de directo contraria Constitutionibus Marchiæ, vt ad literam probatur in capit. 36. lib. 2. ibi (tamen vt omnia) & ibi (constituimus) folio 113. vbi quod est plus statuta contra constitutiones annullãtur, cassantur, & viribus vacuantur, & in cõstitutione vltima, lib. 6. quæ pariter loquitur, quoties iura, & cõstitutiones reperiuntur contraria, & aduersa, sub quo verbo iura comprehẽduntur etiam statuta, cum infra constitutio post dictum verbum iura addat ad declarandum, de quo iure loquatur, ciuilia, sub quo verbo, vt supra fuit dictum de propria significatione, etiam statuta veniunt.

Idem videtur de mente capitulorũ Rotæ supracitatorum, num. 16. folio 3. licet ex eis primo commissa statutorum obseruantia videatur, nam id limitate, vt in eodem capitulo legitur, factum fuit, nempe dummodo sint Apostolica auctoritate comprobata, licita, honesta, & in vsu existant, ac sacris canonibus, & pręsertim Concilij Tridentini decretis, atque Apostolicis constitutionibus contraria nõ sint, Ratio pręmis-
21 sorum esse potest, ni fallor: Quia statutum loci inferioris non dicitur honestũ, si contradicit statutis loci superioris, Dec. consi-

lio

lio 538. Viso puncto diligenter, nume. 13.
retenta distinctione, de qua infra videlicet,
Quod aut statuta sunt confirmata a Papa,
vel a Rectore Prouinciæ; si a Papa, aut sunt
confirmata cum derogatione constitutionum, & confirmationum Apostolicarum,
& decretorum in ea appositorum, & tunc
siue sint contraria constitutionibus præfatis, siue non, semper in loco statuentiu præualere debent. Cassad. decis. 38. super regul.
Boccac. super dicto consil. vt minorum, capit. 25. Gloss. 10. propè finem, siue derogatione constitutionum supradictarum, &
tunc præualent statuta non generaliter, sed
tantum in his, in quibus constitutionib. con-
23 traria non sunt. Ratio est quia per generalē
confirmationem, & approbationem, non
dicuntur confirmata statuta illicita, vel inhonesta, vel contra leges, & cōstitutiones
confirmantis, quæ possunt aliquod ius no-
24 uum inducere, vt voluit Socc. Sen. consi. 81.
in præsenti consultatione, num. 3. in versic.
vbi concludit, lib. 1. cum talis confirmatio
intelligatur per obreptionem impetrata,
etiam vbi esset facta cum clausula ex certa
25 scientia: Quoniam non est verisimile, Principē voluisse in statuta iusta confirmare, vt
in terminis dicit Io. Gutter. in suo tracta. de
contract. iurat. cap. 38. statuta, nume. 2. & 6.
tomo 6. parte 2. folio 84. & constitutiones,
& leges corrigere, vt post Anton. Butr. & Imolam in c. ex parte de off. deleg. Bar. in l. 1.
§. & parui, colum. 2. num. 3. ff. quod vi, aut
clam, & Dec. in d. c. ex parte, num. 5. consuluit Eugen. consil. 20. Beatissime Pater, numero 11.

26 Vnde clarè & apertè de mente derogare
volentis constare debet Cassador. d. dec. 38.
nume. 8. super regulis, l. si quis in principio
testamenti de legat. 3. capit. 1. de Constitut.
in 6.

Aut sunt confirmata a Rectore, qui habet auctoritatē confirmandi, prout in constitutione Marchiæ, cap. 36. lib. 2. in verbo,
(Nisi sint illa) & tunc dico, quod si sint cōtra constitutiones quod præualent constitutiones, & talia statuta non ualent tanquā
facta contra legem superioris, & formam
27 statutam in dicta constitutione: quam Rector Prouinciæ excedere non potest, l. formam, C. de off. Præfe. Præt. orient. & Illiric.
Clemen. ne Romani de electio. & elect. potest. Paul. de Cast. consil. 169. uiso quodam
processu, lib. 1.

Si uero non sunt contraria, & sic de exceptis in dicta constitutione, tunc præualent
in loco statuentium, tam ex forma dictarū
constitutionum, quàm de iure communi:
nam ut inquit Dec. d. consi. 538. num. 15. uiso puncto locus qui alteri subijcitur, utitur
proprijs constitutionibus, quando honestę
sunt, & aliud nō apparet de mente eius qui
28 locum occupauit, quæ honestas non dicitur adesse, ubi adest repugnantia.

Non obstat, dum dicebatur quod statuta
locorum non seruantur, ubi disponit constitutio Marchiæ uigore dictæ constitutionis, libro 6. cap. fi. quæ disponit ultimo loco
seruari iura ciuilia, sub quo iure ciuili, etiā
statuta comprehenduntur.

Quia non propterea de necessitate infertur, quod semper ultimo loco seruari debeant statuta locorum si consideretur distinctio supra facta, quæ non solum sequenda & amplectenda est, per ea, quæ tradit
Crau. consi. 70. in contractu matrimonij, numero 16. sed penitus tollit omne dubium,
Presertim cum dicta constitutio loquatur
in casu limitato, nempe quoties inter constitutiones, & statuta, ac alia iura reperiretur
contrarietas, non autem in casu, de quo agitur, in quo inter constitutionem dicti cap.
25. ut minorum, lib. 5. & dictum statum Recanetense nulla reperiatur contrarietas,
29 cum ambo tendant ad unum finem, & ad
tollendas fraudes, qui finis uniformis cum
contrarietate aliquo pacto conuenire non
potest.

30 Quia contraria dicuntur ea inter quę nulla est similitudo Bald. in l. 1. C. de furt. num.
21. in uersic. & quia oportet, Itē ea quorū
finis est contrarius & incompatibilis Bald.
in l. 1. C. si seru. exter. in uersic. octauo quæro num. 1.

Et licet aliquando audiuerim nonnullos
ad fugiendum dispositionem dictæ constitutionis, lib. 6. capitu. fi. exponere illa uerba
consti. (vltimo iura ciuilia) idest communia.
31 Quia sit subiectæ materiæ cōuenire extimabant.

Secundo, quia dicta constitutio, cum moueat in principio quæstionem quoties iura,
constitutiones, & eorum dispositiones reperiuntur cōtraria absque eo quod aliquid
dicat de statutis, de eis intellexisse minime
32 dicendum est. Quia quod lex nō dicit, nec
nos dicere debemus.

33 Tertio, quia uerba Rubricæ præfatę constitutionis uidētur excludere statuta, cum
loquantur tantum de diuersis iuribus constitutionum, quæ debent in obseruantia
præualere, nō autem de iuribus statutarijs,
uel saltim declarare Nigrum Pedem. decis.
20. statuto Vercellensi, num. 4. quia ex ca licitè argui potest, Ias. in l. 1. si cer. pet. nu. 13.

cum

cum pluribus similibus.

Crederem tamen quod huiusmodi expositio non sit necessaria stante distinctione circa intelligentiam dictarum constitutionum de qua supra. Immo quod subsistere non possit. Quia, quod dicitur de expositione fundata in subiecta materia tollitur ex verbis subsequentibus constitutionis, nam licet supra constitutio in principio simpliciter posuerit verbum iura in fi. addit. ciuilia, vt legitur in illis verbis (vltimo iura ciuilia). Quo demonstratur non solum comprehendere etiam statuta venientia ex propria significatione dictorum verborum, vt sæpè dictum fuit, sed, quod statuta sint de subiecta materia ipsius constitutionis in particulari.

35 Item quod licet aliquando præcedentia declarent sequentia Socc.consil.52.Dominus labia mea, numero 10. lib. 1. & sequentia declarent præcedentia, in casu, de quo agitur sequentia declarant præcedentia, & non præcedentia sequentia, quia, vt videtur sequētia veniunt per viam expressæ declarationis, prout quoque tollitur, quod arguitur ex principio dictæ cōstitutionis, quę licet aliquid non specificet de statutis, non propterea potest dici, quod non compre-
36 hendat statuta secundum prædicta, quia quod prouenit ex vi illorum verborū (vltimo iura ciuilia) habetur pro expresso.

37 Nec quicquam facit, quod verba rubricæ videantur excludere statuta, & declarare nigrum, cum loquantur tantum de diuersis iuribus constitutionum, quæ debent in obseruantia præualere, quia si nigro magis quàm rubro, tanquam magis deliberato, standum est l. pacta nouissima, C. de pac. cap. 1. de constit, in 6. eo quod in nigro constitutio prædicta specificat omnes iuris cōstitutiones, de quibus generaliter tetigit in rubrica, inter quas vltimo specificat iura ciuilia, appellatione quorum vt sæpè dictum fuit, de propria significatione veniūt statuta; de statutis quoque intellexisse dicendum est.

Non obstat secundum obiectum dum dicebatur quod debent seruari statuta loci dominantis, non locorum dominatorum.

Quia talis opinio est reprobata, vt per Mandos. in addit. ad Roman. consil. 218. Præsens casus duplicem habet in verbo ter minetur littera H, & Dec. consil. 469. Visa inquisitione formata, num. 12. cum supra citatis.

Præterquàm quod id debet intelligi cum distinctione prędicta.

Non obstat Tertium, & vltimum obiectum, in quo dicitur quod per constitutionem Marchiæ, cap. 36. lib. 2. cassantur, & annullantur omnia statuta contra constitutiones ædita, quia non propterea sequitur. Ergo semper preualent cōstitutiones, nam id debet intelligi secundum sæpe dictam distinctionem, ad quàm, ne eadem cantilena repetatur, me remitto.

Laus Deo, & B. Maria semper Virgini.

DECISIO III.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Nullitas affectata an excuset à desertione. Appellatio interposita per coniunctum an dicatur deserta ex eo, quod non fuit ratificata.

SVMMARIVM.

Coniunctus admittitur pro coniuncto, etiam ad appellandum, num. 1.

Nullitas affectata, & procurata allegari non potest, num. 2.

Damnum, quod quis propria culpa sentit sibi imputare debet, num. 3.

Appellatio interposita per coniunctum an debeat ratificari infra decem, num. 4.

Ratihabitio ad hoc, ut trahatur retro, quid requiratur, num. 5.

Ratificatio non operatur, quando res non est integra, num. 6.

Appellatio interposita per coniunctum an possit ratificari post decem dies, num. 7.

Appellatio interposita à negociorum gestore non potest ratificari post decem dies, nu. 8.

Acquiritur per coniunctum mediante ratihabitione non ipso iure, num. 9.

DECISIO TERTIA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

AD euitandam desertionē appellationis, quam Curtius Cupinus opponit ad effectum, vt sententia ad eius fauorem lata exequi valeat contra Hieronymam Berardam. Allegabatur pro parte dictæ Hieronymę nullitas ex defectu

fectu citationis, quia cum monitio fuerit facta ad audiendum sententiam pro die 26. Iulij 1594. Sententia fuit lata sub die 25.

Et vlterius dicebatur nullam extare desertionem appellationis, quia fuit appellatum à coniuncta persona, quæ si admittitur pro coniuncto l. 3. §. sed, etsi fortè vbi Bart. ff. iudi. solu. Crauet. consi. 109. num. 4. volum. 1. Capr. reg. 55. nume. 20. fol. 65. à ter. poterit quoq; pro eo appellare, vt probatur in l. 1. ff. de appellat. recip. & in terminis filijfamilias dicit Guid. Pap. decis. 203. filiusfamilias.

2 Sed contrarium fuit conclusum, quia non potest pro parte dictæ Berardę allegari dicta nullitas affectata, & procurata, cum non prosit l. spadonem, §. fin. ff. de excusat. tut. & §. Item tria onera instit. cod. & l. qui data opera ff. ex quib. caus. maior. & l. 2. §. simili modo, & ibi Bart. ff. si quis caut. & Ferrat. cautę. relat. 18. Iudex maleficiorum, num. 1. & 2. fol. 91. illa namque monitio ad audiendum sententiam, quam fecit iudex pro die 26. fuit ipsa instante intimata pro die 25. & sic reducta ad alium terminum breuiorem, quo casu non potest dici sententia sine citatione, & defensione, sed cũ maiori festinatione, quæ si quãdoq;, quod

3 noluisset, attulit, id sibi tanquàm propria culpa prouenìens imputare debet.

Prout, nec aliquod potest facere fundamentum in allegata appellatione, nam licet Antonius Adrianus appellauerit tanquàm coniunctus dictæ Hieronymæ, talis

4 appellatio non releuat, quia nec infra terminum decem dierum datum ad appellandum aut. hodie C. de appell. fuit ratificata, vt videbatur faciendum ad euitãdam rem iudicatam Rim. Iun. consil. 139. lato, laudo num. 2. lib. 2. & desertionem Guid. Pap. decis. 13. ego tituli anno prædicto, num. 1. & decis. 436. cum materia appellationum, num. 103. Soc. cons. 45. visa appellatione, nume. 10. articulo quinimò lib. 1. Rimin. iun. consi. 203. & prima consideratione videtur num. 53. lib. 2. Vrsil. in addit. ad Affl. dec. 73. emptor cuiusdam, num. 10. fol. 59. Rot. Floren. per Magon. decis. 136. in causa vertente, num. 3. & Marant. in suo spec. part. 6. in rubr. & quandoque appellatur, nume. 218. fol. 445. ratio duplex esse potest, prima quia

5 ad hoc, vt ratihabitio trahatur retro, requiritur, quod tẽpore ratihabitionis actus potuerit geri per ratificationẽ, vt dicit Alex. consi. 78. viso, & diligenter ponderato, numero 22. lib. 5. Pedemon. decis. 119. tertius principalis articulus, num. 23. Crauet. cons.

6 252. proponitur num. 2. Secunda quia ratificatio nũquam operatur, quando res non est integra, & aliqua mutatio rei est facta. Alexan. dicto consi. 78. num. 23. Pedemon. dicta decis. 119. nume. 24. & Paris. consi. 77. scripsi simpliciter alias num. 39. lib. 1.

7 Nec post quod sufficere singulariter affirmat Bald. in sua margarit. in verbo coniuncta persona, dum dicit quod appellatio per coniunctum interposita potest ratificari, etiam post decem dies, secus si interpo-

8 natur ab alio negociorum gestore, in quo ratificatio est de substantia, de quo meminit Rota Lucen. per Magon. decis. 49. publico nume. 29. de qua Baldi opinione licet dubitari possit per præmissa, & ea quæ scribit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 10. num. 88. fol. 176. dum dicit, quod si post annum consanguineus ratificet factum eius nomine à consanguineo, talis ratificatio non retrotrahitur infra tempus anni, in quo erat facienda, quia per coniunctum non acquiritur ipso iure, sed per ratihabitionem l. fideiussor ff. de negoc. gest. Alexan. consi. 40. circa primum videretur, nume. 11. in fi. lib. 5. quibus accedit Crot. in l. si quis pro emptore, num. 55. ff. de vsucap. qui in terminis appellationis dicit, quod coniunctus pro coniuncto potest appellare, sed requiritur ratificatio infra decem dies, sed quia magna est Baldi auctoritas, & ratio, quæ militat in contrarium, non est spernenda, erit cogitandum.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO IIII.

MVRRIVALLIVM.

Fundator Iuris patronatus an possit disponere, quod post mortem vnius Rectoris alter sit Rector.

SVMMARIVM.

Beneficij vacaturi dispositio an valeat, num. 1. & 7.
Voluntas probatur etiam ex actu nullo nu. 2.
Dispositio de conferendo beneficio solum illis de sua consanguinitate, & genere an valeat, num. 3.
Dispositio cap. 2. & vltimi de concess. præb. quando habeat locum, num. 4.
Persona incerta quæ dicatur, num. 5.
Incertitudo, quid operetur, num. 6.
Nullum est quod fit contra inhibitionem, num. 7.
Patronus non potest promittere præsentationem ad beneficium vacaturum, nec alteri dare potestatem præsentandi, cum vacabit, nu. 8.

Colla-

DECISIO IIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN vna dictæ terræ Murtiualliū iuris patronatus, in qua eadē Rota aliàs iudicauit, sub die martis 20. Decēbris anni præteriti 1594. per breue sanctitatis suę eisdem Rotæ Auditoribus delegata, fuit dubitatum, an licuerit quondam Firmano collaterali de dicta terra fundatori dicti iuris patronatus post mortem R. Domini Hieronymi, Thomæ Porphyrij de eadem terra Rectoris in eodem beneficio nominare, quemcunque filium tunc temporis idoneum, tam natum, quam nasciturum ex Appollonia ipsius Firmani sorore germana, & Curio Massuccio de Monte luponum eius viro.

1 Ratio dubitandi fuit, quia licet non valear dispositio beneficij vacaturi ad cuitandum votum captandæ mortis, cap. 2. & ca. vlt. de concess. præben. non propterea ipse
2 nominatus cōtra voluntatem patroni, quæ probatur etiam ex dispositione nulla, & inualida, l. Paulus, ff. de reb. eor. qui sub tut. Roman. consi. 179. amplissime doctor, numero 1. fol. 121. à ter. Royas in suo tracta. de hæret. part. 1. num. 539. fol. 219. tom. 11. part. 2. & Surd. decis. 152. Dominus Aurelius, numero 18. fol. 338. debet excludi, vt in terminis terminantibus cōsuluit Dec. consil. 172. in causa venerabilis, numero 1. fol. 185. hoc enim si esset facile, homines ab huiusmodi ecclesiarum, altariumq; fundationibus alienarentur, quod nō est dicendum
3 præcipue cum his adeo faueri solet, quod licet dispositio de beneficio conferendo solum illis de sua consanguinitate, & suo generi, & non alteri non valeat, eo quod in ecclesia Dei non est exceptio personarū, capitu. nouit de iudic. capitu. indecore de insti. capitu. cum venerabilis de præben. aliquando tamen permittitur cum consensu scilicet Episcopi. Lambertin. in suo tracta. de iur. patronat q. princ. q. 1. part. lib. 1. num. 69. ampliat. 17. etiam tacito, vt per Rocc. de Curt. in suo tracta. de iur. patronat. in §. pro eo quod num. 20. fol. 28.

4 Secunda ratio dubitandi fuit quia dispositio d. capitu. 2. & vltimi de concess. præbē. habent locum in dispositione certæ personæ vt ibi, & probatur per Vgon. cons. 8. Pla-
5 cet mihi subscripto, numero 2. secus, vbi prout in casu isto agitur de persona incerta, quę dicitur, quando testator aliquē animo suo incerta opinione subijcit, vt ad litteram probat text. in §. in certis inst. de le-
6 gat. in vers. incertum autem, nam tunc cessat dispositio dictorum iurium ratione incertitudinis, vt habetur per Auchar. in d. c. 2. de concess. præben. vt quoque videtur in dicta dispositione, vt beneficium conferatur solum illis de sua cōsanguinitate, & generi, & non alteri.

7 Sed cum maturitate discusso dub... mini tenuerunt contrarium app...

...uo
...io Do-
...obando,
quod

quod alias censuit eadem Rota, quia cum agatur de dispositione concernente beneficium, non vacans, sed vacaturum, per quam inducitur votum captandæ mortis penitus prohibita, vt per Dec. consil. 541. visa donatione numero 1.21.& 24. Lap. allegat 84. Dominus Papa, nume. 7. & idem Dec. consil. 542. retenta conclusione, nume. 4. & late per Rebuff. in concord. Franc. in verb. fat. in prohem. & in prax. benefic. in tit. de reprob. benefic. viuent. impetrat. nume. 19. cum pluribus præcedent. & seq. non potuit à dicto Firmano, vt factum fuit sub prætextu asserti iuris patronatus fieri,
7 quia ex quo Papa inhibet ne id fiat in d. ca. 2. cap. constitutus, & cap. fi. de concess. præben. est in totum non solum sublata potestas, sed factum cõtra talem inhibitionem est ipso iure nullũ; etiam si episcopus concessisset, vt in terminus dicit Abb. in dicto cap. constitutus, numero 4. in vers. in ea gl. quia hoc est odiosum propter votũ captandæ mortis Lap. d. alleg. 84. Dominus Papa, num. 7. Rebuff. vbi supra, etiam si Episcopus esset Legatus de Latere, secundũ Abb. in d. capitu. constitutus, numero 3. cum sit de reseruatis Papæ, vt habetur per Gemin. nume. 2. in vers. non quod solus, & Franc. numero 1. in vers. secundo nota in capit. nę captandæ de concess. præben. glo. in clem. fina. de iur. patr. Rebuff. super dd. concordant. Franc. in prohem. in gloss. in verbo
8 fati post princ. Et tanto magis, quia in specie sancitum reperitur patronum non posse promittere præsentationem ad beneficium vacaturum; nec alteri dare potestatem præsentandi, cum vacabit, quia directà, vel indirecta promissio non tenet Abb. in dicto capit. fin. in princ. de concess. præben. num. 6. Roman. consil. 465. in præsenti in vers. Primo quia, Paul. de Cittadan. in suo tract. de iur. patronat. in 6. part. art. 3. vers. 11. quæro q. 41. nume. 73. fol. 67. Lambert. in eod. tract. primo artic. 6. part. lib. 2. fol. 31. & in 18. & 19. art. 1. p. eod. lib. 2. fol. 57.
9 nam sicuti collator non potest promittere beneficium vacaturum, nec alteri dare potestatem conferendi, pariter nec patro-
10 nus, quia ratio, quæ militat in collatore,
11 militat quoque in pręsentatione, cum tam in vno, quàm in alio casu inducatur votum captandę mortis Dec. dicto consil. 541. numero 1. 8. & 23. & cons. seq. nume. 4. cum seq. Cassad. decis. 5. erat à patrono, nume. 3. de iur. patronat. Rolan. consil. 47. visis iuribus num. 53. cum seq. & num. 69. vol. 1. late Rebuff. in locis supracitatis.

…mmo, sicut collatio beneficij non vacãtis facta per Papam non valet, & si facta fuerit motu proprio, quia non est intentionis Papæ velle conferre beneficium, quod de
13 iure communi conferre non potest, nam pręsumitur esse eius intentionis, vt non velit facere contra ius commune adnotat. in capitu. causam, quæ de rescript. prout firmauit Alexan. de Neu. consil. 49. nume. 3. licet possit, cum ipse sit supra ius, Afflict. decis. 292. fuit appellatum Regi, num. 5. stan-
14 te pręcipue dispositione Concilij Tridentini sess. 24. in decret. de reformatione, capit. 19. fol. 238. expresse dispositiones, & gratias ad vacatura tollentis.

15 Ita, & multo minus non valet, quando fuit facta ab inferiore Cœphal. cons. 90 Gulielmus de Rocca bruna, numero 48. lib. 1.
16 qui loquitur de Episcopo, ratio est, quia cum princeps sit iustitiæ plenus id præsumitur velle, quod iura sua volunt Ceph. vbi supra, numero 49. Crauet. cons. 5. Tria sunt principaliter, numero 2. Non obstat prima ratio dubitandi, quia non procedit in his, quæ sunt contra ius, etiam quod fauore patronorum, & ad inuitandum homines ad fundandum ecclesias aliud esset dicẽdum, vt supponitur in obiecto, nam id procede-
17 ret de potestate ligata, quia patronus habet potestatem pręsentãdi ante vacationẽ,
18 sed ligatam, quia si patronus posset pręsentare ante vacationem fiet fraus canoni, de quo in dicto capitu. 2. de concess. præben. vt inquit Card. in dicto capitu. fin. eod. titu. & aperitetur via non solum contra Lateranẽse Concilium ad beneficia vacatura, contra ea quę habentur in capit. cum deliberatione prouida, §. prohibemus, de offic. & potest. iudic. deleg. in 6. sed etiam contra dispositionem Concilij Tridentini dicta sess. 24. in decret. de reform. cap. 19.

Item inuitaretur quis ad desiderandum
19 mortem proximi quẽ quis sicut se ipsum diligere debet Card. in dicto cap. 2. de concess. pręben. nu. 1. in vers. 2. nota, quod pe-
20 nitus fugiendum est, ne malum pręsumatur Card. vbi supra, num. 2.

Secundo respondetur, quod d. cons. Decij 172. est reprobatum, vt latè per Cassad. decis. 5. de iur. patron. Item quod non valet dicere remanere voluntas ex actu nullo, ergo secundum istam voluntatem debet da-
21 ri ius patronatus, quia sola voluntas non sufficit absque pręsentatione, vt non negat Dec. dicto consi. 172. pręcipue mor… cõ-
22 cedente, quia concessio in iure patronatus non operatur, nisi secuta fuerit pręsentatio secundum Ror. decis. 3. de iur. patronat. in nou. fol. 89. quę vult non sufficere patronis eligere,

eligere, vel nominare, seu litteras de presentādo mittere, nisi præsentēt electū superiori, ad quem spectat institutio realiter, infra tempus quatuor mensium, quam sequitur Lambert. in suo tract. de iure patron. in 11. & vlt. princ. quæst. 1. part. 2. lib. nume. 7. vbi dicit, quod ipse in pract. in præsentationib. semper consueuit ponere hæc verba videlicet tales patroni præsentant R.D. Episcopo talem actualiter præsentem, & quod requi-
24 ratur presentia præsentati in terminis dicit Eugen. consil. 84. quod præsentatio, num. 1. etiam alios allegando. Nec aliquid facit asserta voluntas, de qua in eadem ratione dubitandi, nam licet non cōueniat, quod quis contra mentem Domini aliquid consequa
25 tur, nō propterea potest quis facere, quod sua dispositio contra canones valeat Dec. consil. 121. nume. 1. prout quoque non potest facere, quod leges in suis casib. locum non habeāt l. nemo potest, ff. de leg. 1. quia
26 hoc est illicitum, & dispositio de illicitis non valet Couar. in cap. tua de testam. nu. 7. fol. 102.

Non obstat secunda ratio dubitandi in qua dicebatur, quod dispositio dicti cap. vltimi de concess. preben. habet locum in dispositione certæ personæ, non autem vbi persona est incerta, prout in casu isto.

Quia præter id, quod Anchar. in dicto c. 2. loquitur de vniuersitate, in præsenti spe-
27 cie agitur de persona certa, cum sit demōstrata per plures qualitates, l. forma, ff. de cens. nempe per nomen patris, & matris germanæ ipsius testatoris, & patriæ, quod
28 sufficere videtur, nam licet nomina ad recognoscendum homines reperta sint, si tamen alio quolibet modo intelligātur, nihil interest, §. si quis in nomine in fi. instit.
29 de legat. prout dicitur certa etiam si veniret certificanda ex futuro euentu Angel. Aretin. in §. incertis. instit. de legat. vbi citat text. in l. si quis ita scripserit, ff. de reb. dub. siue per relationem ad aliud, l. certum, ff. si cert. pet. Paris. cons. 78. Mag. Dominus Rubeus, num. 9. vol. 1. & cons. 9. tex. in l. si quando, num. 17. vol. 3. Rim. iun. consil. 23. Illustris & generosus Comes, nume. 300. in fi. cum seq. vol. 1. Ceph. cons. 74. multa, & quidem, num. 5. & 6. & num. 20. & 21. lib. 1. quamuis expressio requireretur pro forma Bal. Angel. & Imo. in l. asse toto, ff. de hered. instit. l. vbi autem, §. illud vers. sed qui vinum. vbi etiam Alex. ff. de verb. oblig. quod quando que esset notandum, & ponderandum à iudicibus, qui infra certum breue tempus sub certa pœna causas expedire coguntur, signando particulariter cautelam quā tradit Ferrat. cautel. 47. plerumque nume. 1. fo fol. 102. à tergo, dum dicit, quod sententia lata, prout quisque est condemnandus, vel absoluendus ex actis, valet quia ex actis potest certificari; etiam quod relatio facta fuerit ad casum, qui potest certificari, l. 4. §. si iudex, ff. de re iudic. Aym. consil. 121. scripsi num. 6. nam non refert, an aliquid certum sit specifice, siue per relationem ad aliud Crass. de success. tam ex testa. quam ab intesta. quæst. 16. num. 3. §. institutio, fol. 156. seu vbi nominata esset vna incerta persona de certis, quia dispositio tunc non dicitur incerta, l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. §. sub certa instit. de legat. Aym. cons. 162. nobilis Aubertus Riccheriæ versicu. septimo facit, num. 6.

31 Et tanto magis, quia certitudo potest haberi per demonstrationes Eugen. cons. 59. in causa fideicommissi, num. 2. fol. 167. reiectis exactis, & subtilib. expositionibus iuxta tradita per Paris. cons. 61. ad resolutionē quæstionis datę, num. 44. & seq. lib. 1.

Prout, nec facit quod adducebatur de dispositione, vt beneficium conferatur solum illis de sua agnatione, & consangui-
32 nitate, quia in concessione tam generali non intrat votum captandę mortis, nam viuente primo Rectore ignoratur, quis ex domo sit successurus, & presentandus, cum possint inueniri dę domo pluries idonei, & sic
33 ratione tantę incertitudinis toleratur huiusmodi conditio cum consensu episcopi secundum Lambert. de iur. patron. quęst. princ. q. 1. part. lib. 1. num. 69. ampliat. 17. Secus in presenti casu in quo testator se restrinxerit ad vnum filium idoneum suę germanę, qui dicitur certa persona.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO V.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Ad fundandam iurisdictionem, an attendantur verba libelli, vel sententiæ.

SVMMARIVM.

Libelli verba sunt attendenda, num. 1.
Fallit, num. 2.
Verba sententiæ à qua fuit appellatum attēdi debent, num 3.

Iurisdi-

Iurisdictio limitata limitatum producit effectum, numero 4.

Iudex an possit pronunciare super maiori summa, numero 5.

DECISIO QVINTA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa vertente inter Io. & Simeonem Bonacera appellantem ex vna, & magistrum Christophorum Fabrum appellatum ex altera ad cognoscendũ an causa pertineat ad Rotam, vel ad quemlibet auditorem coram quo introducitur, quia vigore constitutionis Rotalis capitulo 28. fol. 7. Domini non iudicant de causis infra centum, sed quilibet Auditor solus, an sint attendenda verba libelli, vel sententiæ, à qua extitit appellatum.

1 Dicebatur non esse à petitione recedendum, sed attendi debere quid, & quantum fuerit petitum, l. penul. §. quoties, vbi Bald. num. 1. ff. de iurisd. om. iudic. Atil. ct. decis. 297. Pluries fuit discussum, nume. 3. & causam esse cum voto omnium dominorum terminandam. Quia summa petita excedit centum aureos.

2 Sed resolutum fuit oppositum, nam in
3 causa appellationis, non attenditur petitio facta in prima instantia, sed tenor sententiæ à qua fuit appellatum, vt in terminis probatur in l. in offerendis, C. de appellat. vbi glo. in vers. decernendum in princ. Barto. nume. 2. in princ. & Castren. numero 2. in in vers. & nota hic post principium, & tenor sententiæ prædictæ cantat de summa infra centum, ergo. Nec dicatur, quod si prædicta vera essent, iudex appellationis nõ posset reformare sententiam iudicis à quo
4 appellatur in maiori summa, nam qui habet limitatam iurisdictionem in vna summa non potest vltra eam iudicare, l. 2. C. de sport. & ibi Bald. num. 5. & probatur per ea que scripsi infra decis. 9. magister Paulus, num. 17. 22. & seq. Nam respondetur, hoc
5 non esse inconueniens, quia regulariter iudex non impeditur pronunciare super maiori summa si tempore sententiæ summa reperitur maior, quam prima facie videbatur, vt in terminis probatur in l. ampliorẽ, quæ est finalis, §. sed enim scimus, C. de appellat. vbi Barto. numero primo, qui dicit hoc esse notandum, & in l. si idem ff. de iurisd. omn. iudi. numero 2. versic. Sed quæro, vbi id ampliat, etiam quod causa creuerit per tex. in l. item veniunt, §. Cum prædiximus, ff. de petitio. hęred. & authent. contra qui propriam vbi gloss. in verbo facta, C. de non num. pecu. Felyn. in cap. 2. num. 18. vers. intellige, colum. 7. de probation. & Bald. in l. si idem in §. si vna, num. 2. versic. circa primam materiam, & vers. Secundo quæritur.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO VI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Cessionarius an possit agere contra cedentem sibi rem non liberam.

SVMMARIVM.

Cessio est loco solutionis, num. 1.

Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis actio, numero 2.

Dominij translatio, an dicatur impedita per obligationem, & hypothecam, num. 3.

Census, an computetur inter immobilia, nu. 4.

Cessante causa, an cesset effectus, num. 5.

Census constitutus super re aliena, an valeat, nu me. 6

Pretium repeti, quando possit, num. 7.

Cessio non debet esse inutilis, num. 8.

Cedens ad quid teneatur, nu 9.

Cedens rem non liberam, an teneatur pœna stellionatus, num. 10.

Cessio, an sit nulla, quando aliud pro alio ceditur, numero 11.

Paria sunt non facere, & nulliter facere, numero 12.

Cessibile non est, quod non est transmissibile, numero 13.

DECISIO SEXTA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ANnis preteritis Antonius Adrianus cum esset debitor Iosephi, Margaritæ, natorum, & heredum quõdam Iosephi Adriani Maceratẽsis occasione cuiusdam administrationis per eum vti tutorem,

tutorem, & curatorem factæ in florenis dū centis, & vltra, in solutum eis dedit, ac ceſsit quendam annuum censuum florenorum ducentorum sortis principalis impositum, & venditum per Macellum Ferrum, & Lucam Guiglielminum, & promisit illum esse bonum, legalem, ac exigibilem, vt in instrumento, obligatione Camerali vallato plenius continetur. Postea dictus Ioseph, & litis consortes sub prætextu, quod dictus annuus census fuerit detectus nulliter impositus super re non libera, & aliena Domino ignorante egit cōtra sæpedictum Antonium, & Horatium eius fideiussorem ad restitutionem præfatorum du centorum florenorum.

Dubitatum fuit an potuerit agi per dictū Iosephum, & litis consortes contra dictum Antonium.

Et videbatur dicendum, quod non ex
1 defectu actionis, quia cessio est loco solutionis, l. inter causas mandati, §. abesse, ff. mandat. Dec. consil. 99. In causa Ioannis, numero 4. Gozzadin. conſ. conſ. 38. in causa nobilium numer. 8. & Rot. Auinion. decis. 99. Ioannegues in princ. fol. 114. & solu-
2 tione eius quod debetur tollitur omnis actio, l. in numerationibus, ff. de solutionibus, Gozzadin. loco citato cum similibus vulgatis.

Sed contrarium censuit Rota, quia cum fuerit facta cessio census impositi super re non libera, & in alienabili, eo quod erat
3 obligata, & hypothecata pro pretio venditori, & sic impedita dominij translatio Ferrat. caut. 48. si quis vendit, nume. 4. fol. 113. qui de hoc dicit esse casum secundum veram litteram Pisanam in l. si creditor, vbi Bart. §. 1. in princ. ff. de distractio. pignot. Tiraq. de tetract. conuent. §. 3. gloss. 1. num. 6. fo. 639. & Gabr. conclus. 1. de pignor. & hypothec. qui alios plures allegat n. 3. fol. 202. non potuit super ea fieri aliqua impositio census Rodoan. in suo tract. de cens. art. 30. num. 56. in fi. to. 6. part. 2. fol. 169. à ter.
4 Ratio est, quia census cum sit perpetuus habetur pro re immobili, vt per text. in l. si quis inquilinos, ff. de legat. 1. & in l. iubemus nulli vbi gloss. in verbo annonas litte ra N, Bald. Paul. de Castr. & alij, C. de sacr. sanct. eccles. dicit Rodoan. loco citato, numero vigesimosexto, maxime cum pretiū fuerit datum pro constituendo censu in re
5 libera, quo casu causa non sequuta debet redire ad dantem tot. tit. C. de condit. cau. dat. non sequut. vt habetur per Nauar. in suo tract. de vsur. quæstio. 26. numero 116. in fi. & nouiss. per eruditissimum Dominum Ioannem Baptistam Battholinum in suis gloss. de cens. gloss. 5. in vers. vel distinguendo, qui fuit Collega meus in Rota Lu
6 cana anno 1589. vbi dicit, quod si de facto fuerit constitutus census in re aliena absq; domini consensu, contractus est nullus, & iniustus, quia caret substantialibus; iniustus quia est contra ea, quæ sunt de iustitia,
7 & potest pretium repeti, per text. in l. domum, ff. de contrahen. empt.

Et sic cessionarij præfati potuerunt agere contra dictum cedentem; non solum
8 quia cessio non debet esse inutilis, Gerard. singu. 35. dictum est vulgatissimum, numero secundo, fol. 413. sed etiam quia cedens
9 debet facere debitorem verum, vt in terminis probatur in l. si nomen, & l. sequent. ff. de heredit. vel action. vend. & per Bald. consil. 72. Si quæritur de dotibus, numero secundo, lib. 3. Paris. consil. 88. ad veritatem decisionis, numero decimotertio, lib. 1. fol. 159. & Rotam Genuen. decis. 156. Cum Paulus Cibo, numero primo, fol. 212. à tergo, quæ ad litteram dicit, quod cedens tenetur facere bonum nomen de iure, idest obligatum, & non de facto, idest eum esse soluendo, quod quoque videtur probari posse per text. in l. si plus, vel minus in fi. & ibi per gloss. in verbo exigi littera H, ff. de euict. Rot. Florent. decis. 39. causa ista inter dominos numero primo, & Rot. in nouiuissim. decis. 123. in causa, num. septimo, part. 2. fol. 80.
10 Immo, quod plus est forsan, cedens rem non liberam tenetur crimine stellionatus, vt in simili dicitur de vendente alteri rem obligatam asserendo illam esse liberam, & nemini obligatam dissimulādo Negus. de pignor. & hypothec. mem. 1. 3. par. numero vigesimoprimo, tom. sexto, par. prima, fol. 214.

Non obstat quod supra opponebatur defectu actionis, ex eo, quod census cessus est loco solutionis, qua tollitur omnis actio.

Nam id procedit vbi non posset dubitari de viribus cessionis, vt in præsenti spe-
11 cie, in qua, cum nulliter cessio facta fuerit, eo quod aliud pro alio cessum fuit, nempe censum positum super re non libera, pro posito super re libera; & sic inexigibile, vt probatur in l. in venditionibus, ff. de contrahen. emptio. Nihil datum, cessum, seu solutum dici potest,
12 cum nulliter facere, & non facere paria sint iuribus vulgatis præsertim, cum illud, quod non est transmissibile, cessibile non sit, vt videtur probari per Marzat.

zar.consil.86.quod quæsitum est, nume.9. fol.212.à tergo.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO VII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus sine præsentia, & consensu propinquorum ad formam statuti, an substineatur sub prætextu, quod reuera propinqui interuenerunt, sed erronee à notario non fuerunt scripti, vel vigore iuramenti in eo positi; & quomodo debeatur constare de asserto errore.

SVMMARIVM.

Contractus factus non seruata forma statuti non valet, num.1.

Error notarij, cum dicto vnius testis, an dicatur probatus, num.2.

Notarij fides an habeat maiorem vim, quàm vnus testis, num.3.

Notarius habet vim duorum testium, & quandoque trium, num.4.

Error notarij potest probari coniecturis, num.5.

Error à nemine melius probari potest, quàm à suo auctore, num.6.

Notarius quando computetur in numero testium, numero 7.

Dicto alicuius quando est standum, an requiratur iuramentum, num.8.

Iuramentum in teste, cum sit de iure diuino, an possit super eo dispensari, num.9.

Affinem non probare, quomodo intelligatur, numero 10. & 12.

Testis deponens, per verbum, videtur, non probat, numero 13.

Iuramentum an validet contractum nullum, numero 14.

Statutum quando inualidat obligationem, vel contractum factum absque certa solennitate, an possit talis contractus iuramento firmari, num.15.

Absolutio à iuramento, quando contractus est nullus, an possit peti, & veniat concedenda, numero 16.

Actio nulla oritur ex contractu nullo, nu.17.

DECISIO SEPTIMA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa Dominæ Comitissæ Eufredutiæ, contra Dominũ Io. Franciscum Marchesinũ.

1 Fuit communi omnium Dominorũ sententia conclusum, cõtractum, de quo agitur, esse nullum, cum nõ fuerit celebratus, cum præsentia, & cõsensu propinquorum iuxta formam statuti dictæ Ciuitatis Anconæ de contract. mulier.rubr.43.collar.2.de
2 ciuil. etiam quod assertus error notarij resultans ex eo, quod non annotauit in protocolo, & instrumento præfato nomina propinquorum, qui verè interuenerũt; per assertionem eiusdem cum dicto vnius testis diceretur, vt prætendit dictus Marchesinus probatus, iuxta doctrinam Barto. in l. si librarius, ff.de reg.iu.num.14. quam sequitur Paul.de Cast.cõs.364.incipiendo ab vltimo nu.2.lib.2, Masc.de probar.conclus.644.nu.20.p.1.Alex.cons.105.in causa correctionis erroris, nu.4.lib.2.Rimin.sen. cons.403.nu.11.& cons.456. lib.3. & cõprobatur ex his, quæ in fortioribus terminis habentur per Boss.in tit.de fals.n.32.mihi fol.195.à tergo Dec.consil.101.pro renui nu.2. in vers.vnde succedit illud, & Alexan.consi.94.in causa. & lite, nu.12.lib.5. ratio duplex esse potest,
3 prima, quia fides notarij validior est, quam
4 vnici testis dictum, vt per Boss.vbi supra, cũ æquipollat duobus testibus, & quandoque tribus, Io.Franc. Para. in suo tract. de visita. p.2.q.4.nu.36.to-14.fol.197.

5 Secunda quia si error notarij potest probari coniecturis, vt per Soc.cons.94.num.8. lib.2.in vers.error tabellionis Burlat. consi.317.nu.3.vol.3.& Menoch.de præsum. præs.22.nu.8.lib.6.p.2.Item per iuramentum errantis, vt in terminis probat Veronens.cõs.crim.24.visa accusatione nu.12. & Bertazz. in suis consil.crim.cons.8. quoniam nu.56. lib.1.fol.21.à ter. & Decian. cons.66. queritur ergo nu.84.lib.3. fo.442.à fortiori poterit probari per eundẽ notarium cũ vno te-
6 ste, qa error à nemine melius, q̃ à suo auctore probari põt, statur.n. assertioni tabellionis s̃m Bart.Soc.cons.94.præstantissimi, & iustissimi iudices, nu.5.lib.1. quia dũ dicitur errorem probari, per assertionem notarij,
7 cum vno teste, id intelligitur, vbi notarius

for-

formiter iurasset & deposuisset. Rot. Lucan. in nouiss. decis. 123. deserta est, col. 1. in versic. quo stante fol. 186. testibus enim non examinatis, & iuratis nulla adhibetur fides, vt post Aretin. Alexan. Ias. & alios dicit Lauren. de pinu. consil. 120. Magnifici, & excellentissimi, numero octauo, & fuisset examinatus per iudicem, cum aliàs notarius non computetur in numero testium Afflict. decis. 25. in causa petitionis hæreditatis, nu. 4. Prout, nec computatur, vbi agitur de probando actum per instrumẽtum, l. hac consultissima, & ibi glo. & Doctor. C. de testam. Bart. in l. Domitius, numero 3. ff.
✱ eodem, & est comm. opin. *vt post Rolan. consil. 43. vt satisfaciam voto, colum. fin. numero 21. lib. 3. habetur lib. 2. commun. opin. in titu. de testam. numero octauo, mihi fo. 46. & in titu. de Tabell. & fid. instrum. numero 41. lib. 1. fol. 565. secus vbi agitur de probando actum per testes, dicta l. Domitius, ff. de testam. vbi Barto. qui numero 3. distinguit vt supra, & vbi fuerit sibi delatũ iuramentum de veritate dicenda, quorum neutrum apparet in casu, de quo agitur;
8 nam vbicunq; vel ex conuentione partiũ, vel legis dispositione standum est dicto alicuius, huiusmodi dictum debet esse iuratum. Bald. in l. iusiurandum, quod ex conuentione in primo notab. ff. de iur. iuran. Alexan. consil. 64. viso processu, numero 3. lib. 6. Corn. consil. 40. numero 12. lib. 1. latè Marsil. sing. 214. ad validitatem, & Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 30. numero 34. & priuil. 42. numero quarto, de quo in processu exhibito non constat. Ratio est, quia
9 cum iuramentum in teste sit de iure diuino, adeo requiritur, quod nec etiam Papa posset super hoc dispensare, si vera est Marsilij sententia, de qua in singu. 214. vbi hoc pro mirabili reputat, vltra quod non videtur constare de aliquo errore, quia de tribus testibus examinatis pro parte dicti Marchesini, primus nomine Antonius Petro-
10 bellus nihil facit, non ex eo, quod veniat repellendus tanquam cognatus ipsius Marchesini, vt ipsemet fatetur super vndecimo interrogatorio, nã licet Affinis non probet pro Affine, id intelligitur, quando affinitas est inter ascendentes, & descendentes, secus si inter transuersales, vt in casu nostro Mascard. de probation. conclus. 68. lib. 1. numero secundo, Syluan. consil. 36. numero octauo, diuino inuocato suffragio, sed
11 quia deponit extra articulos, nam dum articulatur tantum de interuentu duorum consanguineorum, à statuto requisitorum ipse deponit de tribus, quo casu nõ probat Mascard. de proba. conclus. 1365. nume. 1. lib. 3. fol. 367. præcipue dicta affinitate con-
12 currente, quæ etiam si sola nihil ad minuẽdam eius fidem, vt dictũ fuit, operetur, cũ præmissis coniuncta non modicum vrget.

Secundus testis deponit per verbum vi-
13 tur, cuius testimonium non tanquam verum recipitur Crauet. consil. 6. plura viden da, numero 123. cum simil. vulga. Rot. Bonon. decis. 67. Dubium fuit, numero tertio, fol. 100.

Tertius vero quidquid dicat, ad rem non pertinet.

14 Et si opponeretur dictum contractum, vt supra celebratum sine propinquorum consensu substineri, saltim vigore iuramenti, vt per Soc. consil. 14. visa facti contingen-
* tia, numero 10. qui testatur de communi, * & consi. 80. de duobus principaliter quæritur, numero primo, & 14. lib. 1. Paris. consil. 16. circa præsentem consultationem, num. 88. lib. 2. Tob. consil. 14. viso themate, numero quinto, & Rim. iun. consi. 871. Dominus Ioannes Maria de Paulis, num. 38. lib. 7. fol. 199. à ter.

15 Respõdetur quod quando statutum inualidat obligationem, vel contractum factum absq; certa solennitate, vt in casu isto, non potest talis contractus iuramento firmari, vt per Roman. consil. 12. viso facto numero 4. & per Mandos. ibi in addit. in littera D, Alexan. consil. 196. Perspectis, num. 6. lib. 6. & Ancharan. quæst. 20. nume. 3. lib. 1. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 73. n. 77.
16 in vers. Sexto limita, qui vlterius dicit, quod potest peti absolutio, & dẽt concedi Corn. consi. 99. quanquam videatur in princ. uol. 4. maxime, cum dictum statutum vlterius dicat iuramentum præsumi dolo prẽstitũ, vt in terminis respondit. Idem Alexan. dicto consil. 196. numero quarto, & est com-
* munis * opinio, de qua testatur ibi additio
17 in verbo tanquam per fraudem, ratio est, quia ex huiusmodi contractu nulla oritur actio, nec ciuilis, nec naturalis, vt per Bart. in l. cum lex, numer. quarto, ff. de fideiusso. & Rotam Auinionen. decis. 78. Antonius Margues, num. 12. fol. 93. à tergo.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO VIII.

EXINA.

ARGVMENTVM.

Nullitas Processus, de qua infra, an obstet? Dominus, an teneatur pro delicto famuli?

SVMMARIVM.

Testes examinati sine iuramento, non probant, numero 1.
Iuramentum, quomodo dari debeat, nu. 2.
Papa an possit dispensare, quod testes non iurati probent, nume. 3.
Papa an possit tollere ordinem iudiciorum, num. 4.
Papa omnia potest, num. 5.
Potestas absoluta in Principe, an admittatur, numero 6.
Princeps, an possit derogare priuatorum voluntatibus, & testamentis, num. 7.
Princeps an possit commutare voluntates testatorum, num. 8.
Causa quid operetur, d. nu. 8.
Iuri naturali & gentium an possit derogari decis. 8. quidam famulus d. num. 8. in fi.
Sententia nulla ex defectu Processus, an possit reformari in causa appellationis, nume. 9.
Defectus citationis, & omissionis interrogatoriorum, an possit per Principem suppleri, num. 10.
Defectus mandati est insanabilis, num. 11.
Dominus, non tenetur, ex delicto famuli nume. 12. præsertim, quando erat vir probus, num. 13. Contrarium, num. 14. & 18. & 45.
Dominus an teneatur pro familiaribus, & domesticis vilis conditionis, num. 15.
Ratio non tantum sui reddenda est, sed etiam eorum, qui in seruitio sunt, num 16.
Culpæ Domini adscribitur, quod serui faciunt, numero 17.
Dominus an possit repetere à famulo, quod pro delicto serui soluit, num. 20.
Captus pro repræsalijs potest repetere, quod soluit, numero 21.
Domini in conductione seruorum debent illorum conditionē perscrutari, deinde aduertere, ne aliquem lędant, num. 22.
Natio seruorum est consideranda, num. 23.
Dominus an teneatur pro seruo, si dederit illum pro noxa, nume. 24.
Relatum est in referente, cum omnibus suis qualitatibus, num. 25.
Iuramentum non requirit expressionem uerborum, & tactum scripturarum, sed sufficit, quod generaliter iurent testes dicere veritatem, num. 26.
Testes in causa summaria, an possint recipi, & examinari post conclusum in causa, num. 27.
Appellari an debeat à pronuncia de examinandis testibus post conclusum in causa, num. 28.
Monitio habet vim citationis, nu. 29.
Præsentia non præsumitur, nisi probetur, numero 30.
Præsentia in eodem loco, in dubio præsumitur, numero 31.
Monitio facta per iudicem, an intelligatur facta partibus præsentibus, nu. 32. & 36.
Actus debent aliquid operari, num. 33.
Monitiones iudicis solent fieri partibus præsentibus, num. 34.
Verbum monuit an importet præsentiam, nume. 35. & seq.
Monitio iudicis habet vim peremptoriæ citationis, num. 37.
Citatio peremptoria reddit monitum contumacem ex presium, num. 38.
Contumax verus non potest appellare, nu. 39.
Mandatum quandocumque produci potest, numero 40.
Ratificasse, an dicatur omnia gesta per falsum Procuratorem in prima instantia, qui vtitur processu in ea facto, num. 41.
Probationes persuasiue, & minus concludentes sufficiunt, quando procedit sola facti veritate inspecta, num. 42.
Iudex, quando iudicet, vt Deus, nume. 43.
Electio mala est in culpa, nume. 44.
Discipulus obligat magistrum, num. 46.

DECISIO OCTAVA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Quidam famulus magistri Paul. de Cast. Durātis Marescalchi Exini, cōductus ad adaptandū pedes equorum, componendo soleas ferreas cuidā equo Iacobi Castriplani, in apotheca dicti magistri, secauit ei neruos pedis dextri. 1

Dubitatum fuit an sententię late occasione præmissa ad fauorem dicti Iacobi sub iacerent aliquo vitio nullitatis.

Secundo, an sint reformandæ ex capite iniustitiæ, quasi quod Dominus non teneatur pro delicto famuli?

Et

Et quo ad primum dubium respondeba
tur affirmatiuè. Quia dictæ sententiæ
fuerunt latæ ex processu nullo, pluribus
1 capitibus, aliqui enim ex testibus fue-
runt examinati sine iuramento, quod debe
2 bat dari manu dextera secundum Ioan. Cir
cer. in suo tractat. de primogenitura quæ-
stio. 3. 2. lib. numero trigesimoprimo, to.
10. part. 1. fol. 44. & tactis scripturis, aliàs nō
valeret, vt per Gallesi. ad form. camer. obli-
gat. in sexta part. obligat. camer. 9. 2. nume-
ro decimo, fol. 92. aliqui post conclusum in
causa, & aliqui parte non citata, & sine in-
terrogatorijs; præter id, quod obstat defe-
ctus mandati, vt de primo probat Felyn. in
capitulo constitutus, nume. 16. de rescript.
Marsil. singu. 214. ad validitatem; qui dicit
3 quod Papa super huiusmodi nullitate di-
spensare non potest, & in sua pract. in §. di-
ligenter, num. 66. fol. 60. & Rot. Lucan. per
Migon. decis. 45. in causa illorum de puci-
nellis, num. 10.
4 De secundo Vant. de nullit. ex defe. proc.
nu. 4. qui dicit processum tali casu adeo esse
nullū, quod nec ē Papa, quo ad forū laico-
rum talem ordinē iudiciorum tollere pos-
5 set, quod intelligo de potestate ordinaria,
non autem absoluta, qua Papa omnia po-
test, capitulo secundo, de concess. præben.
numero quarto, versic. solue Clement. 1. vt
lit. pendent. Abb. in capitulo primo, vt ec-
cles. benefi. sine diminu. confer. Habet n.
vt inquit Hostiens. in summ. de auctor. &
vsu pall. §. fin. fol. 157. alas latas, & liberas,
6 quia nulli subest, & vbique dominatur, li-
cet quod dicitur de potestate absoluta Prin
cipis non admittatur secundum Couarru.
variar. resolut. lib. 3. capitulo 6. numero 8.
fol. 232. qui propterea dicit ibi, numero 9.
7 non posse Principem derogare vltimis pri-
uatorum voluntatibus, & testamētis, etiam
quo ad partem, Van. Controuers. lib. 1. cap.
8 45. fol. 84. Imo. Nec illas commutare, nisi
ex iusta, & necessaria causa, vt disponitur
per Sacr. Concil. Trident. sessio. 22. capitulo
6. fol. 178. etiam de potestate absoluta quia
huiusmodi potestatis plenitudo est supra
debitum Papalis officij, vt inquit Abb. in
d. capitulo primo, numero 11. vt eccles. be-
nef. & ea generaliter vtendum non est si-
ne causa Innocen. in capitulo innotuit, nu-
mero quinto, de electio. fol. 22. Abb. in ca-
pitulo illa quotidiana, numero 1. eod. titu.
& Cardin. Iacobat. in suo tracta. de concil.
articulo quinto, numero 134. tom. 13. fol.
316. quia illa est tantæ importantiæ, quod
vbi subest non solum receditur à disposi-
tione iuris, & statutorum, vt dixi, infr. De-
cis. 20. Cæsar quondam Ludouici, numero
decimoquarto, sed iuri naturali, & gētium
in parte derogari potest, vt probatur in l.
manumissiones, vbi glo. in verbo nasceren
tur, ff. de iusti. & iur. & per Cyn. in l. sanci-
mus, C. de nupt. & alios citatos per Ioan.
Bapt. Bartholi pronepotem in suo tract. de
arbitr. capitulo decimoquinto, numero 8.
tom. 3. fol. 285.
9 Immo dicit idem Vant. vbi supra nume-
ro septimo, hæc nullitas ex defectu proces-
sus substantialis adeo est & releuans, quod
sententia hac ratione nulla per iudicem ap-
pellationis reformari non potest, sed dun-
taxat pronunciari nulla.
De tertio Vant. de nullit. senten. ex defe
10 ctu citat. numero decimonono, qui dicit
dictum defectum citationis, & omissionis
interrogatoriorum esse adeo de substātia,
quod nec à statuto, nec à supremo Princi-
pe suppleri potest.
11 De quarto idem Vantius de nullitate ex
defectu mandati, numero 26. & 63. & seq.
qui hunc defectum appellat insanabilem.
Quo ad secūdum dubium dicebatur di-
ctas sententias, tanquam iniustas esse reuo-
candas ex infrascriptis.
Primo; quia non videtur aliquid proba-
tum de dicto famulo cōducto, per dictum
Magistrum Paulum ad dictum effectum.
12 Secundo, quia nemo tenetur ex delicto
alterius, seu facto, nisi id fuerit lege diuina
dispositum vt dicit Corn. consil. 1. in præ-
senti, numero vigesimoquinto, versic. non
obstant adducta in contrarium lib. 3. relat.
per Vrsil. ad Afflict. decis. 82. dubitatur, nu-
mero quarto, quæ non reperitur in casu
isto.
13 Tertio quia Dominus non tenetur pro
delicto famuli, quādo famulus erat vir pro-
bus, & pro tali habitus Tiraq. de pen. temp.
caus. 51. num. 58. fol. 437.
Sed contrarium de iure in casu de quo a-
14 gitur magis verum existimabatur, quia Do
minus tenetur etiam de facto famuli delin
quentis, vt in terminis dicit Roncagal. in l.
eandem de duob. rei. nume. 154. per text. in
§. si igitur iussu. instit. quod cum eo, qui in
alien. possess. præsertim vbi videtur inducta
ratihabitio, vt per Afflict. dicta decis. 82. nu
mero septimo, & vbi famulus fecit occasio
ne Domini, & ipso sciente, prout in casu
isto, quia tunc censetur fecisse de eius vo-
* luntate, secundum magis cōmunem *opi-
nionem de qua testatur Curt. sen. consilio
quadragesimoprimo, super processu, nu-
mero septimo, relat. per Clar. q. 86. in prin-
cip. in versi. scias etiam, & imputatur domi-

no Cagnol. in l. culpa caret, ff. de regu. iur. numero octauo, ratio est quia, cum sciuerit, tenebatur prohibere Rim. sen. consil. 3. num. 10. in fi. lib. 1.

15 Idem est in familiaribus, seu domesticis vilis conditionis, quorum delicta in tãtum Domino imputantur, quod non potest allegare ignorantiam, cum potuerit cogitare eos talia facturos, vt firmat Felyn. in cap. Petrus de homicid. volunt. numero septimo, seu in habentibus malam familiam, vt dicit Crauet. consil. 220. Respondeo ad dubia, numero 19. Card. in Clemen. ne in agro, §. porro in versicu. quarto nota, numero 2. de stat. monach. qui loquitur de habentibus peruersam familiam, & Menoch. remed. 1. recup. poss. numero 57. quidum exemplificat de habentibus in familia homines malæ conditionis, & famæ, vt sunt facinorosi, homicidæ, lenones, de quibus etiam meminit Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum. 40. numero quarto, fol. 146. fures, & agrorum depopulatores, dicit meminisse oportet, non sui tantum reddendum esse rationem, sed etiam eorum, qui in serui-
16 tio sunt, quid quid enim ab eis agitur do-
17 mini culpæ adscribitur, l. 1. §. seruorum, ff. naut. capuo. stabul. etiam in foro conscientiæ si est in culpa nõ corrigendo eam, nam tenetur verbo, & exemplo eam corrigere, & si aliquis eorum est incorrigibilis, tenetur eum expellere sum. Angel. in ver. dominus, numero decimoquarto, in versicu. sed quoad conscientiam, & tanto magis quia, vt inquit D. Paulus de quo meminit Lopez. in suo instructo. conscien. capitulo quinquagesimoquĩto, erga seruos in prin. fol. 176. infidelis est, & infideli deterior Dominus, qui notabiliter est negligens circa famulos, seruorumque conscientiam, vt puta, ne assuescant iurare, vt Christianè viuant, Dei præcepta custodiant, confiteantur, & communicent, missam audiant, vel si eis, notabiliter negligãt, procurare Confirmationem, Extremam vnctionem. Et
18 quod Dominus teneatur pro delicto famuli ad quem seruit, probat Bart. in l. ne quid, ff. de incend. Ruyn. naufr. numero primo, Paris. de Put. in suo tracta. synd. in verbo familiaris, seu familia potestatis, capitulo tertio, numero primo, in versiculo refert. quod Dynus dixit fol. 180. à ter. Boss. in titu. de damn. dat. numero septimo, & in titul. de furt. numero quinquagesimoquinto, Roman. consil. 74. miror cui tanta, numero secundo, Iacobin. de S. Georg. in l. 1. numero primo, ff. ne quis eum. Alciat. de præsumpt. regu. 3. præsump. 40. nume. sexto, fol. 147. sum. Angelic. loco citato, sum. Siluestrina in verbo dominium, numero septimo, fol. 206. à tergo, & sum. Tabien. in verbo dominus, numero octauo, fol. 478. Menoch. consil. 98. duo præcipua, numero 66. lib. primo, Afflict. dicta decis. 82. dubitatur, numero septimo, fol. 65. & ibi Vrsil. in addit. numero sexto, & decis. 53. illo die, numero nono, fol. 49. Roland. consil. 95. arguendo numero vndecimo, lib. secundo, Cephal. consil. 362. conductor domus, numero 23. lib. 3. & Gail. obseruat. 21. nodosa, & tristis, numero sexto, lib. 2. fol. 138. præ-
19 cipue, quando ex facto famuli Dominus sentit commodum, nempe lucrum proueniens ex illo exercitio ad quod erat præpositus, per ea, quæ tradit Boss. in titu. de mandat. ad homicid. numero 52. Vrsil. ad Afflict. decis. 80. dubitatur, numero septimo, fol. 65. à tergo. sum. Tabien. loco citato Menoch. consil. 53. perpensis nomero 15. Calcan. consi. 63. ventura, numero primo, nam tunc debet sentire quoque incommodum, §. fin. Institu. de legit. patron. tute. §. cum autem in fin. instit. de empt. & vendit. l. cum qui, ff. de iust. & iur. l. 2. C. de alluuion. & palu. & l. secundum naturam, ff. de reg. iur.

20 Verumtamen est, quod Dominus, à famulo repetere potest quid quid soluit pro delicto famuli, vtendo scilicet retentione, vel aliter, vt dicit Felyn. in dicto capitulo Petrus, numero 16. de homicid. vo-
21 lunt. vbi plures allegat, sicut dicitur de capto pro repræsalijs concessis ex facto alterius, qui potest repetere illud, quod soluit ab eo, cuius causa repræsaliæ sunt concessæ, vt post Barto. in l. 2. §. Item si in facto, ff. de verb. oblig. numero quinto, vbi Alexan. dicit Boss. in dicto titu. de damn. dat. numero 8.

22 Et propterea Domini in conductione seruorum debent illorum conditionem perscrutari, deinde postquam illos receperint diligenter aduertere, ne aliquem lædant, vt dicit Menoch. consil. 98 duo præcipua, nume. 66. lib. primo, in qua perscru-
23 tatione, non inutile erit considerare nationem, per ea quæ tradit text. in l. quod si nolit, §. qui mancipia vẽdunt, ff. de ædil. ædic.
24 quod cum factum non fuerit, merito tenetur Dominus, nisi dederit seruum pro noxa secundum Alciatum præsumpt. 40. numero primo, fol. 146. vel familiam exhiberet, vt inquit Afflict. decis. 57. illo die quo Rex, numero decimo, fol. quadragesimonono, Decian. consil. 25. stantibus veris, numero 15. lib. 2. fol. 205.

Non

Non obstant opposita circa primum dubium, nam ad id quod primo loco opponebatur de testibus examinatis sine iuramento,quod debebat deferri, vt supra.

Respondetur, quod cum primus testis fuerit iuratus, vt legitur aperte in eius examine, ita,& iurati censeri debent testes postea per eundem examinati, cum in quolibet initio dictus testis dicatur testis vt su-
25 pra, quia relatum est in referente, cum omnibus suis qualitatibus, l.asse toto, ff. de hæredib. instit. cum simil. vulgat.

26 Nec quicquam facit, quod testis non iurauit manu dextera,& tactis scripturis,quia iuramentum non requirit expressionem, & tactum scripturarum, vt post Menoch. consil. 37. Mirari satis non possum, numero 49. lib. primo, Didac. in capitulo quamuis part. 1. in initio, numero quarto, extra de pact. fol.258. Alciat. in Rubr. de iur. iuran.numero vigesimonono,& Simoncell. de decret.iud.lib,3.titu.8.inspect.15.nume. 187.& numero 188. dicit Ludou. conclus. 2.de iur.iuran.in vers. contrarium, fol. 497.
* qui dicit hanc esse veriorem, & communiorem opinionem,quæ seruatur in practica, sed sufficit, quod generaliter iurent dicere veritatem iudici, vel cui commiserit, vt per Tancred. in suo tract. de ord. iudic. de iuramento testium, to.3. part. 1. fol. 64.

Ad secũdum obiectum de testibus post conclusum in causa examinatis. Pluribus modis Respondetur.

Primo, quod de ea non constat,nec constare poterat, saltim quod obstaret. Quia
27 virtute capit. Rotæ capitulo vigesimooctauo,fol. septimo, agitur de causa summaria in qua poterant testes recipi, & examinari post conclusum in causa, etiam ad partis instantiam Pedemon. decis. 1.quoniam ex forma,num.10.

28 Secundo, quod vbi obstaret conclusio in causa,idem esset,cum non fuerit appellatum ab illa prouincia de examinandis testibus facta per Gubernatorem Exij in prima instantia, vt de iure ab illo qui sentiebat se grauatum erat faciendum Barto.in l.à procedente,C.de dilat,numero 3.& 5. Aretin. consi.20.In quæstione numero quinto,versiculo primo qui.

Ad tertium obiectum de defectu citationis, & ommissione interrogatoriorum. Respondetur, quod cum pars fuerit per dictum iudicem à quo monita ad videndum examinari testes, & dandũ interrogatoria, defectus citationis, & examinatio sine in-
29 terrogatorijs non vitiat, quia monitio hẽt vim citationis; in cuius termino si non fuerint data interrogatoria, culpa partis, id vitiare non debet.

Nec dicatur, quod id procederet quando monitio fuisset facta partibus præsenti-
30 bus,quod non presumitur,cum non fuerit probatũ ab allegante Crau. consi.240.Quando appellans, post multa ibi allegata col. 2. nu.3.Menoch.de præsum.ptes.84.lib.2,nu. 13.lib.1.

31 Nam respondetur primo, presentiam in dubio in eodem loco præsumi, vt cõcludit Masc.de probat.conclus.1178.nu. 18.lib.3. prout quoq; s'm eundem conclus.1184.nu. 21.eod.lib.3.præsumitur quando est de substantia rei, nam tunc probatio absentiæ debet esse liquida.

32 Secundo quod dum iudex monuit partes in iudicio arg. eorum, quę tradit Barto. Soc.consi.68.n.3. lib.3. intelligitur id fecisse
33 partibus præsẽtibus ad hoc vt actus aliquid operetur,l.si quando,ff.de legat. 1. & valeat c.abbate extra de verb.signific. Non solum
34 quia monitiones per iudices solẽt fieri partibus presentibus, vt colligitur ex Paul. de Castr.in Auth. cessante C.quomod. & quã. iudex,nu.2.ibi (Sit ergo cautus aduersarius quando iudex est in calculo ferendę sententiæ,quod faciat alteram partem si reperitur in palatio moneri per iudicem pro tali die, & hora compareat ad audiendum senten-
35 tiam) Sed quia vt ex vi,& substãtia d. verbi
36 demõstratur presentia illa interuenisse prę-sumitur,vt post Oldrad.consi.217.super eo, quod fere per totum Bald. in rubr. de contrahen.empt.q.18.n.16.Roman. cons. 509. circa propositam,n.23. vers. restat.ergo discutere tenet Mascard. conclus. 1185.n.23. lib.3.& Nandos.in addit.ad Roman.consil. 509.ad propositam consultationem in verbo traditio littera I, fol. 369. cum verbum monuit importet præsentiam, vt probatur
37 ex vi verbi, & colligitur ex eo,quod monitio iudicis habet vim peremptoriæ citationis Lanfranc. in sua pract. in verbo citationes,nu.15.in vers. tertio dicitur fol.10. à ter-
38 go,quę reddit monitum contumacem ex-
39 pressum adeo quod non potest appellare Paul. de Castr in dicta authent.cessante.C. quomod. & quan. iud.in princ.& quod dicatur verus contumax cõcludit etiam Bar. ibi num.5.

Ad quartum obiectum de defectu mandati respondetur duobus modis.

Primo quod fuit productum statim facta oppositione in hac vltima instantia, quod de iure fieri potuit etiam quod agatur de mandato primæ instantiæ, cum
40 mandatum quandocumque produci pos-

fit Vant. de nullitat. ex defect. inhab. seu mand. num. 118.

41 Et vbi productum nõ fuisset, idem esset, nam cum pars vsa fuerit processu facto in prima instantia in causa appellationis dicitur ratificasse omnia gesta in prima instantia per falsum Procuratorem, etiam quod Rota aliquando tenuerit contrarium, vt per Vant. de nullitat. in tit. qualiter sententia, num. 103. Etenim magis vera, & com-
* munis * opinio est illa, quam in hoc sequitur ead. Rot. per Bellamer. decis. 29. sententia lata in personam in tit. de re iud. vbi dicit ita tenere Palatium.

Non obstant opposita circa secundum dubium, nam ad primum obiectum, dum dicebatur non probari dictum magistrum Paulum habuisse aliquem famulum conductum ad adaptandum pedes æquorum.

Respondetur, quod ex processu appa-
42 ret contrarium, etiam quod probationes non essent ita exactæ, quia cum ista sit causa in qua proceditur sola facti veritate inspecta, eo quod est infra 50. vigore capitu. Rotæ non solum sufficiunt probationes persuasiuę, vt dicit Pedem. decis. 1. nume. 30. 40. & seq. Sed minus concludentes Aretin. cõs. 84. diligẽter põderãt, n. 3. col. pen. Dec. in cap. dilecti, num. 3. de iudic. Ias. in l. certi condictio, §. si nummos, num. 31. & 32. ff. si cert. petat. numero octauo, quia iudex pro-
43 cedit, & iudicat, vt Deus, Grammat. decis. 19. lata sententia, nume. octauo, & Pedem. vbi supra, num. 10. Ad secundum dum dicebatur neminẽ teneri ex delicto alterius, nisi id fuerit diuina lege dispositum. Respondetur, quod dictus magister Paulus non tenetur ex alieno delicto, sed ex pro-
44 prio. cum elegerit nimus idoneum, nam
45 præter id quod mala electio est in culpa, etiam respectu superioris eligentis, quia, vt inquit Petrus de Aragona in suo tractatu de iusti. & iur. quæst. 62. de restitutio. articu. 2. littera B, fol. 144. quamuis Rex, vel Princeps sit dominus officiorũ publicorũ peccat si ea conferat indignis, & est reus omnium damnorum, quæ ex mala illa gubernatione fuerint secuta tanquam ille, qui omnium eorum extitit moralis causa: tenetur Dominus pro delicto famuli etiã quod aliàs non teneretur, vt habetur per Clar. dicta quæst. 86. Hinc infertur cum supra citatis, & facit Rot. Genuens. decis. 14. Quemadmodum, num. 4. Alexan. cons. 44. viso, & discusso numero primo, & 5. lib. 2.
46 qui loquitur de discipulo obligante magistrum Paul. de Castr. in l. 1. §. magistrum, numero quarto, & ibi Barto. nume. 2. ff. de execut. actio. quia debebat prospicere, qualem virum eligebat, & sibi imputare si minus diligentem inuenerit, vt dicit eadem Rot. Genuen. dicta decis. 14. numero 17. Barto. consil. 79. quidam vendidit num. 3. Roncagal. in dicta l. eandem de duob. re. num. 157. & facit doctrina Paul. de Cast. in in l. 1. §. quod nouissime, ff. de publican. & vectigal. numero 2. vbi dicit quod si dominus fuit in culpa malæ electionis, vel deputationis, tenetur de suo Afflict. dicta decis. 82. numero quarto, & septimo, quod proprie conuenit casui nostro, in quo dum dictus Magister Paulus tenebatur eligere famulum peritũ in illo exercitio, præposuit, & elegit imperitum, qui vice adaptandi pedes equorum, eis incidebat neruos.

Licet huiusmodi causa expedita per me non fuerit eo quod pro parte dicti Magistri Pauli fuit oppositum de incompetentia, vt in sequẽti decisione dicetur ad quam &c.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO IX.

EXINA.

ARGVMENTVM.

Qui adit Iudicem incompetentem, & competentem spernit, an puniatur. Causæ minores, per appellationem ad Pratorem deuoluta ex forma capitulorum Rotæ, an possit ventilari coram alio Iudice, huiusmodiq; iurisdictio prorogari.

SVMMARIVM.

Pœna adeuntis iudicem incompetentem quæ sit, numero 1.

Iudex vetitus, quis dicatur, num. 2.

Pœna subtrahentium iura, & probationes alicui, quæ sit, numero 3.

Pœna excommunicati per annum persistentis in excommunicatione, quæ sit, num. 4.

Error præsumitur ex imperitia, num. 5.

Error, an cesset in eo, qui consuluit peritos, numero 6.

Aduocati dicuntur partiales, & eorum consilia non excusant, num. 7.

Appellare ad quem iudicem possit in causis à quinquaginta infra, num. 8.

Exceptio incompetentiæ tanquàm dilatoria debet opponi in principio, non autem post litis contestationem, num. 9.

Exce-

Exceptio incompetentiæ, quando superuenit, potest opponi, etiam post litis contestationem, numero 10.

Iurisdictio potest tacitè, & expressè prorogari, numero 11.

Iudex vnus pro alio assumi, an possit, num. 12.

Iudex sciens causam suæ iurisdictionis ventilari coram alio iudice, an dicatur prorogare iurisdictionem, num. 13.

Iurisdictio à magistratu an possit prorogari. numero 14.

Causa per negligentiam eius ad quem spectabat dicitur effecta de iurisdictione ordinaria, num. 15.

Negligens in exercendo eius iurisdictionem punitur, num. 15.

Rex ob insignem negligẽtiam, à regno deturbari potest, numero 16.

Iurisdictione concessa Prætori super certo genere causarum, an dicatur adepta potestas alterius Iudicis, saltim vbi posita sunt verba taxatiua, num. 17.

Dictio dumtaxat est taxatiua, et excludit omnes alios casus præter expressos nume. 18. Exponitur negatiue nu. 19. & habet vim tacitæ prohibitionis, nume. 20.

Item per ea videtur concessa iurisdictio Prætori tantum, & sic prorogari non potest, nume. 21.

Iurisdictio, quando est limitata non potest prorogari, numero 22.

Prorogatio iurisdictionis de causa ad causam, an fieri possit, num. 23. & 41.

Notarius non potest scribere in causa, etiam de partium volunta te, quando adest vnus notarius deputatus, à superiore, num. 24.

Officium sibi commissum, quis excedere non debet, nu. 25. 32. & 33.

Iudex, quando non habet iurisdictionem nisi quoad certam summam, an possit prorogari, num. 26.

Concessio, quæ fit vni, alteri denegatur, nume. 27.

Lex quando ad plura procedit statuendo, quod vltra fit, dicitur fieri lege prohibente, num. 28.

Limitationis natura, & virtus, nu. 29.

Iurisdictio datur pluribus modis, nume. 30.

Iurisdictio, quando est data discretiuè, an possit prorogari, num. 31.

Iudex specialis, quando adest actus non debet fieri coram alio iudice, num. 33.

Prorogatio, an possit fieri, quando adest iudex limitatus, num. 34. & 41.

Notarius de consensu partium, sine iudicis præsentia, an possit recipere iuramenta testium, si id sibi commissum non fuerit, num. 35.

Iurisdictio voluntaria, an possit prorogari, nume. 36. & seq.

Iurisdictionis voluntariæ, quæ sint, num. 37.

Iurisdictio, an possit prorogari de consensu sui iudicis, num. 38. & 48.

Iurisdictio, quando est limitatum tempus arbitro per statutum, an possit prorogari. nume. 39.

Terminus legalis non potest prorogari, num. 40.

Prorogatio debet fieri in his, quæ sunt eiusdem speciei, num. 42.

Dictio tantum, quid operatur vbi agitur de prorogatione iurisdictionis, num. 43.

Exceptio incompetentiæ, quando dicatur tarde apposita, num. 44.

Iudex prohibitus non potest prorogari, num. 45.

Prorogari non potest, quod non est. nume. 46.

Scientia debet esse specifica, nume. 47.

Dictio taxatiua, quid operetur, vbi agitur de iurisdictione proroganda, num. 49.

Prorogatio iurisdictionis, sicut non potest fieri ad parem, ita nec ad inferiorem, num. 50.

Delegatio facta Prætori eximit ipsum à iurisdiction inferioris, nu. 51.

Prætor in Rota habet primum locum, num. 52.

Prorogatio in causa appellationis fieri non potest, numero 53.

Causæ appellationis sunt mixti Imperij, & pertinent ad auctoritatem superioris, num. 54.

Causæ appellationis in casu necessariæ absentiæ, vel infirmitatis possunt delegari, num. 55.

Delegantis verbis statur. num. 56.

Mandatum speciali requiritur ad prorogandum, numero 57.

Prorogari, nec negligi potest, quod ignoratur, numero 58.

Consensus non trahitur ad ignorata, nume. 59.

Voluntas superioris est attendenda, nume. 60.

DECISIO NONA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

MAgister Paulus de Castro, Durantis Marescalcus Eximus appellans in causa, quam habet, cum Iacobo de Castro Plani, videns se in calculo ferendæ sententiæ adductum, plurimum intentus subterfugijs, & dilationibus, & ad eam procrastinandam, quasi pro comperto haberet se penitus malum ius fouere, quod quale sit in decisione merita causæ tangentia scripsi, non aduertens se incidere in Scyllam, dum cupit euitare
1 Carybdim, quia qui adit iudicem incompetentem, & competentem contemnit potest puniri Bald. in l. sciendum, C. de do-
2 natio. in princ. num. 32. præsertim quando agitur de iudice vetito, vt in terminis consuluit Eugen. consil. 31. Quamuis primarij, num. 46. & vetitus dicitur, quem audire
1 non licet lege prohibente, vt ibi nume. 47. & cadit de actione sua per textum, quem dicunt

dicunt mirabilem Docto. secundum Bart. l.si quis, C.de expens.publ.iud. lib.decimo, vt notatur per Barbat.in addit.ad Bald. in d. l.sciendum in littera F.

3 Prout quoque accidit subtrahenti iura, & probationes alicui, qui perdit causam, &
4 excommunicato per annum persistenti in excommunicatione, qui vlterius priuatur beneficio, & habetur, vt hæreticus, vt de primo probat Veronensis caut.4. si vis impedire, numero secundo, fol.4.à terg.& de secũdo caut.80.volo tibi dare, numero 3.fol.27.
5 nulla habita ratione imperitiæ, quæ forsan cõsiderari posset in d. magistro Paulo, quæ facit præsumere per errorem fuisse liticatũ coram incompetenti Specu. in §.1. numero septimo, in vers. Sed nunquid præsumitur de competen. iudic.addition. Bald. in l. eos, colum.fi. numero 19. C.de appellatio. Alexan. consil. 12. viso. colum. 2. numero 8.lib.6. Vant. in capitu.fin.quan. sent.repar.
6 numero 80.in fi. quia cum consulerit peritos cessat omnis error, vt dicit Alex. d.consil.12. numero 9.lib.6. & excusatio, quæ ex huiusmodi consilio prætendi posset, aduocati enim, cum dicantur partiales, eorum
7 consilia non excusant, vt post Barbat. in addit. ad Bald. in l. terminato, C. de fruct. & lit.expens. colum.3.numero 3. in littera C, in vers. puta quia habuit valẽtes aduocatos qui dicit ita vidisse Angelum decidere in ardua quæstione, dicit Bar. Tægi. in suo tract. crim.part.14.numero decimotertio, to.11. fol. 19. habuit recursum ad exceptionem
8 incompetentiæ tanquam ad herbam Bettonicam, quam fundabat super cap. Rotæ. 30.& 31. respectiuè disponentibus quod in causis à quinquaginta infra, semel tantum ad Prætorem duntaxat appelletur.

Aduersus quam exceptionem plura opponi posse videbantur, cum de iure admittenda non videretur.

9 Primo, quod exceptio incompetentiæ fuit tardè opposita, cum tãquam dilatoria opponi debuisset in principio; capitulo inter monasterium de re iudic. Rubr. in l.naturaliter, §.nihil commune, ff.de acquiren. possess.num.310.lib.1.fol.300.à tergo, Mar. Soc.super 5. decretal. in cap. ad petitionem de accusatio. numero vigesimoprimo, in versicu. dicit enim, nu.30.part.1. siue scienter, siue ignoranter, id fuerit ommissum, non autem post litis contestationem gl. in l. qui procuratorem in verb. omisit, & ibi Bald. sequitur, ff. de procurato. glo. in cap. Pastoralis de except. idem tenent Angel.& Paul.de Castr. in l.de die, §. si seruus, ff. qui satisd. cogant. & Claud. Martner. in d.l.naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquir.
10 possess. numero 169. lib. 5. fol. 273. nisi superuenerit, post litis contestationẽ, de quo dic, vt per eundem, num. 170.

11 Secundo, quod iurisdictio pro parte dicti Magistri Pauli fuit tacitè, & expressè prorogata, quod de iure nõ solum fieri potest, vt per Marian. Soc. in d.capitulo ad petitionem de accusatio. numero 19. super 5. Decreta. part. 1. Sed etiam præiudicauit, cum potuerit ad sui præiudicium in alium consentire, vt dicit idem Marian. Soc. vbi sup. numero 22.

12 Regulariter enim ex tacito, vel expresso partium consensu iurisdictio de persona ad personam prorogari potest, & vnus iudex pro alio assumi, l.1.& 2. §. cõuenit de iudic. l. 1. de iurisd. omn. iud. capitulo significati de for. compet. Spec. in §.generaliter vers. & nota quatuor esse necessaria de compet. iudi. addit. Capic. decis. nona, in causa vertente, numero primo, colum. prima, Grauat. in addit. ad Vestr. lib.8. capitulo secundo, numero 14. Vant. in suo tract. de nullitat.cap. vlt. qualiter sententiæ nullæ reparari possit, numero 78. vbi possunt videri omnes casus, & præcipuè per Bald. in l. si quis ex contractu, num.8. C.de episcop.audient.

13 Tertio quod videtur quoque prorogata per Prætorem, qui dum sciebat dictam causam ad se spectantem ventilari coram incompetenti, id non prohibuit argumento eorum, quæ tradit Alexand. consil. 84. super consultatione præmissa, nume. 2. lib. 5. quod an à prætore fieri poterit, non ambi-
14 gitur, cum possit Magistratus prorogare iurisdictionem in his, quæ sunt eiusdem speciei, nempe si habet iurisdictionem in causis pecuniarijs vsq; ad certam quãtitatem, in causis pecuniarijs poterit prorogare, nõ in causis meri, & misti imperij, quæ est alterius iurisdictionis, nisi in his etiam iurisdictionem haberet, vt ad litteram inquit Bart. in l. inter conuenientes, ff. ad municipal. & incol. nu. 1.

15 Immo per negligentiam eius, ad quem spectabat videtur effecta de iurisdictione ordinaria, & sic ipse Prætor priuatus per ea quæ tradit Felyn. in capitulo cæterum de iud. numero 2. in vers. not. text. ibi, quod debet valde considerari ob multa, quæ ad iurisdictionem prætoris spectant.

Et tanto magis, quia vt inquit Io. Longauallius in repetitione, l.Imperium, ff. de iurisdi. omn. iud. numero 282. volum. 1. fol.
15 326. à tergo. Si quis iurisdictionem suam non exerceat, cum possit, & debeat; non est expectandus vnus, & alter annus, quinquennium,

nium, aut decennium, sed confestim cognita negligentia, quæ ex arbitrio superioris ex lapsu vnus diei, mensis, aut breuioris temporis perpendi, & extimari potest; iurisdictione sua priuandus venit, & à suo of-
* ficio deponendus; vt censent passim doctores post glo. in l. mancipia, C. de seru. fugit, & l. si quos, C. de offic. præfect. prętor. orien. Dicens vlterius ob hoc iure pontificio receptum esse, Regem ob insignem negligentiam, à Regno posse deturbari, & destitui, capitulo grandi de supplend. neglig. prælat. lib. 6.

17 Quarto quia, etsi concessa sit Prætori iurisdictio super certo genere causarum, non propter hoc dicitur adempta potestas alterius iudicis secundum Barto. in l. 1. ff. de offic. præfect. vrb. & alios citat. per Ludouic. conclus. vnica de iurisd. in prin. vbi testatur
* de communi, * etiam si concessio specialiter alicui iudici per verba taxatiua concessa fuerit, vt post Decian. consil. 118. Pro clariori, nume. 22. & seq. lib. 3. dicit idem Ludouic. vbi supra in vers. ampliatur hoc folio 498.

Sed contrarium habito verbo, cum Dominis licet causa non spectaret ad totã Rotam, quia erat infra centum, magis verum visum fuit.

18 Primo, ex natura dictionis duntaxat posita in d. capitulo Rotæ 31. Quæ est taxatiua, & excludit omnes alios casus, pręter expressos Barto. in l. prima, ff. si quis ius dicent. non obtemp. Card. in Clement. 1. vers. Nos igitur de summ. trinit. & in Clement. 1. in princ. in 3. notab. de seq. possess. & fruct. Paul. de Oriano, in l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. numero 74. lib. 1. fol. 208. à terg. Roman. consil. 512. Quo ad primum, numero secundo, & ibi Mandos. in addit. in littera C, Gozzadi. consi. 60. prima facie, numero septimo, & Corn. consil. 66.
19 placet mihi, numero tertio, lib. 3. & exponitur negatiue l. Lucius, §. qui habebat ad Trebel. Decian. consi. 34. Quæritur modo,
20 num. 61. volum. 3. fol. 220. & habet vim tacitę prohibitionis Roman. consil. 114. visis supra consultis, num. 5.
21 Secundo quia per d. dictionem, dumtaxat, videatur concessa iurisdictio Prętori tantum, non autem alijs collegis, & iudicibus Rotæ, quo casu non potest talis limitata iurisdictio prorogari Roman. consil. 132. vt retulit, numero 2. Capyc. decis. 9. In causa
22 vertente, numero 16. vbi dicit, quod quando princeps limitat iurisdictionẽ in certis casibus non habet locũ prorogatio, etiam de consensu partium, & facit Vant. in suo tractat. de nullitat. in titu. de nullit. senten. ex defect. iurisd. numero 51. dum dicit, quod si ex forma statuti, vel aliàs adessent iudices ad certam speciem causarum, puta mercantilium, vsurarum, ædificiorum, dãni dati, viduarum, pupillorum, Iudæorum, aut similium deputatorum, tales iudices etiam ex tacita, seu expressa partium proro gatione, causas alterius speciei iurisdictio-
23 nis audire, & cognoscere non possunt, ex quo prorogatio, duntaxat, de causa, ad causam eiusdem, non autem diuersæ speciei, in qua is iudex nullam habet iurisdictionẽ fieri potest, & in specie Bald. in l. testamenta in prin. in ver. secũdo nota, C. de testam. numero primo, vbi dicit quod quando est certus, & limitatus iudex, nõ habet locum
24 prorogatio in alium iudicem, ad exemplũ tabellionis, qui non potest scribere in causa etiam de partium voluntate, quando adest vnus notarius deputatus per superiorẽ per text. in l. in fraudem, §. quoties in vers. commentariensis, ff. de iure fisci, & in l. 1. num. 1. in vers. quid ergo, C. de sport. idem Bal.
25 in l. 1. in fi. ff. de iudic. ratio est secundum eũ quia non debet quis officium sibi commissum excedere, & de alterius officio tangere, & in l. certa ratione, nume. 4. vers. & per hanc legem terminatur, C. quãdo prouoc.
26 non est necess. vbi formabiliter dicit, quod iudices villarum, si non habeant iurisdictionem, nisi à viginti solidis secũdum formã statuti, & ab inde supra sit cognitio Potestatis, tunc talis iurisdictio prorogari non potest, ratio est secundum eundem triplex.
27 Prima propter denegationem, & cõcessionem, quod enim vni assignatur, alteri denegatur, l. quod in rerum, §. si quis de legat. 1.
28 Secunda, quia quando lex ad plura procedit statuendo, & distinguendo potentias, & per consequens actum, quod quid vltra fit, videtur fieri lege prohibente arg. l. qui alieno, §. libertos de negoc. gest.
29 Tertia ex natura, & virtute limitationis, l. ex facto, §. Item quæro de vulgar. & pupil. Bald. in aut. habita, numero 32. colum. 7. vers. super hoc distingue, C. ne fil. pro pa-
30 tr. vbi distinguendo, quando iurisdictio datur aggregatiue, dinumeratiue, vel distributiue, de quibus non tractatur, dicit, quod
31 quando iurisdictio assignatur alicui discretiue, prout in casu de quo agitur, ita quod vni tantum detur, puta certo magistratui, & iudici particulari; &, tunc nullus est iudex cõpetens etiam prorogatione per text.
32 in l. consulta diualia de testam. vbi non potest quis se intromittere de pertinentibus

ad

ad alium Innocen. in capitulo per venerabilem, in princ. qui fil. sint legit. l. repetita, C. de episc. & cleric. l. testamenta omnia, C. de testam. Sebast. Sapia. in l. 1. ff. de iudic. numero secundo, volum. 1. fol. 469. Idem
33 voluit Bal. in d. l. repetita, numero 36. dum dicit, quod quando adest iudex specialis, actus nō debet fieri cotam alio iudice, quia vnus non debet se intromittere de iurisdictione, & officio alterius, subdens, hoc esse verum de iudice, notario, & quocunque alio officiali, per text. in l. quicunque vbi glo. C. de executo. & exacto. lib. 12. Idem Bald. in l. illud, numero 17. C. de sacr. sanct.
34 eccles. colum. 3. versicu. illud est notandū numero quinto, vbi dicit, quod quando est deputatus, vel limitatus aliquis iudex, partes nō possunt in alium prorogare per text. notab. in l. secundum, C. de donatio. & Ias. in l. si per errorem, numero 6. ff. de iurisd. omn. iudic.

35 Hinc est, quod notarius de consensu partium sine iudicis præsentia non potest recipere iuramēta testium nulla sibi facta commissione, vt post Baldum in l. iudices, C. de fid. instrumen. numero secundo, dicit Pet. de Rau. in suo tracta. de feud. in lib. de pac. const. tit. vnic. colum. 2. fol. 42. Quæ in tan-
36 tum vera sunt, quod procedunt, etiam in voluntaria iurisdictione limitata alicui, quę neque de partium consensu poterit in aliū prorogari. Paul. de Castr. in l. 1. C. de iurisdict. omn. iud. numero 28. Bald. in d. l. illud C. de sacr. sanct. eccles. & in l. secundum C. de donat. vbi loquitur de insinuationibus
37 faciendis cotam certo iudice, quæ quidem sunt voluntariæ iurisdictionis, vt per Barba. in add. ad eund. Bald. in d. l. illud, & quod prorogatio in iurisdictione voluntaria, vt supra fieri non possit, probat Felyn. in capi. ceterum de iudic. nume. 2. in vers. quarto limita, vbi dicit, quod licet prorogatio possit fieri in iurisdictione voluntaria, id non procedit in insinuatione allegādo Baldum in d. l. secundum, C. de donat. quæ vt supradictum fuit, est voluntariæ iurisdictionis. Idem sequitur eruditissimus d. Anton. de Matthæis in suo tracta. de iudic. in princ. de iudic. in princ. in vers. secundum extremum, numero 8. tom. 3. part. 1. fol. 107. vbi ait, quod quando taxatus est iudex, puta, si dicatur, quod solus potestas cognoscere possit, tunc non habet locum, sed omnimodo prohibetur iurisdictionis prorogatio, tam in contentiosa, quàm etiam in voluntaria iurisdictione, etiam si de tacita taxatione ageretur, nempe, quando esset diuisa per quatteria, vel portas iurisdictio, Ias. in d. l. si per errorem, numero septimo, ff. de iurisd. om. iud. quia vnus non potest cognoscere in porta alterius, etiam consensu partium, & illarum prorogatione Bald. in l. testamenta omnia, numero tertio, versiculo. Itē facit hæc lex, C. de testam. D. Anto. de Matthæi. in dicto suo tracta. de iudic. in princ. in d. vers. secundum extremum,
38 numero octauo ad fin. tunc enim dicitur ius prohibitorium adeo, quòd neque sui iudicis consensu tenet prorogati Ang. in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudic. & comprobat Dec. consil. 18. viso puncto pro tenui, col. 3. numero quinto, qui loquitur, quando statutum limitate procedit Roman. in d. cōsi. 132. vt retulit, nu. 2. Capic. d. decis. 9. in causa vertente, & mota fol. 12.

39 Hinc est, quod quando est limitatū tempus arbitro, secundum statutum nō potest prorogari iurisdictio de tempore ad tem-
40 pus licet regulariter possit, quia est terminus legalis. Bal. in d. l. 2. §. sed, & iudicis vers. in glo. Sed adde, ff. de iudic. vt in l. si de meis, §. fin. ff. de arbitr.

41 Item quod quando adsunt iudices deputati ad certam speciem causarū, puta mercantilium, viduarum, pupillorum, & similium nō datur prorogatio diuersæ speciei, vt supra per doctrinam Vantij de nullit. in
42 titu. ex defect. iurisd. num. 51. fuit dictum, nam prorogatio debet fieri in his, quæ sunt eiusdem speciei, vt declarat Bart. in l. intercouenientes, ff. ad munic. & Ias. in l. si per errorem, nume. septimo, ff. de iurisd. omn. iud. & Sebast. supra in d. l. 1. ff. de iudic. nu. 2.
43 vol. 1. fo. 469. precipuè, quando adest dictio taxatiua tantū, vt in terminis dicit Paul. de Castr. in l. 1. C. de iurisd. omn. iud. numero 27. Quia secundum eundem ibi præfata dictio continet tacitam prohibitionem, quo ad alios.

Non obstat primum obiectum dum dicebatur exceptionem incompetentiæ fuisse tarde oppositam, cum id non fuerit factum in principio, & ante litis contestatio-
44 nem. Quia tunc diceretur tardè opposita, vbi per non oppositionem in tempore iurisdictio esset prorogabilis, sed in casu nostro nullo modo prorogari potest, vt supra plenissime fuit demonstratum, ergo.

Non obstat secundum obiectū dum dicebatur potuisse magistrum Paulum ad sui præiudicium in alium iudicem consentire, cum regulariter, ex tacito, vel expresso consensu iurisdictio, de persona ad personam possit prorogari, & vnus iudex pro alio assumi. Respondetur enim id pariter procedere in iurisdictione prorogabili, non autem

tem in casu isto, in quo iurisdictio minime
45 prorogari potest, nã iudex prohibitus non
potest prorogari, vt in terminis respondet
Eugenius d.consil.31.numero 51.& 52.fol.
94.& per plura fuit supra conclusum,& pa-
46 tet, quia nullius iurisdictionis ad aliquem
impossibilis est ꝓrogatio. Ias. in d.l. t. si per
errorem, numero primo, ff. de iurisd. omn.
iud. Vant. de nullitat. in titu. de nullitat. sen-
ten. ex defect. iurisd. num. 51.

Non obstat tertium obiectum, dum di-
cebatur iurisdictionem videri per Præto-
rem prorogatam, & non solum ptoroga-
tam, sed per negligentiam eiusdem effe-
ctam de iurisdictione ordinaria.

Nam respondetur pluribus modis, Pri-
mo, quod non constat de aliqua scientia
ipsius Prætoris, & quatenus constaret non
videtur probari aliqua sciẽtia specifica cau-
47 sæ iurisdictionem tribuens, de qua omni-
no iudici constare debet. Vant. de nullitat.
ex defectu iurisd. nume. 53. quælibet enim
scientia ad alicui præiudicandum non suffi
cit. Quæ etiam vbi probata appareret, idem
48 esset, nam d. iudex, qui dicitur, incompe-
tens, non segessit tanquam delegatus præ-
toris, sed tanquàm ordinarius; quo casu
non potest dici prorogata, vt probatur per
ea, quæ tradit Paul. de Castr. arguendo à
contrario sensu, in l. 1. §. magistrum, nume.
4. & 5. de exercit. act.

49 Secũdo, quod iurisdictio in pręsenti spe-
cie vigore dictæ taxatiuæ est inprorogabi-
lis, vt sæpe fuit dictum, etiam de consensu
sui iudicis, per allegat. doctrin. Angel. in
l. 2. §. sed si iudea, ff. de iudic.

50 Et quatenus posset, sicut non potest dici
facta prorogatio ad pares, vt colligitur ex
dec. consil. 3. & pro tenui facultate, num. 3.
in vers. nec ista responsio, ita nec ad infe-
51 riorem, nam delegatio facta Pretori per di-
ctum capitu. Rotæ 31. eximit ipsum ab iu-
risdictione inferioris. Marian. Soc. super 5.
decret. part. 1. in capitulo ad petitionem, de
accusatio. numero 30. & quod in casu isto
52 fieret prorogatio ad inferiorẽ paret, quia
Prætor in Rota durante eius officio habet
prærogatiuam, & primum locum.

53 Tertio, quod in causa appellationis, pro-
54 ut est ista prorogatio fieri non potest, quia
causæ appellationum sunt misti imperij, &
pertinent ad auctoritatem superioris adeo,
quod etiam vtraque parte cõsentiente non
possunt ventilari apud iudicem incompe-
tentem. Bald. super feud. de pac. constant.
in §. hoc quod Nos numero 21. Marant. in
suo spec. part. 4. distin. 12. numero 22. f. 184.
& Petrus de Rauen. in suo tracta. de feud.
in lib. de pac. constan. tit. vnic. colum. 2. in
vers. nota secundum tom 10. part. 2. fol. 42.
55 licet possint delegari in casu necessariæ ab-
56 sentiæ, & longæ infirmitatis, quo casu sta-
tur verbis delegantis Ferrat. caut. 60. decre
to, nume. 7. fol. 120. à tergo vel alterius iusti
impedimenti, & alijs casibus de quibus per
Iacobin. de S. Georg. in l. iubere cauere in
prima lectura, nume. 6. ff. de iurisdict. omn.
iudic. quid limitar octo modis.

57 Immo vbi fuisset prorogabilis, idem es-
set, quia non constat de aliquo speciali mã-
dato ad prorogãdum iuxta tradita per Ro-
man. consil. 48. inspectis supra, numero 1.
in vers. aut dicitur vbi allegat Innocen. in c.
de causis, numero 1. fol. 52. & in capit. cum
olim Abbas, num. 3. extra de offic. delega.
fo. 59. à tergo, & probant alij citat. per Man
dos. ad dictum consil. Roman. in littera E,
fol. 36.

Quartò, quod stantibus præmissis, nec
prorogatio, nec negligentia aliqua conside
58 rari potest, cum nec prorogari, nec negligi
59 possit, quod ignoratur ratione consensus,
qui non trahitur ad ignorata iur. vulgat. &
multo magis in d. Prætote, qui tunc tempo
ris erat D. Berardinus Sfortia I. C. quidem
doctrina, ac diligentia nemini secundus.

Non obstat quartum, & vltimum obie-
ctum, quo affirmabatur per conclusionem
factam Prætori super certo genere causa-
rum non fuisse ademptam potestatem or-
dinariam alterius iudicis, etiam quod id sit
factum per verba taxatiua.

60 Nam respondetur, id nõ habere locum,
vbi constat de voluntate superioris, vt per
Lud. dicta conclus. vnica de iurisdictio. in
versiculo fallit secundo fol. 498. vbi plures
allegat, sed de ea constat in dicta constitu-
tione Rotali. cap. 3. fol. 7. vbi Papa iubet ab
eorum terminationibus, semel tantum ad
Prætorem dumtaxat appellari. ergo alius se
intromittere non potest.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO X.

ROCHAE CONTRATAE.

ARGVMENTVM.

Clausula codicillaris in testamento posita, quando Posthumus fuit ignoranter preteritus, an inducat fideicommissum.

SVMMARIVM.

Posthumo ignoranter prӕterito clausula codicillaris, an inducat fideicommissum, num.1.

Filius sine culpa priuari non debet bonis paternis, numero 2.

Filij omnibus prӕferuntur, num. 3.

Clausula codicillaris non operatur ad fauorem filij, num. 4.

Filij sunt Domini bonorum Patris, licet exhӕredari possint, numero 5.

Hӕreditas quibus sit magis debita, num.6.

Filijs est magis fauendum, num.7.

Pater prӕsumitur amare filios suos & è contra, numero 8.

Pater prӕsumitur voluisse prӕponere in dubio filios omnibus alijs, num.9.

Prӕsumitur ascendentes velle relinquere bona sua descendentibus, num.10.

Prӕsumitur tacita remissio natis liberis, nume.11.

Conscientiam suam quisque considerare debet, secundum rationem naturalem, num.12.

Clausula codicillaris, an astringat tantum hӕredem in primo gradu ab intestato succedentem, numero 13. & 40.

Clausula codicillaris posita in testamento facto ab imperito, an operetur, nume.14.

Transigentes, & compromittentes, quando sunt ignari, quid agendum, num.15.

Clausula codicillaris an dicatur posita ex capite notariorum, vel de testatoris voluntate, num.16.46. & 47.

Notarij sunt similes cantoribus d. num.16.

Articulus clausulӕ codicillaris posita in testamento, in quo posthumus fuit ignoranter prӕteritus, ob eius difficultatem, aliqui affirmant Principis decisione indigere, alij vero concordia terminari posse, nume.17.

Concordare partes, an cogantur, num.18.

Clausula codicillaris posita in testamento, vbi Posthumus fuit ignoranter prӕteritus quando operetur, numero 19.

Clausura codicillaris concepta, per verba futuri temporis, vbi Posthumus fuit ignoranter prӕteritus, secundum magis communem operatur, nu.20.

Posthumus ab intestato dicitur habere tacitam voluntatem defuncti, num.21.

Testator per clausulam codicillarem dicitur, etiam cogitasse de ruptura testamenti, nu.22.

Iniquitas esset, videre filium contra naturalem rationem restituere hӕreditatem extraneo, nu.23.

Ecclesia, quoad sui vtilitatem non potest haberi pro extranea, nume.24.

Ecclesia ӕquiparatur Posthumo, num.25.

Opinio fauens Ecclesiӕ in varietate opinionum est sequenda, num.26.

Clausula codicillaris subintelligitur fauore piӕ causӕ, & in testamento facto inter liberos, num.27.

Priuilegium non debet esse frustratorium num. 28.

Priuilegium, quod non operatur, idem est, quod nihil. num.29.

Paria sunt non esse, & inutiliter esse, nu. 30. & seq. vbi ponuntur plurb. similia.

Ecclesia habens Episcopum inutilem appellatur vidua, num.31.

Anima cunctis rebus est prӕferenda, num.32. & 37.

Clausula codicillaris quid operetur, quando Posthumus decessit post mortem patris in pupillari ӕtate nullo facto testamento, num.33.

Ecclesiam, qui vult instituere, & filium exhӕredare alium quӕrat consultorem, quàm Augustinum, numero 34.

Filij quod prӕferantur ecclesiӕ, quomodo intelligatur, num.35.

Testamentum nutu factum, ad pias causas valet, numero 36.

Verisimile est testatorem voluisse potius instituere Ecclesiam, quàm extraneum virtute dictӕ clausulӕ codicillaris num. 38.

Clausula codicillaris non debet censeri posita sine effectu operandi, nume.39.

Notarius in dubio prӕsumitur idoneus, num.41.

Interpretatio illa sumenda est, quӕ reprehendi non potest, nu.42.

Absurdum est vitandum, nu.43.

Ignorantia iuris non potest allegari, num. 44. & seq.

Clausula codicillaris per rogitum notarij dicitur facta verbum testatoris. num.45.

Clausula codicillaris, quando id importat, quod non potest dici rationabiliter contra mentem testatoris, quid operetur. num.46.

DECI-

DECISIO DECIMA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

FVit dubitatum in cau
sa vertente inter Ec-
clesiam Sancti Marti
ni ex vna, & Dominã
Laudentiam q. Cæsa
ris Rodulphi de di-
cta terra Roccha Cõ
tratæ ex altera, an
clausula codicillaris
apposita in testamento dicti quon. Cæsaris
inducat fideicommissum ad fauorem præ-
fatæ Ecclesię contra Posthumum ignoran
ter præteritum, etiam quod reperiatur scri-
pta per illa verba si non valet, vel valebit iu-
re testamenti, valeat iure codicillorum.

Et responsum pro parte dictæ Lauden-
tiæ, & Cæsaris Rodulphi negatiuè.

1 Quia clausula codicillaris præfata quan-
do Posthumus fuit ignoranter præteritus
fideicommissum nõ importat, secundum
opinionem Barto. in l. 1. quæst. 6. nume. 10,
ff. de iur. codicill. dicentis, quod quãdo prę-
teritio est ignoranter facta à testatore, qui
non cogitabat habere posse filios, tunc na-
to posthumo, testamentum iure codicillo-
* rum nõ substinetur, quæ est communiter*
recepta; vt attestatur Clar. in §. testamen-
tum quæst. 46. vers. & hæc ibi, qui dicit esse
* magis communem *, & sequẽdam ab his,
qui volunt recte iudicare Decian. consi. 37,
Præsupponimus ergo numer. decimo, lib.
1. fol. 548. qui vltra plures, quos allegat dicit
* hanc communiorem, * & veriorem, nam
eam tenuit Barto. auriga, & lumen omniũ,
& pro ea consului totum Collegium Peru-
sinum Michael Crass. in suo tracta. sentent.
§. Codicillus, numero 22. vers. contrariam
partem, fol. 142. vbi dicit hanc hodie esse
* communiorem * rationabiliorem æquio-
rem, & amplectendam, vt animæ consula-
* tur, hanc pariter magis communem, * &
æquã attestatur Sim. de Præt. de interpræt.
vltim. volunt. fol. 11. nume. 8. lib. 2. fol. 104.
& Pancirol. consil 113. Comes Portiliæ, nu.
6. & seq. qui dicit tuta conscientia aliter iu-
dicari non posse, & hanc esse magis com-
* munem, * Menoch. de præsump. præsum-
pt. 32. grauis admodum, numero 6. lib. 4.
qui dicit hanc tanquam humaniorem se-
quendam, licet contraria opinio sit verior,
2 ne contra pietatem paternam filius, sine ali
qua culpa priuetur bonis paternis, quam
etiam sequitur, numero 9. dum dicit con-
sutasse rationes, & argumenta primæ opi-
nionis consi. 498. lib. 5. Hanc quoque com-
* munem * & veram dicit Addit. ad Alexan.
consil. 26. circa primum dubium lib. 1. in
littera D, non obstante, quod ibi Alexand.
* nume. quinto, dicat magis communem *
esse in contrarium, prout quoq; dicit consi.
30. Ponderatis his quæ in themate, nume. 1.
& 2. lib. 3. & quod hæc opinio sit magis se-
quenda patet quia, vt inquit doctissimus
Mantica in suo tracta. de coniectur. vltim.
voluntat. lib. 1. titu. 10. numero 3. mihi fol.
11. à ter. hanc sequuntur plures Doctores
saltum auctoritate maiores.

Secundo, quia dicta opinio fauet filijs,
3 qui omnibus alijs, & etiam ecclesiæ præfe-
runtur capitulo fin. caus. 17. quæst. 4. & glo.
in l. si quis ad declinandam, C. de sacr. sanct.
eccle. in verbo simili modo in littera K, ma
4 ximè, quod dicta clausula codicillaris ad ex
clusionem filij non operat. Gabr. conclus.
4. de consuet. numero 8. in fi. fol. 969. Ratio
5 est, quia cum filij, etiam quod non sint hæ-
redes instituti Domini sint bonorũ patris,
licet exhæredari possint, l. in suis 11. ff. de lib.
& posth. non debent eorum dominio pri-
6 uari, præcipue, cum hæreditas nullis alijs sit
magis debita, quam filijs, l. scripto hærede,
7 ff. vnde liber. quibus secundum Augustini
consilium, magis fauendum est. Dec. consi.
391. In casu proposito, nume. 6. vers. & non
videtur verum.

Tertio quia dicta sententia adhæret veri
simili, nam si testator cogitasset de filijs na-
sciturus, vtiq; non reliquisset eius bona ec-
8 clesię, sed filijs, cum præsumatur, patrem
amare filios suos, & econtra Alciat. de præ-
9 sump. reg. 1. pręsump. 2. & in dubio, nedum
cæteris eos præponere voluisse, sed etiam
ecclesię Alexan. consil. 92. super eo de quo
quæritur, numero 1. lib. 3. cum ratione qua
dam naturali parentum successio adeo de-
10 bita quodammodo sit descendentibus,
quod præsumitur ipsos ascendentes velle
relinquere bona sua descendentibus, Me-
noch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 33. Cũ
ratione quadam, numero 1. & seq. fol. 36. à
tergo. Hinc est secundum Bald. consil. 215.
Punctus, quidam donauit numero primo,
11 in versic. Item præsumitur lib. 5. quod præ-
sumitur tacita remissio natis liberis ex qua-
dam æquitate, & oblatione antiquorum.

12 Præter, id quod vnusquisque considera-
re debet conscientiam suam secundum ra-
tionem naturalem, & videre an sit verisimi
le patrem voluisse extraneum præferre, vt
dicit Tessaur. decis. 141. clausulam illam,
num. 15. fol. 121. à tergo.

13 Quartò

13 Quarto quia dicta clausula codicillaris in omnem casum non astringit, nisi hæredem in primo gradu ab intestato succedentem Beci. consil. 107. quondam Antonius Alexius, numero vigesimosexto, Menoch. de præsumpt. præsump. 32. Grauis admodũ numero decimooctauo, lib. 4. fol. 36. vltra,
14 quod non operatur, cum sit posita in testamento facto ab imperito, nisi fuerit testatori declarata, vt in terminis tenet Ancharan. regiens quæst. 10. Cornelius lib. 2. numero 13. mihi fol. 64. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. titu. decimo, allegando Ripã in l. si vnquam, numero secundo, C. de reuoca. dona. facit Veronens. caut. 120. si vis facere
15 prope fin. fol. 58. à tergo, dum dicit, quod quando transigentes, & compromittentes sunt ignari, non solum debent apponi hæc verba videlicet, visis inspectis, & cognitis verbis testamenti, vel vltimæ volũtatis per iuris peritos de eorum mandato, sed quod postea insinuatio in eorum notitiam plenarie in vulgarem sermonem ad eorum plenam, & claram intelligẽtiam facienda est. Idem videtur in contractu minorum, Veronens. caut. 221. numero decimoseptimo,
16 fol. 60. à ter. vers. & tunc maxime, quod talis clausula, potius dicitur posita ex capite notariorum, qui sunt similes cantoribus, qui bene cantant per practicam, non per rationem; vt dicit Alexan. consil. 208. ponderatis narratis, numer. tertio, lib. 6. post Cyn. & Bald. in l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. quàm de mãdato testatoris Anchar. dicta quæst. vndecima, numero 13. lib. 2. Rimyn. sen. viso priuilegio consil. 73. numero 35. lib. 1. quo fit, vt non possit talis clausula codicillaris haberi in consideratione Brun. cons. 116..... nume. 70.
17 In quo articulo quem difficilem dicit Bald. consil. 459. Proponitur quod Dominus Antonius, numero 2. & 3. lib. 5. & difficiliorem omnibus, quæ in testamentorum materia sunt, appellat Thesau. dicta decis. 141. clausulam, numero primo, fol. 120. vbi secundum opinionem Alex. dicit indigere Principis decisione, & secundum Bald. locis ibi citatis esse cõcordia terminandũ nã, vt inquit Curt. Iun. consil. 150. materia præsentis, numero 12. articulus est adeo disputabilis, quod cum difficultate discerni potest, quæ sit magis communis opinio, licet maior pars dominorum concordia terminãdam huiusmodi causam affirmauerint.
18 Dicebam hoc non procedere quando partes instant pro sententia, & nolunt concordare, quia non vidi aliquem ex Doctoribus dicentem, quod possint cogi ad concordandum, licet hortari ad id valeant, Felyn. in Rubr. de reg. & pact. numero primo, vnde dicit Bald. in l. ex stipulatione, nume. 1. ff. de sent. & interloc. omn. iud. quem nouissimè sequitur Director. iud. eccles. for. c. 9. nu. 7. fol. 66. quod concordia suaderi potest, non tamen imperari & tanto magis, quod quæstio, non est propriè circa decis. præfatam Bart. Sed in casu limitationis, quę ad illam dari potest quæ cum sit satis clara, non indigebat aliqua iudicis iussione ad effectum, vt concordia terminaretur per ea, quę habentur in pręfato Director. iud. eccl. for. loco citato, numer. decimo, & seq. fol. 67. nempe, vbi pia causa concurrit, cum extraneo, & non cum liberis, quia vt videtur posthumus est mortuus, & ecclesia litigat cum illis, qui succedunt ab intestato ipsi
19 posthumo, & sic cum extraneis, quo casu dicta clausula codicillaris operatur contra dictam Bartoli opinionem, vt considerauit Put. decis. 234. die 27. Februarij in fin. lib. 2. fol. 367. & dicit Thesaur. dicta decisione 141. numero 17. fol. 122. dum affirmat talem limitationem ad dictam opinionem Bartol. esse iustissimam, quia per illam iudicium testatoris, & communis substinetur opinio, nec aufertur hæreditas à filio, vt deiur extraneo, & quod hac in re esset à principe perpetuo disponendum, quod stante clausula codicillari in testamento, in quo fuisset institutus extraneus, vel suus hæres, hæreditas moriente posthumo ignoratẽr prætérito perueniret ad institutos legitima detracta, si essemus inter suos, aliàs integraliter restitueretur. Immo, quod vbi intraret præfata Bart. opinio, ea non esset tenenda in casu, de quo agitur.
Primo quia magis communis opinio
20 doctorum est, quod clausula codicillaris concepta per dicta verba futuri temporis operetur, vbi posthumus fuit ignoranter præteritus, ut attestatur Roland. consil. 7. lib. 4. numero decimoseptimo, & facta dinumeratione doctorum concludit Thesaur. d. decis. 141. numero octauo, fol. 121. & Mandos. in addit. ad Roman. consil. 122. circa id, quod in verbo cogitaui littera A, qui non solum attestatur de magis communi, sed eam à Rota fuisse secutam affirmat. Borgnin. in suo tracta. de curat. nume.
* 74. de communi * attestans contra Barto. fol. 36. Rota in nouissim. decis. 1285. Ioannes Paulus Forliuiensis in titu. de fideicom miss. fol. 270. à tergo, numero primo, & decis. 1268. Idem in Forliuensi in titu. de clãusula codicillari, lib. 3. fo. 269. à ter. Rim. iun consi. 279. in primis igitur num. 24. lib. 3. fo.

113.à tergo,qui allegando rationem, dicit
21 hoc esse quia Posthumus ab intestato dici-
tur habere tacitam volũtatem defuncti, vt
voluit Bald. in aut.ex causa,C.de liber.præ-
terit.num.11.Crot.consil.66.testator in te-
stamento,nu.6.& Rol. a Val.dicto cons. 7.
22 num.24.lib.4.& sic,cum dicatur cogitasse
de posthumo per dictam clausulam codi-
cillarem, dicitur etiam cogitasse de ruptu-
ra testamenti, & prouidere voluisse contra
causas rumpentes, inter quas connumera-
tur causa posthumi, quæ est vna cã de cau-
sis rumpendi,vt dicit Bald. vbi supra. Hon-
ded. cons.74. quæstio proposita nu. 24. vbi
plures allegat,& Anchar.q.11.Attilius, nu.
3. lib.1. f.7. à ter.qui loquitur in fortioribus
terminis nẽpè in institutione turpis psonæ.

Nec dicatur, quod dicta magis cõmunis
opinio contra Bart. debet limitari secundũ
eundem Thesaur.vbi supra,n.14.quotiescũ
que institutus est hæres extraneus, prout in
casu isto,quia hoc casu verior,& humanior
est opinio contra Bart.mera.n.iniquitas es-
23 set videre filium cõtra naturalem rõnem,
& votum paternæ pietatis restituere hære-
ditatem extraneo per tex.in l.si mater,in fi.
C.de inoff.testa.vbi si extranei hæredes sũt
instituti,agit posthumus inoffic.querela.

Nam respondetur,quod in casu isto agi-
24 tur de institutione facta ecclesiæ, quæ quo
ad sui vtilitatem non potest haberi pro ex-
25 tranea,cum æquiparetur posthumo, secũ-
dum gl.in c. si qua mulier in verbo non ex-
tantibus 19.q.3.in vers. ecclesia enim, &
præferatur filijs, vt in eadem glo. in dicto
verbo non extantibus.

26 Secundo, quod in varietate opinionum
illa est sequenda,quæ fauet ecclesię, etiam
si esset opinio singularis doctoris,& adesset
cõis opinio in contrarium Sylu. nupt. non
est nuben.f.17. in vers.nisi dicas, quæ idem
dicit fauore dotis pro paupere,pro testamẽ-
to,& alijs,vt ibi. At ista fauet ecclesiæ, & est
* magis * cõmunis, vt supra fuit dictũ, ergo
ista est sequenda Paset.cons.22.in causa Re
uerendarum Monialium,nu.14. maxime,
27 quod præter alia priuilegia concessa fauo-
re piæ causæ, & animæ clausula codicillaris
subintelligitur, vt valeat testamentum,etiã
iure codicillorum,vt dicit eruditiss. Manti.
de coniect.vltim.volunt.lib.1.tit.9. num.6.
fol.10.& Menoch.de præsump.præsum.31.
cum post nu.18.lib.4.fol.34. prout quoque
est in testamẽto condito per patrem inter
liberos, vt dicit Crass. de success.tam ex te-
stam. quam ab intest. §. Codicillus, nu. 26.
fol.144.vbi non obstante, quod talis articu
lus sit controuersus,dicit hanc partem esse
* iuri magis consonam,æquiorem, & verio-
rem.

Et si opponeretur,prout dicebat vnus ex
Dominis,quod fauore piæ causæ subintelli
gitur dicta clausula codicillaris, sed nõ ope
28 ratur in tali casu. Respondetur, quod ad
tollendum, ne huiusmodi priuilegium di-
catur concessum de vento,debet affirmari
totum oppositum,vel concludi,quod non
habeat tale priuilegium,quia habere priui-
29 legium,quod non operatur, & non habe-
re,paria sunt;cum idem sit non esse,& inu-
30 tiliter esse, l. dotem, ff. solut. matrim.non
habere titulum, & habere, sed inutilem l.
nec vllam,ff.de pet.hęr.non habere Episco
pũ,vel habere inutilem,c.2.de transl.Episc.
31 vbi talis ecclesia appellatur vidua, non ha-
bere medicum,vel malum adhibere, vt ad
litteram probat in l.quod si nolet, §.manci
pium,ff.de ædil.edict.non habere manum,
& sic esse mancum,vel habere,sed debilita
tam, vel inutilem, vt probatur in l. qui cla-
uum,§.item sciendum,ff.de ędil.ędict.non
habere exceptionem,vel allegare eam non
posse. Veron.caut.227.statuta quandoque,
nume.1. fol.62. vltra alia similia posita per
Ifern. in rubr. quæ sit prim. caus. benefic.
amitten.§.Præterea si vassallus,num.9.ver-
sic.contra fiscum fol.48.

Secundo principaliter mouebar ad te-
nendum,vt supra contra dictam Bart. sen-
tentiam, quia sumus in casu,in quo si pater
cogitasset de morte posthumi,quæ concur
rit in præsenti specie,idem testator ad fauo-
rem ecclesiæ, & animæ suæ disposuisset,
32 cum anima cæteris rebus sit præferenda, l.
sancimus,C.de sacr.sanct. eccles. in vers.nõ
absurdum est Barto. consil.204. factum est
tale,numero quarto, Firman. in verbo ani-
ma part.1. fol.109.

33 Tertio quia dicta opinio Bart. limitatur,
quando posthumus decessit, ut in casu isto
post mortem Patris in pupillari ætate, nul-
lo facto testamẽto,quia tunc licet transmit
tat hæreditatem ab intestato in proximio-
rem, nihilominus propter dictã clausulam
codicillarem censetur saltem moriens trãs
misisse hæreditatem in ecclesiam,iam à Pa
tre institutam per tex.in terminis in l. æquis
simum, ff.de bono. possess. secundum tab.
de quo meminit idem Thesau. dicta decis.
141.num.17.fol.122.sequendo hanc opinio
nem,vt latius ibi videri poterit.

Non obstat primum obiectum, dum di-
cebatur, quod clausula codicillaris, vt su-
pra, per verba futuri temporis concepta,
vbi posthumus fuit ignoranter præteritus
non importet fideicommissum,quia vt su-

pra fuit dictum, opinio contratia videtur
magis vera, & sequenda præcipuè in casu
de quo agitur stantibus supra deductis.
Non obstat secundum obiectum, dum
dicebatur, quod dicta opinio tanquam fa-
uens filijs, qui omnibus alijs etiam ecclesię
præferuntur, est sequenda.
Nam respondetur, quod hoc non dicũt
iura allegata, vt patet ex eorum lectura, nã
text. in dicto cap. fin. caus. 17. quæst. 4. nihil
34 aliud dicit nisi quod qui ecclesiam vult in-
stituere, & filium exhęredare, alium quęrat
pro consilio, quam Augustinum, prout
quoque facit dicta glo. in dicta l. si quis ad
declinandum, C. de sacr. sanct. eccl. quæ se-
quitur dictum Augustini.
35 Secundo, quod vbi filijs ecclesiæ essent
præferendi, id esset intelligendum, quo ad
legitimam tantum, vt in terminis dicit Ias.
in aut. si qua mulier, numero quinto, C. de
sacr. sanct. eccles. & in l. tale pactum, num.
11. in vers. non obstat, ff. de pact. vbi in spe-
cie sic intelligi debere dictum Augustini
affirmat, dicens vlterius, num. 12.
36 Propterea testamentum nutu factum ad
pias cãs valere, secus inter filios, vt ibi n. 13.
Prout nõ obstat, quod dicebatur de clau
sula codicillari, quæ non operatur ad exclu
sionem filij, nam quid quid magis verum
sit modo non agitur de excludendo filio,
sed extraneo, vt supra fuit probatum.
Non obstat tertium obiectum dum di-
cebatur, quod d. opinio Bart. tanquàm pro-
ximior verisimili, est sequenda, præsertim
quod si testator cogitasset de filijs nascitu-
ris, vtiq, nõ reliquisset ei⁹ bona ecclesiæ, sed
filijs, cum pręsumatur patrem amare filios,
& econtra.
Quia cum habeamus magis veram; &
cõmunem opinionem, de qua supra, quæ
fauet ecclesię in casu isto ab ea non est rece
dendum, maxime quod si verisimili inhę-
rendum est, absque dubio dicendum esset
37 totum oppositum, non solum quia anima
filijs, & omnibus rebus mundanis debet an
teponi, vt in specie vltra supracitatos dicit
Ias. in d. aut. si qua mulier, nu. 5. C. de sacr.
sanct. eccles. sed quia in casu de quo agitur
38 cessat filiorum fauor, quo casu plusquàm
verisimile est, quod voluerit ecclesiam po-
tius, quã extraneum succedere virtute di-
ctæ clausulæ codicillaris, quę nõ debet cen-
39 seri apposita sine effectu operandi.
Non obstat quartum obiectum dum di-
cebatur, quod clausula codicillaris non a-
stringit, nisi hæredẽ in primo gradu ab inte
stato succedentem.
40 Quia vt in terminis respõdet Thesau. d.
decis. 141. nu. 17. fo. 122. à ter. satis restituitur
à succedente in primo gradu, cũ per mor-
tem illius transeat, tanquàm fideicommis-
saria in hærede.m institutum.
Prout nec obstat dũ dicebatur talẽ clau-
sulam, tanq̃ positam in testamento facto ab
imperito non operari, nisi fuerit testatori
declarata, præcipuè cum potius censeatur
posita ex capite notariorum, quàm de vo-
luntate testatoris.
41 Nam respondetur, quod in dubijs si præ
sumitur notarius adeo artis suæ doctus, &
peritus, quod dicẽti contrarium incumbit
onus Menoch. cons. 37. mirari nu. 32. lib. 1.
42 dẽt quoq; p̃sumi, quod fecerit omnia, quæ
facienda erant pro validitate actus, cum in
dubio illa interpretatio sumenda sit, quæ
à sapientibus, & prudẽtibus reprehendi nõ
possit, l. Saluianus Aristo, ff. de legat. p̃stand.
Menoch. de arbitr. cas. 199. tanta est nu. 8. fo.
200. & in d. cons. 37. nu. 14. lib. 1. Crau. cons.
3. iudex habens, n. 23. maxime ad euitandũ
43 absurdum, de quo meminit idem Menoc.
d. cons. 37. nu. 123.
44 Secundo, quod ignorantia iuris non po-
45 test allegari, maxime cum d. clausula codi-
cillaris, per rogitũ notarij dicatur facta ver-
bum testatoris Menoch. d. cons. 37. nu. 123.
lib. 1. Dec. cons. 450. apertissimi iuris in fi. &
consil. 639. visa consultatione nu. 9. & cons.
653. casus, de quo agitur, nu. 6. & cons. 490.
visis, & circumspectis, nu. 10. qui verisimili-
ter non potest dicere se ignorare vim vt in
d. clausulæ, saltim ex eo, quod scire teneba-
tur. ignorantia. n. iuris nocet, & neminem
excusat, vt in terminis post alias responsio-
nes respondet Menoch. d. cons. 37. nu. 151.
lib. 1. vide nu. 155. dicit Mars. sing. 18. quoti
die fiunt male fuisse interpretatum Bar. dũ
vult, quid homines vulgares ignorent vim
clausularũ, & propterea sibi nõ p̃iudicent.
46 Et sic non est verũ, quod d. clausula codi
cillaris censeatur potius posita ex capite no
tariorũ q̃ ex volũtate testatoris vt in termi-
nis probat Dec. d. cons. 490. n. 10. & habetur
per Rol. d. cons. 7. lib. 4. n. 27. Strac. in add. ad
Crau. cons. 34. Proponitur in facto, nu. 3. fo.
26. & Menoc. de præsum. præsump. 31. cum
post nu. 1. lib. 3. fo. 33. vbi dicit hanc opinio-
* nem veram, & cõem * ẽt si stylus, & vsus il-
lius particularis notarij fuerit ponere claus.
codicill. in testam. Menoc. d. cons. 37. n. 13.
* lib. 1. vbi testatur de magis* cõi, prout quoq;
facit Gabr. concl. 4. de consuet. n. 6. fol. 369.
Idẽ Meno. de arbitr. cas. 144. circa cõtra-
hẽtes, n. 11. fo. 160. & de præs. p̃s. 79. diximus
supiore, n. 4. lib. 2. f. 78. à ter. & add. ad Rim.
sen. d. cõs. 73. viso priuilegio in litte. N, & in
term.

term. dicit Honded. d. conſ.74.num.38. in verſ.nec reſiſtit,& n.43. vbi plures doct. al-
* legat de communi.& magis*communi atteſtantes.

46 Quæ tanto magis procedunt in caſu noſtro,quia cum d. clauſula codicillaris,id importet,quod non poteſt dici rationabiliter contra mentem teſtatoris Menoc. d.conſi. 37.num. 127.lib.1.nam tunc forſan clauſula codicillaris poſſet dici appoſita potius de conſuetudine notariorum,quàm de voluntate teſtatoris, vt in terminis diſtinguendo dicit Gabr. dicta concluſ.4. de conſtitu. nu. 5.verſ.Pro concordia mihi,fol.369.

Quare &c.

DECISIO XI.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Quod Trebellianica poſsit prohiberi filijs primi gradus, an ſit magis vera, & communis opinio, & quid vbi extaret aliqua conſuetudo.

SVMMARIVM.

Trebellianica vbi detrahuntur duę quartæ filijs primi gradus an poſſit prohiberi,num. 1. & 3.

Communis opinio, quando non obſtet,num.2.

Trebellianica,an poſſit prohiberi nepotibus, nu.3.

Trebellianica per non confectionem inuentarij, an amittatur, num.4.

Trebellianica,an poſſit prohiberi vbi hæreditas eſt reſtituenda filiæ deſcendenti,num.5.

Trebellianicam filij primi gradus an amittant, quando eſt prohibita,ſi adiuerit hæreditatem ſine proteſtatione,& inuentarij confectione, nu. 6.

Opinio æquior, & fauorabilior eſt ſequenda,num.7.

Opiniones duę quando ſunt æquè communes, vel aliqua eſt magis communis, quæ ſit ſequenda, numero 8.

Trebellianica, quod non poſſit prohiberi filijs primi gradus, an habeat locum quando teſtamentum fuit approbatum, & vbi eſt contraria conſuetudo, num.9.

Conſuetudo eſt obſeruanda, & quare præſertim in articulo dubio, num.10.

Sententiæ in iudicatum tranſactæ faciunt notorium, num.11.

Conſuetudo an indicetur per binum actum,num.12.

Sententia diffinitiua non profertur, niſi cum magno, & longo conflictu partium, num.13.

Conſiliarij totum populum repræſentant, num. 14.

Conſenſus tacitus an ſufficiat ad inducendum conſuetudinem,num.15.

Conſuetudo circa materiam Trebellianicæ eſt ſeruanda,num.16.

Trebellianicæ quæſtio, circa prohibitionem in filios primi gradus indigeret deciſione Cæſarea, vel ſententia ruſticorum, qui per medium decidunt lites, num.17.

Doctores contrarij non faciunt numerum,num.18.

Baldus habebat cerebrum,quod volucbatur ſicut auis in aere,& non ſemel locutus fuit ex capite,numero 19.

Opinio antiquior tutior eſt,num.20.

Fauorabile eſt redire ad opinionem antiquorum, numero 21.

Doctores antiqui ſunt magna veneratione digni, numero 22.

Doctores in lecturis,an plus attendantur, nu.23.

Ratio præualet,num.24.

Aequitas non ſcripta, non tollit ius ſcriptum, numero 25.

Ratio æquitatis, & fauoris filiorum, quare non poſſit conſiderari in l.iubemus, C.ad Trebel. nu.26.

Fauor vnius, cum fauore aut præiudicio alterius compenſari debet,num.27.

Teſtandi facultas eſt libera, num.28.

Qui non poteſt,quod eſt plus, non poteſt minus,numero 29.

Correctio iurium non fit per argumenta, ſed expreſſis verbis,num.30.

Falcidia, & Trebellianica æquiperantur. num. 31.

Lex noua ſuperueniens loquens de vno,habet locum, etiam in reliquo,num.32.

Opinio per quam ſubſtinetur teſtamentum,dicitur non ſolum humanior, ſed fauorabilior,nume. 33.

Teſtamento plus fauetur, quàm filio exhæredato,numero 34.

Voluntati Patris, magis quàm filijs fauendum eſt, num.35.

Opinio ſingularis doctoris quando præferatur communi,d.num.35.

Doctori atteſtanti de conſuetudine, quando ſtandum ſit, num.36.

Trebellianica ſecundum Comitinam conſtit. poteſt prohiberi, num.37.

DECISIO VNDECIMA.

MAXIMO DEO AVCTORE.

TRebellianica filijs primi gradus, an poſſit prohiberi.

In cauſa, quæ vertitur inter Federicum de Archangelis ex vna,& Gabriellam Ferrettam ex altera.

Pro negatiua cuius caput fuit Bald. in l. iubemus, C. ad Trebell. numero secundo, adducebantur 39. Doctores attestantes de communi * respectiuè, quorum quinque id affirmant in lecturis nempe.

Bald. in loco citato.

Iaſ. in l. Marcellus, ff. ad Trebell. num. 53. versic. nunc istam communem vbi nu. 55. in verſic. quid tenendum atteſtatur de magis * communi.

Ripa in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. nu. 52. in verſ. nunquid.

Cagnol. in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inofficioſo teſtam. numero 11. in verſic. ſed maior eſt difficultas, vbi dicit hanc opinionem eſſe magis æquam, veriorem, & communiorem *.

Didac. Couar. in capitulo Raynutius de teſtament. §. 11. num. 7. in verſicu. ad huius rei cognitionem, vbi teſtatur de veriori, & magis * communi.

Rimin. iun. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 312. de conſtitu. qui hanc negatiuam opinionem appellat magis æquam, veriorem, & communiorem *.

Octo in tractatibus, nempe Gabriel. con cluſ. 1. ad Trebell. num. 4. & 5. vbi hanc dicit eſſe communem *, etiam ſi duæ quartæ eſſent detrahendæ, vt ibi nume. 12.

Michael Graſſ. in §. teſtamentum, q. 67. num. 5. & ſeq. qui teſtatur de magis * communi.

Clarus in §. teſtamentum, q. 63. in verſi. ſed retenta indiſtinctè, qui atteſtatur opinionem Baldi eſſe magis * communem.

Aſcanius Clemens in ſuo tracta. de patria poteſta. effect. 16. numero 32. qui atteſtatur de communi *, aſſerens hanc opinionem in palatijs, & ſcolis eſſe canonizatam.

Phanuc. in ſuo tracta. de inuentar. par. 7. numero 124. tom. 8. part. 2. fol. 314. vbi dicit hanc frequentius à doctoribus comprobari: & pro hac parte à Soccin. iun. loco infra citato multa ſolida argumenta adduci.

Eruditiſſimus Mantich. nunc Cardinalis meritiſſimus de coniect. vltim. volun. lib. ſeptimo, titu. vndecimo, numero ſeptimo, verſic. cum alioquin Trebellianica in filijs primi gradus, qui de communi * fidem facit.

Simon de præt. de interpræt. vltim. volun. lib. 3. dubita. 3. ſolut. 6. numero 26. in verſ. liberis vero primi gradus, fol. 366. à tergo, vbi pariter de communiori *, & veriori teſtatur.

Et nouiſſimè Peregrin. in ſuo tracta. de fideicom. vniuerſ. art. 3. de Trebell. & Falc. nu. 107. fol. 37. qui reſpondet ad plura obie-
1 cta dicens; hoc habere locum, etiam vbi duæ quartæ detrahuntur, vt ibi nume. 112. fol. 38.

Tres ſupra 20. in conſilijs nempe

Curt. Iun. conſil. 160. Præſupponitur in facto, numero 10. vbi atteſtatur de magis * communi, & dicit numero 11. quod poteſt diſcedi ab opinione Baldi in l. filium, quem habentem, C. fam. erciſcen. ſicut poteſt à
2 communi, quando opinio paucorum, vel iuribus fundatur, vel ſubtili, & meliori ratione, vt ibi late, num. 11.

Socc. iun. conſil. 131. quæſtio propoſita, nu. 20. vbi etiam appellat probabiliorem, & æquiorem, & numero 55. lib. 1. eam dicit veriſſimam per punctum iuris, & rationis, & communem * & conſil. 112. Negare nō poſſum, num. 3. lib. 3. vbi dicit eam magis * communem, & conſil. 50. pro vera nume. 18. lib. 4.

Gozzadin. conſil. 81. circa ea quæ, numero 15. verſicu. quarto quoties, vbi atteſtatur de communi *.

Dec. conſ. 81. in caſu propoſito, nume. 3. verſ. ſed rectè conſideranti, vbi non ſolum atteſtatur opinionem Baldi eſſe veriorem, ſed habere maiorem æquitatē, & eſſe magis * communem, quia efficaciter probatur in dicta l. iubemus, C. ad Trebell. quæ non poteſt dici correpta, niſi id expreſſe appareat, iura etenim noua, quæ generaliter loquuntur habent locum in extraneis, in quibus Falcidia prohiberi poteſt, pariterque Trebell. Cæſ. Vgon. conſ. 24. proponuntur mihi, numero 18. vbi de magis * communi teſtatur.

Rubr. Alexan. conſil. 143. ſubtiliter adeo num. 6. vbi teſtatur de communi *.

Mantua conſil. 103. in præſenti caſu, nu. 10. vbi teſtatur de magis * communi.

Grat. conſ. 160. cum non dici, nu. 24. 25. & 26. lib. 2. & facit quod dicit conſ. 17. quoniam præſens cauſa, nu. 26. lib. 1. fol. 36.

Neuizzan. conſil. 1. Domine labia mea per tot. maxime in verſ. ſexto, facit pro iſta parte, numero nono, vbi de communi * 10. & 11. verſ. non obſtat.

Natt. conſil. 145. vertente aliàs nume. 23. verſ. quod ſolet communiter, vbi pariter facit fidem de communi *, & conſil. 528. vltimo ſuo teſtamento, num. 35.

Abbas conſ. 7. in cauſa iſta quatenus, nu. 6. in verſicu. & licet doctores in hoc varijs modis loquantur, vbi hanc vocat communem * & notiſſimam.

Paul. de Monte Pieo conſ. 72. excellentiſſimè Doctor, nu. 41. & conſ. 104. videtur dicēdū, nu. 5. & ſeq. vbi atteſtatur de magis * cōi.

Io. Botta. consil. 63. vidi testamentum, num. 6. vbi de magis * communi.

Quibus addo Gabr. consil. 121. Ludouicus instituit, numero 52. vbi pariter testatur de magis * communi, & consil. 93. superioribus annis, numero 26. in vers. his segregatis lib. 1.

Roland. consil. 12. inspectis iuribus numero 6. lib. 1. vbi testatur de magis * communi, & consil. 26. quoniam in successione, numero 24. lib. 3. vbi allegat Socci. iun. dicto consil. 102. in fin. lib. 3. dicentem errate, qui dicunt communem in contrarium.

Bursat. consil. 44. Nobilis Dominus Ioã. nume. 19. vers. quæ tamen legitima simul cum Trebell. vbi de magis * communi attestatur lib. 1. & consil. 348. testatur numero 28. lib. 4. vbi de communiori * fidem facit, & dicit hanc hodie esse in vsu, & seruari in practica & consil. 341. Plures difficultates in prin. eodẽ lib. 4. vbi testatur de æquiori, & communiter * inter moderniores asserendo se semper eandem in consulendo secutum fuisse, & consil. 385. multum magnificus, nu. 4. eod. lib. 4. vbi de pariter communiori * asserit, licet aliud sit in nepoti-
3 bus, vt ibi numero quinto, & vbi hæreditas esset restituenda filiæ descendenti, vt in eodem consil. num. 6. & vbi essent duo quar-
4 tæ deducendæ, vt ibi num. 6. etiam non confecto inuentario secundum veriorem, & communiorem de qua per eundem Bursa. consil. 13. in omnibus autem, num. 44. lib. 1.

Cæphal. consil. 188. Dominus Ambrosius, num. 23. lib. 2. in versic. hæc tamen conclusio vbi attestatur pariter de magis * communi, subdens quod auctores allegati per ipsũ similiter de magis communi attestantur.

Tiber. Decian. consil. 127. circa primũ videbatur numero 27. versicu. quo vero ad Trebellianicam lib. 3. vbi testatur de magis * communi, veriori, & æquiori etiam, quando duas quartas filij vellent detrahere consil. 64. capto ergo primum testamentũ, nume. 18. lib. 4. & consil. 57. circa testamentum, num. 12. lib. 5. licet consil. 7. vt autem clarior, num. 107. & seq. eod. lib. 5. quando tota hæreditas prohibetur alienari, & restitui iubetur, & filius approbat testamẽtum, teneat contrarium.

Rymin. iun. consil. 9. onus non leue mihi, nu. 118. vol. 1. vbi de magis * communi veriori, & æquiori fidem facit, & consil. 379. Magnifici de Carandinis, numero 100. lib. 4. fol. 121. vbi vlterius dicit ab ea in iudicando non esse recedendum, & cons. 510. Dominus Sigismundus, num. 56. lib. 5. fol. 102. vbi dicit ita fuisse iudicatum in senatu Montis Ferrati. & quod ob eius æquitatem, filiorumq; fauorem est passim recepta, & cons. 595. Quod prima consideratione, num. 65. eodem lib. 5.

Purpurat. consil. 248. viso testamento, numero 2. in vers. verum non aduertit, lib. 1. vbi attestatur de communi *.

Card. Alban. cons. 1. Maximas Deo, n. 14. vbi hanc dicit veriorem, & communem *.

Turret. cons. 77. Redeundo ad primum
6 dubium numero 40. qui etiam attestatur de magis * communi, non obstante, quod adierint hæreditatem sine protestatione, & inuentarij confectione.

Eugen. consil. 34. Scripsi numero 4. & consil. 35. dubia nouiter numero 13. vbi dicit Trebellianicam secundum magis * communem, æquiorem, & veriorem non posse prohiberi liberis primi gradus fo. 108. à tergo, quod repetit, numero 15. dum vult hoc esse tam ex verbis, quàm ex mente l. inbemus, fol. 109. & consil. trigesimooctauo, quia causa agitur, numero quadragesimosexto, fol. 112.

Et nouissimè Odd. consil. 63. Magnifica D. Catherina, numero 29. qui non solum hanc magis * communem esse profitetur, asserendo, quod hodie inter modernissimos amplius non contrauersatur, & quod pro hac parte adsunt plures doctores numero, & auctoritate grauiores, sed quod est magis æqua fauore filiorum, vt ibi nu. 30. & quod ista de consuetudine, & in practica seruatur, & secundum hanc, vt ibi nu. 31. fuisse iudicatum Bergomi Montis Ferrati, Veronæ, Paduæ, Senis, Bononiç, in Senatu Pædemontano, Neapolitano, & Florentiæ per Rot. Florentinam, quæ testatur ita passim seruari in Curijs dicti dominij, quæ forsan ust Decis. Florent. 35. in causa, numero quarto, fol. 118. & consilio octauo, de tribus arduis & vix extricabilibus, numero quinto, vbi respondendo contrarijs dicit hãc esse communem, & magis * communem, secundum, quam frequentius consulitur, & iudicatur, vt ibi numero septimo, & quod vbi contraria opinio * esset æquè communis propter auctoritatẽ Ro-
7 tæ Romanæ omnes admittunt, hanc esse æquiorem, & fauorabilem ipsis filijs, vt ibi numero octauo, & sic magis amplectenda, quia quando sunt duæ opiniones æquè
8 communes, vel aliqua magis communis, quàm contraria, illa quæ est æquior, etiam quod sit minus communis, in iudicando sequenda est, vt dicit idem Odd. dicto consi. 8. numero nono, à tergo, æquitas est pro hac parte, ergo.

Vnus in addition. nempe Mando. ad Roman. consil. 206. licet de communi conclusione numero sexto, super verbo non possit, qui attestatur de magis * communi, & dicit hanc opinionem esse æquam, & filijs fauorabilem.

A quorum sententia licet vnus ex Dominis quandoque existimauerit non fore, nec esse recedendum, quia secundum dictam opinionem aliàs consuluit, & iudicauit.

Contraria tamen opinio alijs Dominis magis placere videbatur, quam sequor, pro qua vltra decisiones de quibus infra adsunt quinquaginta duo doctores, quorum 25. iam approbant in lecturis nempe Cyn. in l. iubemus, C. ad Trebell. fo. 418. à tergo, post Odof. & Iacob. de Rau. relatis per eundem Cyn. in aut. sed cum testator, C. ad leg. Falc. num. 7. fol. 421. à tergo.

Dyn.

Alberig. Comens.

Nicolaus de Neap. &

Imol. in l. Lutius, §. maritus ff. ad Trebel.

Bar. in l. Marcellus, ff. ad Trebel. numero septimo.

Bald. in l. quoniam in prioribus, numero 7. ff. de inofficio. testam. & alij citati per Ias. in l. filium, quem habentem, ff. famil. ercis. numero 11.

Alex. in l. Marcellus, num... ff. ad Trebel.

Franc. Aret. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. num. 10.

Cum. in l. cohæredi, §. cum filij, ff. eodẽ.

Paulus in l. mulier, §. cum proponeretur ff. ad Trebell.

Ias. in l. filium. quem habentem, num. 11. C. famil. ercisc.

Soc. Senior in dicta lege Marcellus, ff. ad Trebell.

Picus in l. in quartam, ff. ad leg. Falci. nu. 284. in versic. sed disposuit, vbi testatur de cõi * licet ipse postea teneat contrarium.

Lancellot. Galliaul. in l. Centurio, ff. de vulgar. & pupillar. nume. 397. qui testatur de communi, volum. 3. fol. 442. & num. 407. fol. 443. vbi testatur de magis * communi.

Berengar. Fernand. in d. l. in quartam, numero 316. qui dicit, quod licet tenentes contrarium sint magnæ auctoritatis, quod ista est verior duabus rationibus, respondendo postea ad dictam l. iubemus, C. ad Trebell. vt apud ipsum videri poterit.

Hercul. in l. si debitor, ff. ad leg. Falcid.

Aret. in §. Sed quia, numero 6. instit. de fideicommiss. hæredit.

Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 4. ff. de verbo. obliga. & in ca. Raynutius de testam.

Eman. Costa in capit. si pater. de testam. in 6. Qui non solum, num. 11. hanc appellat communem *, sed eam pluribus rationib. notabilibus defendit, vt ibi num. 12.

Io. Anibal in l. nemo potest, nume. 249. ff. de legat. 1.

Tres in tractatibus nempe

Anton. Corset. in suo tracta de Trebell. §. 1. nu. 3. vbi testatur de communi.* Vasq. lib. 1. de successioni, §. 8. nu. 12.

Marzar. de fideicommiss. quæst. 49. in vers. ego aliàs.

Duo supra viginti in consilijs nempe Bald. consil. 349. super eo, quod quæritur, numero quinto, lib. 3.

Aret. consil. 37. sequendo ordinem quæsitorum dub. 5. num. 10. & consi. 67. Diligenter, & mature, num. 11. in fine.

Alexander consil. 67. Consideratis his, quæ numero secundo, lib. 1. vbi de mente Raffael. Cuman. dicit in hoc, conclusionẽ contra Bald. esse veriorem, & consi. 29. Perspectis, consideratisque num. 2. lib. 5. vbi attestatur de magis * communi.

Corn. consi. 22. in hac consultatione nu. 34. & seq. lib. 2. vbi attestatur de cõmuni *.

Bertrand. consi. 152. Punctus quæstionis, numero 12. lib. 1. in par. poster. vbi attestatur de magis communi, & cons. 144. ex themate, mihi exhi. numero 2. lib. 3. secunda part. vbi dicit ab hac parte in iudicando, & consulendo non esse discedendum.

Dec. consil. 480. in casu, qui numero 13. vbi loquitur, quando detrahuntur duo quartæ.

Curt. Iun. cons. 120. præsupponitur in facto, num. 12. vbi attestatur de magis * communi.

Aleiat. consil. 97. testamento, & transactione visis, numero 4. tom. 3. lib. 9. fol. 306.

Grat. consi. 160. cum nudius tertius, num. 24. lib. 2.

Paris. consi. 17 ex lectura testamenti, numero 18. vbi testatur de magis* communi, & consil. 52. in hac consultatione, vbi num. 32. fidem facit de communi, & cons. 93. Potuit proculdubio numero 50. lib. 2. & cons. 21. Requisitus infra scripturarum, num. 42. cum seq. vol. 3. vbi num. 43. non solum attestatur de cõmuni *, sed dicit vlterius, quod licet passus sit arduus, hæc opinio adeo seruatur in practica, quod iudicando durum esset ab ista opinione recedere.

Ruyn. consil. 37. viso, & maturè considerato numero 15. lib. 1. & consil. 115. casus

iste,

iste numero vigesimoquarto, communi. & consi.147. Quæstio, quæ numero primo, & consil. 149. quamuis primum dubium, numero secundo, lib. tertio, vbi de communi, & magis * communi respectiuè fidem facit.

Soccin. iun. consil. 170. circa primum dubium, nume. vigesimoquarto, lib. 2. vbi testatur de magis communi *, licet quam plurimi, & maximè auctoritatis tenuerint contrarium.

Gozzadin. consi. 45. visis allegationibus, num. 21. qui hanc dicit esse communem * allegando plures rationes.

Signorol. conf. 253. in quæstionibus præsentibus, nume. 7. qui pariter attestatur de communi *.

Bellamer. consil. 48. An Comes Geben habeas, numero 2. qui attestatur de magis communi *.

Bello. consil. 80. quondam Dominus Ioannes nu. 19. & seq. qui hanc magis * communem profitetur.

Marius Anguis. consil. 282. postquàm inficiari non potest, numero quarto, & seq. qui attestatur plures allegando de magis * communi præcipue quando detrahuntur duæ quartæ, vt ibi, num. quinto, & sequen. Tob. Noni. consil. 32. viso, ac diligenter iuxta, numero 24. & latius consi. 90. Duę sunt, quæ in pręsenti, num. 21. & 24. vbi attestatur hanc esse magis * communem de mente Io. Pauli Lancellotti, & Marci Antonij Eugenij, qui communicato cõsilio se subscripserunt dicto consilio.

Pancirol. conf. 98. cum Dominus Hieronymus, numero 23. qui pariter testatur de communi *.

Crauet. consil. 16. post redditum nu. 10. maxime, quando veniunt detrahendæ duę quartæ prout in casu isto.

Gabriel consil. 92. in specie proposita, numero 20. volum. 2. vbi dicit, hanc sæpius secutam fuisse Rotam Romanam.

Menoch. consi. 472. cum huius difficilis, num. 11. lib. 5.

Vnus in singularibus nempe Roma. singu. 192.

Alter in memorialibus nempe Cotta in verbo Trebellianica.

Sed quia hanc partem pluries secuta fuit Rota Rom. de qua meminit Marzar. in sua epito. fideicõmiss. quæst. 49. in vers. sed pro parte affirmatiua, & Honded. consil. 59. Plures se offerunt nu. 37. & constat plenissimè in nouiss. decisionibus dictæ Rotæ videlicet decis. 313. Domini non par. 2. & decis. 693. quantum ad priorem num. 6. p. 1. à qua
non videbatur recedẽdum, maximè quod
ita fuit alias iudicatum per hanc Rotam 2.
& 9. Aprilis 1590. in vna Anconitana de Tro
glionibus coram R. P. D. Penna, qui postea
fuit Auditor Rotæ Romanę, quę opinio in
casu, de quo agitur absq; aliqua dubitatio-
ne transire videbatur, nam etiam vbi con-
traria opinio esset magis vera, illa non pro-
9 cedit, quando testamentum fuit approba-
tum, simplici etiam additione, vt in termi-
nis consuluit post Anchar. conf. 151. Plura
sunt, num. 8. Dec. conf. 257. quęritur an col.
2. in princ. versic. pręterea etiam Gozzadin.
conf. 97. prima facie, nume. 1. Paris conf. 16.
circa præsentem consultationem, num. 60.
& conf. 17. ex lectura testamenti, nume. 19.
consil. 18. consideratis, num. 99. & conf. 26.
ex tenore testamenti, nu. 32. lib. 2. Menoch.
conf. 401. dubitationes per multę, nu. 145.
lib. 5. & vbi esset introducta contraria ob-
seruantia.

Sed sic est, quod bis fuit iudicatum Tre-
bellianicã inter ciues Anconitan. filijs pri-
mi gradus posse prohiberi, vt patet in dicta
decis. 313. p. 2. coram Lancillotto, quę fuit
facta in vna Anconitana fideicommissi Vę
neris 18. Martij, Mercurij 27. Aprilis 1593.
& in dicta decis. facta in causa de Troglioni
bus pariter Anconitana, ergo non videba-
tur ab ista obseruantia recedendum, l. mini
me, ff. de leg. nam consuetudo in omni spe
cie, vt late deducit Luc. de Pen. in l. missi
opinatores, col. 2. & seq. in versiculo nota,
quod officiales, C. de exactor. tributo. lib.
10. est tenaciter obseruanda, quia vt inquit
Menoch. de arbitrar. quęst. 71. quęro septua
10 gesimo primo, num. 6. & seq. fol. 49. iustitię
vim habet, & dat iurisdictionem; omnes
actus determinat, veritati equiualet, dat for
mam, est quodam ius naturale, cui reue-
rentia debetur, leges, & principum rescri-
11 pta silere facit, pręcipue in articulo, tam du
bio Vigel. in suo method. Iur. Pontif. tit. 8.
de leg. interpręt. reg. 7. & vbi dictę sniç fece
runt transitum in iudicatum, & sic reddide
runt prædictam rem notoriam, quia senten
tia facit notorium, secundum Laufranc. in
cap. quoniam contra falsam de probation.
num. 42. fol. 6.
12 Nec dicatur quod binus actus non indu-
cit cõsuetudinem, seu obseruantiam, quia
præter quam quod id remanet in iudicis ar
bitrio, vt habetur per Mascar. de probatio.
conclus. 424. numero 18. lib. 1. fol. 323. cum
13 sententia diffinitiua non proferatur nisi cũ
magno; & longo conflictu partium, l. si. C.
Commissa epist. pro gram. presumitur, qd
major pars populi, vel saltim cõsiliariorũ,

14 qui totum populum repræsentant istud sci
uerint, & approbauerint, saltim tacitè, vt
dicit Coler. in suo tract. de processibus exe-
15 cutiuis part. 1. capitu. 3. numero 37. fol. 100.
& consuluit Purpurat. cons. 65. pronuncian
dum, numero 7. lib. 1. qui consensus tacitus
sufficit ad inducendum consuetudinem.
Barto. in l. de quibus, ff. de leg. nume. quar-
to, & decimo.

16 Et quod in hac materia Trebellianicæ
standum sit consuetudini in terminis dicit
Marcus Anguis. dicto cons. 281. postquàm
inficiari, numero decimotertio, & Menoc.
consil. 177. etsi prima, numero decimo, lib.
2. dum loquitur de cõsuetudine Bergomi,
qua non licet patri prohibere filio Trebel-
lianicam Bertrand. dicto, consil. 152. pun-
ctus quęstionis, numero decimosecundo,
lib. 1. in part. posteriori, & consi. 144. ex the
mat. numeso 2. in versiculo si tamen lib. 3.
part. 2.

Nec dicatur, quod eadem Rota coram
R. P. D. Sebastiano Medice tenuit contra-
rium, nempe, quod Trebellianica filijs pri
mi gradus non possit prohiberi Veneris
prima Octobris 1593.

Quia plurimis modis responderi potest.

Primo, quod affirmatiua opinio Domi-
nis ex præmissis, & quę dicentur infra, ma-
gis vera visa fuit.

Secundo, quod in dicta decisione non
interuenit votum omnium Auditorum,
duo enim ex dominis fuerunt pro affirma-
tiua, prout fuit in dicta causa Anconitana
de Troglionibus in qua omnes Auditores
communi voto sequendo opinionem Ro-
tæ Rom. vt ipsi dicunt in eorum decisione,
habuerunt pro constanti Trebellianicam
filijs primi gradus posse prohiberi, quo fit,
vt sit magis attendenda, cum plus videant
oculi, quàm oculus.

Tertio, quod dicta decisio fuit in vna
Montis Vlmi, quæ etiam vbi præualere de-
beret non post adduci circa obseruantiam
introductam in causis Anconitanis: pote-
rat enim alia obseruantia adesse forsan in d.
terra Montis Vlmi, ob quam variandam
dicti Domini extimauerint, quod pro eui-
tanũa repugnantia, multo magis est dicen-
dum, & credendum.

Non obstãt Doctores supra allegati om-
* nes de communi, * & magis communi at-
17 testantes, ex quibus quæstio redditur adeo
dubia, quod indigeret decisione Cæsarea,
vt dicit Curt. Iun. consil. 154. Præsupponi-
tur, numero secundo, lib. 2. vt refert Rolan.
consil. quinto, præsens articulus in princip.
lib. quarto, & sententia Rusticorũ, qui per
medium decidunt litem vt dicit Caualcan.
in repert. primæ part. suarum decis. in ver-
bo Trebellianica, fo. 224. qui plures allegan
* do, de magis communi *, ac veriori fidem
faciendo tenet Trebellianicam filijs primi
gradus posse prohiberi, vt etiam tenet Viu.
in suis decis. Barens. decis. 3. ex quo B testa-
tor, numero 1. fo. 7. quia præterquam quod
pro parte affirmatiua adsunt alij Doctores,
supra citati, qui fidem faciunt de commu-
* ni, * & magis communi, vt in eis potest vi-
deri, inueni quod de prædictis triginta no-
uem Doctoribus pro opinione negatiua
18 facientibus adsunt nouem, qui tanquam
contrarij, non possunt facere numerum,
nec aliquod offerre suffragium, vt per Cra-
uet. consil. 16. Post redditum, numero 10.
& in terminis doct. sibi contrarij tradit Ce-
phal. consil. 310. Pro Magnifico, numero
primo, lib. 3. inter quos Bald. huius negati-
uæ auctor, primus fuit, quia consil. 349. su-
per eo, quod quæritur, numero quinto, lib.
3. fol. 73. à tergo, & in . quoniam in priori-
bus, numero septimo, C. de inoffic. testa. &
in aut. res quæ, C. commun. de legat. tenet
affirmatiuam, quod scilicet Trebellianica
filijs primi gradus prohiberi possit, & in di-
cta leg. iubemus, C. ad Trebell. numero se-
19 cundo, & 8. tenet negatiuam, de quo non
est mirandum per ea, quæ tradit Alexand.
consil. 133. vere crudelis videtur, numero
septimo, lib. tertio, & Anto. in capitu. con-
sultationibus de iur. patróna. de quo me-
minit Ferrat. caut. 22. solemnis doctor, nu-
mero quarto, versiculo quia licet Bald. fo-
lio 96.

Ias. quia in l. filium, quem habentem, nu-
mero vndecimo, C. fam. ercisc. tenet indi-
stinctè posse patrem prohibere Trebellia-
* nicam attestando de magis communi, * &
in l. Marcellus, ff. ad Trebell. numero 53. &
55. & cons. 84. Puto quod quemadmodum
numero vigesimoquinto, lib. primo, tenet
contrarium.

Roman. quia sing. 195. est dubium nun-
quid. tenet partem affirmatiuam, & dicto
consil. 206. licet de communi conclusione
numero sexto, tenet negatiuam. Curt. iun.
quia consil. 120. Præsupponitur in facto, nu-
mero 12. sentit Trebellianicam filijs primi
gradus prohiberi posse, & consil. 160. Præ-
supponitur in facto fuisse, numer. 10. tenet
contrarium.

Gozzadinus quia, consil. 45. versicu. alle-
gationibus, numero 21. tenet Trebelliani-
cam filijs primi gradus, respondendo con-
trarijs, posse prohiberi, attestando pariter
* de communi * tenet contrarium.

Rube. Alexan. quia consil.2. facti series ita se habet, numero decimosexto, disputãdo optimè hũc articulum ad partes per totum dictum consilium, vbi de communi tenet affirmatiuam, & in consil.43. ex testamento, numero octauo, & in dicto consil. 143. subtiliter adeo scriptum, nume. sexto, tenet negatiuam. Purpurat. quia, consi. 375. viso instrumento, numero septimo, lib. primo, fuit in opinione, quod filijs primi gradus Trebellianica possit prohiberi, & dicto consi. 248. viso testamento, numero secundo, & consil. 304. videbatur primo motu, numero vndecimo, & consil. 375. viso instrumento, numero septimo, lib.1. tenet de directo contrarium.

Ceph. quia consil. 153. Magnificus de Brandelisijs, nume. 67. lib. 2. tenet partem affirmatiuam, quod Trebellianica filijs primi gradus possit prohiberi & dicto consilio 188. eodem lib. 2. num. 23. & consil. 563. Præsentium, numero tertio, lib. 4. tenet negatiuam.

Et Eugenius, quia dum se subscripsit cuidam consilio Tobiæ 90. cõmunicato consilio, cum Domino Paulo Lancillotto, & d. Tobia tenuit affirmatiuam, & dicto consilio 34. numero quarto, & consil. 35. numero 13. tenuit negatiuam.

Non obstant præsupposita, quæ facit Odd. dicto consil. 63.

Nam ad primum dum firmat negatiuã opinionem esse magis communem, & inter modernissimos non contrauerti.

Respondetur, quod facta dinnumeratione Doctorum, de quibus, hinc inde est magna copia, non potest id manifestè firmari. Secundo, quod non desunt dicentes affirmatiuam esse magis communem, vt patet, ex suprascriptis quo casu tutius videtur inhærere opinioni antiquorum, cum id sit magis fauorabile, vt dicit Gabr. consil. 100. In simili specie, numero tertio, lib. secũdo, per text. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. cum ibi notatis per Ias. quia ab antiqua opinione maiorum, & præceptorum nostrorum nõ est recedendum, l. si ędibus, ff. de damn. infect. & not. in capitu. 1. de decim. & in capitu. Pastoralis eodem titu. in glo. cum difficile sit, opinionem antiquorum reuoluere 35. quæst. 9. capitu. veniam, Stephan. de Federic. de interpre. iur. vltim. partium. 104. to. 1. fol. 225.

20

21

Sed sic est, quod opinio affirmatiua, quã sequitur Rota Romana est magis antiquã, ergo est sequenda.

22 Et tanto magis, quia antiqui Doctores sunt veneratione digni, vt inquit Bald. in l. vlt. in pen. colu. num. C. de ædict. Diu. Adr. toll. relat. per Catel. Cott. 2. par. memor in verbo nuptiarum causa, de quo meminit Sylu. nupt. lib. 5. quomodo iudicandum, numero 6. inter commun. opin. diuers. folio 101.

23 Accedit, quod pro hac parte adsunt plures doctores in lecturis id firmantes, quod non modice est ponderandum per ea, quæ tradit Magagn. inter commun. opinion. diuersor. lib. 3. cap. 15. fol. 98.

24 Præter id, quod efficacioribus rationibus videtur comprobata, vt dicit Caualcan. in dicto suo repertorio primæ partis decis. in verbo Trebellianica, numero 5. fol. 1227. qui vlterius dicit esse fauorabiliorem propter mentem testatoris, & habere pro se multos textus satis vrgentes, & auctores in iure Cæsareo primarios, & potest videri per Brenghar. Fernand. in dicta l. in quartam, numero 316. Eman. Cost. in dicto capitulo, si pater, numero vndecimo, & seq. de testamen. in 6. Cortes. in dicto suo tract. de Trebell. §. 1. numero tertio, & seq. & Tobia d. consilio 32. & 90. quæ faciunt hanc præferri etiam, quod negatiua esset magis communis, & pro se haberet maiorem numerum doctorum, etiam auctoritate grauiorum vt præsupponit Odd. vbi supra per ea, quæ tradit Stepha. de Federic. in dicto suo tracta. de interpret. iur. vltim. par. numero 107. Gabr. dicto consil. 100. in simili specie,

25 numero secundo, lib. 2. Ad secundum præpositum, dum dicebatur, hanc negatiuam, quod filijs primi gradus Trebellianica non possit prohiberi esse æquior, & fauorabilior fauore filiorum.

Respondetur. Primo, quod dicta ratio æquitatis, & fauoris filiorum non potest considerari in terminis text. d. l. iubemus,

26 C. ad Trebell. quoniam ibi filius fuerat rogatus restituere hæreditatem alteri testatoris filio, vel filiæ sub conditione si sine liberis decesserit. & sic in præiudicium alterius fratris, substituti, & æqualiter priuilegiati non potuit considerari fauor ipsius filij grauati, quo minus Pater propter solum filij grauati fauorem non posset prohibere deductionem Trebellianicæ præsertim, quod textus ille loquitur principaliter, etiam eo casu, quo plures filij fuerunt instituti, atque reciproco fideicommisso inuicem graua-

27 ti, quo casu fauor, aut præiudicium vnius cum fauore, aut præiudicio alterius debebat compensari argumento, text. in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testamen. vt eleganter animaduertit Emanuel Cost. in dicto c. si pater, nu. 11. de testam.

Secundo,

Secundo, quod propter æquitatem, &
fauorem non ſcriptum, nõ eſt recedendũ,
à iure ſcripto, in quo permittitur Trebellia
nicæ prohibitio, vt ad litteram legitur in l.
1.§.inde Neratius ſcribit,ff.ad Trebel. Nec
dicatur, quod aliud fuit diſpoſitũ filiorum
fauore in l.iubemus,C.eod.

Quia reſpondetur, quod per dictam leg.
iubemus ſi intelligitur ad litteram ommiſ-
ſis argumentationibus, & ſubtilitatibus,
prout intelligi debet, non reperitur fuiſſe
diſpoſitũ de directo cõtrarium eius, quod
fuit ſancitum in dicto, §. Neratius, ſed ſolũ
in ſubſtantia mandatum, quod vbi teſtator
vult filios habere Trebellianicam,non poſ-
ſit diſponere, quod ea computetur in fru-
ctibus, & ſic cum nõ remaneat correctum
ius antiquum poterit teſtator eam prohibe
re, licet dum vult Trebellianicam per ſuos
filios conſequi poſſe,non videatur diſpone
re,quod capiatur de fructibus hæreditatis,
Motus Imperator ad hoc, vt filij in caſu in
quo non repugnat teſtatoris voluntas,con-
ſequantur hunc fauorem, & hoc priuile-
28 gium; nam ſi ſecus diceretur non vt lex
ſeruanda, nec amplius libera erit teſtandi
voluntas, vt iam ſancitum fuit per Impera-
torem in §.diſponat auth.de nupt.poſt An-
gel.Bald.in l.maximum vitium, C.de liber.
præterit.Socin.iun. conſil.93. Miror profe-
ctò prædictas quæſtiones,numero 3. vol.1.
Rolan.à Vall.conſil.1.in præſenti cauſa,nu-
mero 77.lib.3.dicit Rimin. iun. conſil.339.
prima tamen numero 27.lib.tertio, fol.47.
à tergo.

29 Nec dicatur,quod ſicut non poteſt face-
re teſtator fauore filiorum,quod Trebellia
nica capiatur de fructibus,quod eſt minus,
ita non poteſt facere prohibitionem eiuſ-
dem, quod eſt plus, vt arguunt, quandoq;
tenentes hanc negatiuam.

30 Nam reſpondetur, quod vbi eſt caſus le-
gis,ceſſat omne dubium, & tanto magis,
vbi agitur de corrigẽdo iure antiquo, quod
non fit per argumenta ſed expreſſe l. præci-
pimus,C.de appellat.cum ſimil.

Et vbi induceretur correctio, quæ ratio
allegari poteſt, quod dicta l. iubemus pari-
ter non poſſit dici correcta per text. in aut.
Sed cum teſtator, C. ad leg. Falc. vt voluit
Corn.d.conſ.22.num.35.lib.2. etiam quod
31 d.aut.loquatur de Falcidia, cum virtute le-
gis antiquæ æquiperantis Trebellianicam,
32 & Falcidiã lex noua ſuperueniens, loquẽs
de vno, habeat locum etiam in reliquo per
text. in l.vt tantum,ff.de ſeruo corrupt. iun
cta l.qui ſeruo,cum ibi nota,C.de fur.& Ia-
cobin.de S.Georg.in l.ſi ſe ſubijciant,num.
33.ff.de iudic.vt per Corſet. vbi ſupra,nu.3.

Quare, cum quomodocunque, hoc in-
telligatur, ſemper intacta remaneat teſtato
ri facultas prohibendi Trebellianicam, tu-
tum aliquo pacto non videbatur hanc ne-
33 gatiuam ſequi, etiam,quod ſit magis æqua
fauore filiorum; quia cum affirmatiua opi-
nio ſit humanior, quia tractat de ſubſtituẽ-
da voluntate Teſtatoris, & non ſolum hu-
manior, ſed fauorabilior, quia impedit de-
tractionem trebellæ, quæ detrahitur con-
tra voluntatem teſtatoris, in tantum quod
34 plus fauetur teſtamento, quam filio exhæ-
redato, vt per iura, quæ allegat, concludit,
& hanc tuetur partem Marzar.in ſuo tract.
de fideicommiſ.quæſt.49.in verſ. Ego aliàs
fol.15.non videtur ab iſta opinione pro de-
ſtruenda teſtatoris voluntate recedendum.
35 Quia voluntati Patris, magis quam filijs ex
cepta legitima eſt fauendum,§.1. de trient.
& ſemiſſ. ibi (reliquum vero ſubiacet in vo
luntate Parentum) Bereng. Fernand. in di-
cta l.in quartam,ff.ad leg.Falcid. num. 316.
in verſ. ſecunda ratio lib.4.fol.372.à tergo,
etiam ſi pro hac parte eſſet tantum opinio
vnius doctoris, quæ teſtamento faueret,
nam tunc habenti pro ſe talem opinionem
quando doctor eſt excelſus & preclarus,nõ
nocet communis opinio, quæ eſſet in con-
trarium Barbat. conſil.15.ſcriptum eſt, nu-
mero quarto,& quinto,lib.1.

Ad tertium præſuppoſitum, dum dice-
batur, quod negatiua opinio de conſuetu-
dine, & in practica ſeruatur, & quod ſecun
dum eam in citatis locis fuit iudicatum.

36 Reſpondetur, quod vbi Doctori atteſtã-
ti de conſuetudine ſtandum eſſet,illud pro
cederet ſolum reſpectu locorũ, de quibus
loquitur ſecundũ Burſat. conſil.43. ob cri-
men hereſis,nume. 54.lib.1.Gabr.concluſ.
4.de probat.numero tertio,Maſcar.de pro-
bat.concluſ.426.numero 22. lib.1. fol. 327.
Granue. Theorem.11. dicit Capella, nu.9.
fol.57.Becc.conſil.7.Quæritur an, num.29.
& 30.& conſil.67.in cauſa inquiſitionis,nu.
32.& Rolan.conſil.98.viſo proceſſu,nu.23.
lib. 4. idem cenſuit Rota Lucan. in nouiſſ.
deciſ.146.non poterant colum. 3. in verbo
Doctoribus,fol.216.nõ autem in caſu iſto,
in quo de contraria conſuetudine probatũ
extitit,vt ſupra.

37 Ad quartum præſuppoſitum dum dice-
batur, quod pro dicta opinione, quod filijs
primi gradus Trebellianica non poſſit pro-
hiberi frequentius conſulitur,& iudicatur.

Reſpondetur, quod non attenduntur e-
xempla in iudicando, ſed iura, & rationes,
quæ cum ex ſupradictis præualeant pro par
te affir-

te affirmatiua in tanta doctotum varietate ab opinione Rotę Romanę tutè recedi posse non videbatut, quæ in Ciuitate Lucæ vigore statuti eiusdem capitulo sexto, lib. secundo, & Perusiæ in qua quæstio est decisa pet Comitinam constitutionem de Treb. rubr. 18. in titu. de conttact. & vltim. volun. fo. 102. hodie nullam habet dubitationem, licet auctotitas tenentium oppositum non sit modici momenti, nam vt dicebat Aristoteles amicus Socrates amicus Plato, sed magis amica veritas, quæ cum omnibus bene consultoque pensatis sit pro hac parte, vt ex præmissis manifestè patet, decipitur nuperrimè Borel. dum consil. 51. Antonella, num. 9. & seq. fol. 96. dicit, tenentes hanc opinionem quam sequor inconsideratè locutos fuisse.

Sed cum partes conuolauerint ad alia dubia, forsan ob articuli dubietatem, & varietatem opinionum, decisio eiusdem, vt supra discussa, fuit ommissa.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Per lapsum termini, à Iudice assignati ad arripiendum iter coram Iudice à quo, appellatio, an dicatur deserta.

SVMMARIVM.

Iudex post admissam appellationem ex internallo, an possit præfigere terminum ad arripiendum iter, & comparendum coram iudice à quo, num. 1.

Iudex post admissam appellationem potest facere, quod tendit ad faciliorem causæ appellationis expeditionem, num. 2.

Dictio post hoc an comprehendat, quod fit ex interuallo, num. 3.

Dictio post non importat interuallum magnum, numero quarto.

Iudicis in arbitrio est iudicare; an interuallum sit magnum, vel paruum, nume. 5.

Iudex in dubio non extendit eius arbitrium ad destructionem actus, nume. 6.

Actus in dubio censetur validus, nume. 7.

DECISIO XII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Super proposita difficultate. Videbatur respondendum, appellationem interpositam, per æquitem Ludouicum contra Nicolaum Tellinum,
1 non esse desertam, quia iudex non poterat post admissam appellationem ex intetuallo præfigere dictum terminum, vt voluit Rota decis. 40. aliàs 356. si appellatut, à diffinitiua de appellat. in nouis. fol. 66. quæ in fine refert distinctionem Io. de Signia. & Vestr. in sua prax. Rot. c. vltimo, lib. 7. num. 4. fol. 219.

Sed aliud fuit conclusum, nā secundum magis veram Doctorum sententiam potuit iudex dictum terminum etiam ex in-
2 teruallo præfigere, vt voluit Ioan. Andr. in capitu. cordi. de appellat. in 6. numero quarto, quem sequitur Card. in clem. 1. de appellat. in 6. in 7. notab. numero 6. & in capitulo appellationibus, colum. 2. num. 4. eod. titu. Hostiens. in capitulo 1. de appellat. in 6. colum. 3. circa med. vers. post hoc, & facit gl. in cap. 2. de matrim. contract. contra interdict. eccles. gloss. 4. in verbo sola delatio de appellat. & ibi Franc. nume. 9. & in cap. 1. §. post hoc. in princ. de appellat. in 6. ratio est quia per admissionem appellationis circa dationem termini ex interuallo sibi iudex non præiudicat, cum totum id tendat ad faciliorem expeditionem causæ appellationis, vt dicit Franc. in dicto cap. personas, numero nono, præcipue cum illa dictio post
3 hoc de qua in dicto capitu. 1. §. post hoc sit acta comprehendere etiam actum, qui fit ex interuallo, vt dicunt Franc. & Felyn. vbi supra cum cæteris sequentib. opinionem Io. Andreæ.

Non obstat, quod dicit Rot. dicta decis. 40. aliàs 356. de appellat. in nouis quam sequitur Vestr. dicto cap. vlt. lib. 7. numeto 4. fol. 219.

Quia Franc. in dicto capitulo personas, numeto nono, pro dicta sua opinione inter cætera allegat Rot. decis. 356. quæ incipit item si appellatur, quam credo esse decisionem in contrarium allegatam, licet non concordet initium, & Felyn. vbi supta, nume. tertio pariter allegat Rot. decis. 40. de appellat. in nouis. & 23. in antiqu. quarum videlicet decis. 40. puto esse prædictam supra in contrarium allegatam, quia concordat nu-

dat numerus, quamquam aliqua possit oriri ambiguitas ex illo verbo declinauerunt posito, quasi in fine dictæ decisionis, in qua dicitur.

Et in hanc partem videlicet opinionem Io. Andreæ, & sequacium declinauerunt omnes domini, quod ni fallor debere dicere, inclinauerunt, tum quia præcitati Doct. allegant Rot., cum quia Gemin. in capitulo cum appellationibus, §. si vero, nume. 7. de appella. in 6. ad litteram dicit quod Rot. sequitur indistinctè d. Ioan. Andr. quod credit verum, quia probatur in capitulo cordi de appella. in 6. in quo dicitur post hoc, quę dictio potest denotare actum, qui fit interposita instantia ipsorum plurium dierum. Item appellationem, quæ interponitur dierum post diffinitiuam.

4 Quod intelligerem dummodo interuallum non esset magnum, quia dictio, post, non importat interuallum, saltem magnū, vt dicit Iaf. in l. si ita quis promiserit, §. Sciauit, num. 12. ff. de verbot. obligat. per tex. in l. iurisgentium, §. quinimo in versi. idem responsum ff. de pact. ibi, etsi post emptionem ex interuallo.

5 Sed quia decidere, an interuallum sit magnum, vel modicum, residet in iudicis arbitrio per ea, quæ in terminis tradit glo. in l. is, à quo ff. vt in poss. legat. vbi Barto. numero secundo, Neuizza. consil. 56. iustus, vt palma, numero quarto, Natt. consil. 502. super præsenti controuersia, nume. 7. lib. 3. & Menoch. de arbitr. casu. 9. executio trium, numero quinto, fol. 84. post Afflict. decis. 73. emptor cuiusdam, numeto secundo, fol. 58. ad eum spectabat huiusmodi de-
6 cisio, qui bene facit, si non extendit illud ad
7 actus inualiditatem, cum in dubio actus censeri debeat validus, & interuallū trium dierum, aut quinq;, & etiam plurium reputetur modicum tempus secundum Iacobin. de S. Georgio in l. etsi post tres, num. 1. ff. si quis cautio.

Prout nec obstat allegata auctoritas Vestrij, quia cum se fundet in dicta decisione 40. quam allegat, potuit facile decipi, cum locutus fuerit contra præfatorum Doctorum sententiam.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XIII.

ASCVLANA.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis, an probet.
Probatio per iuramentum, an admittatur ad probandam quantitatem.

SVMMARIVM.

Confessio extraiudicialis facit tantum semiplenam probationem, num. 1.
Fallit de æquitate canonica, num. 2.
Probatio semiplena, quando adest, an possit quantitas probari per iuramentum, num. 3.
Iuramentum ad hoc, vt deferatur, an concurrere debeant coniecturæ, num. 4. & 11.
Quantitas an possit probari per iuramentum, numero 5.
Ius canonicum præualet iuri ciuili, num. 7.
Fallit in vrbe, nume. 8.
Iura ciuilia ab vrbe originem habuerunt, nume. 9.
Roma appellatur à Iustiniano legum origo, & fons Sacerdotij, num. 10.
Iudicis auctoritas in causis leuibus quę sit, nu. 12.

DECISIO XIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Prosperus, & Cæsar de Braccijs de Cascia ꝓbauerunt se creditores Antonij Pascalis de Asculo per duos testes deponentes de confessione extraiudiciali facta absente parte absque quantitatis specificatione: dubitatum fuit,

An testes deponeutes de confessione extraiudiciali plene probent.

Secundo, an vbi plene probarent, admittatur super quantitate non liquidata probatio per iuramentum.

Et super vtraque dubitatione respondebatur negatiuè. Quia confessio extraiudi-
1 cialis semiplenam tantum facit probationem, vt plures allegando probat Franc. Curt. in repetit. l. admonendi, ff. de iur. iuran. nume. 141. lib. 2. fol. 191. qui num. 299. id limitat pluribus modis, Corn. cons. 113.

circa

circa primum, lib. 1. Marſ. in rub. C. de probat. numero 89. Natt. conſil. 18. viſo, & diligenter examinato, numero 18. lib. 1. Gabr. de confeſſ. concluſ. 1. per tot. Duen. reg. 120. qui id ampliat quatuor modis, & limitat tredecim modis Surd. conſ. 188. ea opinio, nume. decimo, lib. 2. Afflict. deciſ. 375. quidam Diomedes, nu. 3. qui teſtatur de com-
* muni* Rot. Florent. deciſ. 135. contendebat numero 11. fol. 383. de communi Vrſil. ad Afflict. vbi ſupra, numero quinto, etiam quod fuerit probata per duos teſtes, vt per Purpur. conſil. 202. Reſoluturus, nume. 14. lib. 1. licet de hoc non ſit leue dubium, quia multi tenent, quod non, nempe Bald. & Salyc. in l. bonæ fidei, C. de reb. credit. de quibus meminit idem Purpur. conſil. 166. præmiſſis præſuppoſitis, num. 11. lib. 1. Sed communis eſt, cum Curt. & doctoribus ſupracitatis, vt penes eos eſt videre, & teſtatur Maſcard. de probat. concluſ. 347. num. 24. lib. 1. fol. 263. &c. quæ ſemiplena probatio non poteſt recipere ſuper quātitate probationem per iuramentum, cum de credito plenè non conſtet ex dicta extraiudiciali confeſſione, nam ſi hoc eſſet, duo ſpecialiter operaretur iuramentum, nempe ſemiplenam probationem quo ad crediti probationem, & plenam probationem, quo ad quantitatem, quod eſt impoſſibile; nam dū dicunt doctores quantitatem probari per iuramentum, id intelligunt, quando antea plene probatum eſt de credito, vt colligi poterit ex infra dicendis.

3 Et tanto magis quia ad hoc, vt iuramentum huiuſmodi deferatur concurrere debent aliæ coniecturæ, vt per Iaſ. in repetit. l. admonendi, num. 202. & ſequen. ff. de iur. iuran. & Stracc. in addit. ad Crauet. conſil. 198. num. 9. fol. 84.

Maturius verò conſideratis dubijs contrarium fuit per me iudicatum, quia de æ-
4 quitate canonica confeſſio extraiudicialis facta abſente parte probat, vt per Corn. dicto conſi. 113. circa primum, num. 15. lib. 1. & latè deducit Maſcard. de probat. dicta concluſ. 347. num. 12. lib. 1. & latiſſime, nu.
* 57. vbi teſtatur de veriori, ac communiori* opinione. Ioſ. Ludouic. deciſ. Peruſ. q. Blaſcius Andreæ, numero 6. part. 1. vbi pariter
* de magis* communi atteſtatur Pict. deciſ. 52. fuit reſolutum in vna, numero 1. lib. 2. Rota Auinion. deciſ. 62. nobilis Baptiſtina, numero 1. fo. 77. à ter. & nouiſſimè cenſuit Rot. in nouiſſ. deciſ. 4. fuit concluſum, nu. 1. part. 2. fol. 3. ratio eſt, vt inquit Butr. in ca. ſi cautio, de fid. inſtrum. col. 2. num... in verſ. quod ſi confiteor, tuam eſſe puta, quia ſola mens, in illa ſufficit dummodo de ea quoquomodo conſtet, de qua non ſolum facit magnum feſtum Imo. in dicto capit. ſi cautio, ſed dicit eſſe dictum multum ſingulariter notandum, vt refert Felyn. ibi in dicto cap. ſi cautio de fid. inſtrum. num. 27. quem ſequitur Maſcardum, vbi ſupra, num. 58.

5 Qua probatione ſtante non eſt dubium, quod poteſt quantitas probari per iuramētum, vt habetur per Rot. Genuenſ. deciſ. 141. viſum fuit Rotæ, nume. ſecundo, Natt. conſil. 102. Veriſſima videtur num. 2. lib. 1. & Ioſ. Ludouic. in concluſio. vnica de lib. mercator. in verſic. decimo requiritur, fol. 509. ſtante maxime dicti crediti negatione, vt habetur per Maſcard. de probat. conclu. 1080. num. 24. lib. 2. fol. 417.

Non obſtat dum dicebatur dictam confeſſionem extraiudicialem non facere plenam probationem.

6 Quia id procedit de iure ciuili, ſecus de iure canonico, vt dicit Corn. dicto conſil. 113. num. 16. lib. 1.

Secundò quia, vt reſpondet Ruyn. conſi. 141. viſo prolixo, ac laborioſo, nume. 9. lib. 2. qui loquitur de ciuitate Rauennæ id procedit in terris imperij, non autem in terris
* eccleſiæ ſecundum communem* opinionem, à qua in conſulendo, & iudicando exiſtimat non eſſe recedendum Corn. dicto conſilio 113. numero tertio, vbi loquitur de terra Fani Curt. iun. conſ. 168. Sacratiſſimæ Trinitatis, num. 12. & Maſcard. dicta conclu. 347. volum. 1. Secus in caſu iſto, in quo, præter id quod agitur contra Aſculanum, qui eſt ſub imperio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vigore conſtitutionis Marchię
7 cap. ſi. lib. 7. ius canonicum præualet iuri ci-
8 uili. Id tamen in vrbe non procederet, quamuis eodem imperio S. R. E. ſubiaceat vigore particularis ſtatuti dictæ ciuitatis, lib. 1. cap. 42. quo diſponitur inter ciues, incolas, & diſtrictuales ubique ſeruari debere ſtatuta urbis, niſi in loco diſtrictus in caſu contingenti aliter per particularia ſtatuta fuerit prouiſum, & ubi ſtatuta non diſponunt ſeruari ius ciuile, & ubi deficit ius ciuile fore, & eſſe ad ſacros canones recurrē-
9 dum, nec immerito quidem poſtquam ortum in urbe iura ciuilia habuere, ibiq; aucta ad alios populos defluxere, ut dicit idē ſtatutum, & probatur in auct. ut Eccleſ. Ro
10 mana in princ. colum. 2. dum anterior Roma legum origo, & patria, ac fons Sacerdotij per Iuſtinianum nuncupatur, & in terminis prefati ſtatuti per Magdalen. in ſuo tract. de num. teſt. in teſtam. requiſit. cap. 3. numero 90. fol. 42. qui nu. ſequ. dicit,

id seruari vbique locorum vbi seruaretur ius ciuile.

Prout nec obstat, quod obijcebatur de probatione facienda per iuramentum super dicta quantitate crediti.

11 Quia cum plenè de credito per præmissa probatum fuerit; super quantitate non probata potuit per supra adducta deferri iuramentum, etiam, quod aliæ non concurrant coniecturæ, cum agatur de causa c. 14. quæ est modica per ea quæ dicit Ioseph. Ludouic. in suis decisionibus Perus. decis. 100. Gregorius hospes, num. 3. & seq. par. 2. ma-

12 xima enim est iudicis potestas in causis leuibus, breuibus, ac paruis præsertim circa dilationem iuramenti, vt habetur in eadem decis. numero quinto, ad quam.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XIIII.

EXINA.

ARGVMENTVM.

Iudex à quo, creatus Iudex ad quem; an possit iterum iudicare in causis sibi per appellationem deuolutis?

SVMMARIVM.

Dictio, duntaxat, non solum habet vim taciti prohibitionis, sed expresse, num. 1.

Appellationes causarum, à quinquaginta infra ad quem deuoluantur, num. 2.

Iudex specialis, quando adest, actus non debet fieri coram alio. num. 3.

Iudex non debet tangere iurisdictionem alterius, numero 4.

Prorogatio fieri non potest, quando adest iudex particulariter datus, num. 5.

Iudex, qui sententiam tulit, si succedit iudici appellationis, pot. iterum iudicare, n. 6. contrarium, n. 8.

Iudicandi habitus est apud dignitatem, sed apud personam est actus tanquam vnum organum ipsius dignitatis, num. 7.

Iudex appellationis, qui iudicauit in prima instantia, an possit hanc causam alteri delegare. num. 9.

Iudex ex causa potest alium subrogare, num. 10.

Iudici asserenti de causa, qua mouetur ad delegandum, an credatur, num. 11.

Iudex, qui allegatur suspectus potest causam alteri non suspecto delegare, num. 12.

Lites sine suspitione procedere debent, num. 13.

Causa non debet redire ad iudicem grauantem, n. 14.

Litigare coram suspecto Iudice periculosum est, numero 15.

Appellatio est remedium commune, non autem particulare, num. 16.

DECISIO XIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causis, à quinquaginta infra, in quibus vigore constitutionis Rotalis capit. 31. fo. 71. Appellatur semel tantum ad Prætorē duntaxat, an possit appellari ad illum Prætorem, qui antequam fuisset Prætor iudicauit in dicta causa, & sic ad eum, qui cum fuisset iudex, à quo postea est effectus iudex ad quem.

Super proposita difficultate, quæ vertitur inter Reuerēdum Iacobum Baldinum ex vna & Reuerendum Philippum de Philippis ex altera, videbatur respondendum affirmatiue vigore dictæ dictionis d. ūtaxat,

1 positæ in dicto capit. Rotæ, quæ non solum habet vim tacitæ prohibitionis Rom. consi. 114. visis supra consultis, numero quinto, sed expresse, cum per eam videatur dictum non in alijs, vt ad litteram dicit Bald. in l. si quis ex consensu, numero secundo, versic. Nota secundo, quod compromissum, C. de

2 episcop. & cler. quo fit, vt solus Prætor, & non alius possit esse iudex, & quod coram eo tantum possit appellari. Ratio est, vt inquit idem Bald. in l. repetita, numero 36.

3 C. de episc. & cleric. quia quando habetur iudex specialis, vt in casu isto, actus non debet fieri coram alio iudice, quia vnus non

5 debet se intromittere de iurisdictione, & officio alterius, facit idem Bald. in l. illud, numero 17. C. de sacr. sanct. eccl. colum. 3. vers. illud est notandum, nume. 5. vbi dicit quod quando est deputatus, vel limitatus aliquis iudex partes non possunt alium prorogare.

6 Secundo quia etiam remoto dicto cap. Rotæ apparet huiusmodi casus decisus per gloss. in l. filius non impeditur, ff. de inoffic. testam. in verbo cum non proprio in fi. vbi dicitur; quod si quis tulit sententiam, & succedit iudici appellationis, potest iterum iudicare, ratio est, vt inquit Bald. in l. eos, C. de appellat. num. 2. dum loquitur de Episcopo, qui peruenit ad Episcopatum, quia cognoscit tanquam nouus homo, nā apud

7 dignitatem est habitus iudicandi, sed apud

personam

personam est actus tanquam vnum organum ipsius dignitatis.

8 Et licet de directo contrarium teneat Veronens. caut. 199. difficile, numero quarto, fol. 52. à tergo per glo. in l. eos, in princ. in verbo prouocatii, C. de appellat. & ibi doct. & glo. in capitulo querelam in princ. extra de electio.

Prætor tamen bene viso, & pensato huiusmodi articulo causam mihi delegauit, per doctrinam Barto. in l. Eos, numero 6. C. de appellat. expresse hunc casum decidētis, qui per tex. in l. Prætor sicut, ff. de iurisd. omn. iudic. dicit, quod si iudex à quo fuit appellatum successit in locum iudicis ad
9 quem fuit appellatum, ipse non debet cognoscere, sed causam cognoscendam delegare. Idem voluit Franc. in ca. ad hæc de appell. n. 7. & facit, quod dicit Ferrat. caut. 60. decreto iudicis, nu. 7. fol. 120. dū dicit, quod
10 officialis ex causa potest alium subrogare,
11 & quod creditur ei de causa afferenti, & Veronens. caut. 105. sæpissimè fol. 33. qui
12 vult iudicem qui allegatur suspectus posse causam alteri non suspecto delegare, ratio est, quia sic euitatur ambarum partium su-
13 spicio, quod non modicè erat considerandum, cum cordi omnibus esse debeat in lites sine suspicione procedere. iuxta tex. in l. apertissimi, §. licet enim, C. de iudic. & gl. in dicta l. Prętor sicut, ff. de iurisd. omn. iud. in verbo cum iustam causam in fi. præter
14 id quod non conuenit, nec æquū est, quod causa redeat ad iudicem grauantem secundum Bald. in sæpe dicta l. eos in princ. C. de
15 appellat. cū periculosum sit coram suspecto iudice litigare Aym. consil. 132. Homines sancti, num. 25. in fi. Vant. de nullitat. in tit. coram quo nulli, num. 6. Magon. decis. Flor. 63. Valerius num. 8. fol. 199. quia tristissimi euentus inde sequi solent, vt inquit Crauet. loco citato.

Prout non obstat dum ad corroborationem opponebatur, quod vnus iudex non potest se intromittere de iurisdictione alterius, & sic, quod solus Prætor iudicare debet.

Nam respondetur, id non procedere in iudice, qui primo iudicauit, quia tunc ex causa iusta, vt supra fuit dictum, potest alte-
16 ri delegari, quod si non esset appellatio, quæ vocatur remedium commune, vt post Io. Andre. in reg. nullus tradit Macagnan. lib. 2. commun. opin. cap. 3. nume. 13. fo. 76. proprio nomine nuncupari posset remedium partiale, quod non est dicendum, cū æquitati, propter quam inuenta fuit appellatio, minime conueniat.

Non obstat secundum obiectum, dum dicebatur dictum casum esse decisum per dictam glo. in l. filius non impeditur, ff. de inoffic. testam. & allegat. Doctrinam Bald. in dicta l. eos, C. de appellat. num. 2.

Quia præter id quod dicta glo. nihil allegat, & non est recedendum à dicto Bartolo, & sequacium, iuribus, & rationibus fundatis, ex Bald. loco præcitato colligitur responsio, dum paulo infra dicit (æquè tamen facit si alteri committit, vt neutri parti sit suspectus.)

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XV.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Appellatio in possessorio an sit permissa, & ad quem effectum.

SVMMARIVM.

Appellatio à sententia Possessorij, regulariter non datur, num. 1. & 13.

Appellatio in possessorio iuris datur ad omnem effectum, num 2.

Hæreditas quid sit, num. 3.

Hæres institutus in vsufructu omnium bonorum nemine alio instituto, an dicatur hæres in proprietate, num. 4. & 21.

Possessio dicitur iuris, quando tollit ius successionis, num. 5.

Appellatio datur à possessorio misto, & alterato, nu. 6. & 33.

Appellari an debeat in causa poss. si fuerint proposita, & admissæ exceptiones concernentes petitorium, num. 7.

Hæreditas in codicillis, nec dari, nec adimi potest, minusque confirmari, num. 8. & quomodo hoc procedat, num. 26.

Sententia lata contra expressum casum legis, est ipso iure nulla, num. 9.

Appellari potest, quando constat de notoria iniustitia, num. 10.

Appellatio, an detur, quando actor, & reus prætendunt parem titulum, num. 11.

Appellatio in dubio est admittenda, num. 12.

Appellatio an detur à sententia lata super possessorio, quando libellus, & probationes respiciunt petitorium, nu. 14.

Appellatio in possessorio, an dicatur prohibita, quo ad omnem

omnem effectum,num.15.

Appellatio in possessorio, quo ad deuolutiuum admittitur, si extat consuetudo, num.16.

Appellatio, quando datur in possessorio, an impediat executionem, num.17.

Possessorium iuris à possessorio facti quomodo cognoscatur, num.18.

Bonorum possessio significat merum ius hæreditatis, & possessio bonorum significat merum factum, numero 19.

Bonorum possessio, & possessio bonorum inter se differunt, num.20.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem, an dicantur admissibiles, num.21.

Appellare non est opus, à non admissione exceptionis, quando statutum reseruat eas in fine causæ, nec ab admissione articulorũ, quando admissio habet clausulam saluo iure impertinentium, & admittendorum, num.22.

Iudex, an possit pronunciare super possessorio tantum, num.23.

Appellatio an debeat admitti, inspicienda sunt verba sententiæ, num.24. & 36.

Iudex, qui super vtroque pronunciare debet, an si pronunciat super vno, nempe possessorio, sententia sit nulla, num.25.

Testator per Codicillos, non videtur recessisse ab his, quæ non ademit, num. 27.

Confirmatio inutilis, non vitiat, quod est validum, numero 28.

Testamentum validum potest in codicillis confirmari, num.29.

Titulus reuocatus, non est titulus, num.30.

Institutio per confirmationem, & relationem, an fieri possit, num.31.

Sententia vbi uenit exequenda, an discuti debeant merita, num.32.

Possessorium statutarium non competit, nisi vno hæredi, num.33.

Titulus vbi agitur de mero possessorio, non infert dominium, num.34.

Doctrina Baldi in l.eum de possessione, C.si de momẽt. possess.num.7.quando procedat, num.35.

Vitium visibile impedit, non autem inuisibile, numero 37.

Exceptio impertinens an dicatur reiecta. nu.38.

Regulæ inhærendum est, num.39.

Præsumitur pro regula, donec exceptio probetur, num.40.

Qui habet regulam pro se, habet intentionem fundatam, num.41.

Sententiandum est secundum regulam, num.42.

Sententia lata contra reg. est ipso iure nulla, nu.43.

DECISIO XV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

A Sententia lata ad fauorem Hieronymi Cunei sub die 10. Octobris 1594. In qua fuit pronunciatũ dictum Hieronymum fore, & esse immittẽdum in possessionem bonorum hæreditatis dicti Io. Cunei amota inde d. Constantia Grimalda, an detur appellatio.

Pro parte dictæ Grimaldæ, quæ ab ea appellauit, videbatur respondendum affirma-
1 tiue, quia licet regulariter à sententia possessorij non detur appellatio, id non procedit, quando talis sententia concernit possessorium iuris, sed facti tantum, quia à possessorio iuris datur appellatio ad omnem effectum, vt per Bald. in l. post sententiam, C. de sententijs, & inter omn. iud. & in l. 1. C. de bon. poss. secundum tab. & in l. vnica, C. si de moment. poss. vbi latè Contard. limit.15. Boccac. ad Aegid. num. 128. Pedem. decis. 25. mortuo intestato ad fin. vers. idem dicimus in possessorio iuris.

Sed sic est, quod agitur de possessorio iuris, quia sententia fuit lata de immittendo in possessionem hæreditatis, quæ nil aliud
3 est, nisi successio in vniuersum ius defuncti, l. nihil aliud, ff. de verbor. signific. Contard. in dicta l. vnica, C. de moment. poss. oppos. 2. num. 9. ergo.

4 Secundo, quia dicta D. Constantia hæres instituta in vsufructu omnium bonorum nemine alio instituto, ipsa viuente dicitur etiam hæres in proprietate iuris dispositione Bald. in l. id quod pauperibus, nume. 27. C. de episcop. & cler. Alexan. consi. 162. circa primum, num. 5. lib. 2. Decian. cons. 129. negari non potest, num. 66. lib. 3. & Meno. de præsumpt. lib. 4. presumpt. 141. num. 27. & 28. idem Menoch. consil. 105. dubitationem, num. 6. lib. 1. Durans de arte testandi, titu. 6. caut. 39. num. 2. Rym. iun. consil. 168. volum. 2. & 322. cum Dominus Andreas, num. 24. lib. 3. Sim. de Pret. de interpret. vltim. vol. lib. 3. inter 1. dub. 1. numer. octauo,
* quam sententiam tanquam magis * communem esse recipiendam in iudicãdo post multos firmat Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. titu. 5. art. 7. sub nume. 4. versicu. sed ego considero.

6 Quo fit, vt possessio petita, & per dictam sen-

sententiam concessa sæpe dicto D. Hieronymo, sit etiam iuris ex eo, quod tollit ius successionis ex testamento, cui quamdiu est locus cessat successio ex codicillis, & sic ab intestato gloss. in l. 1. C. de bonor. possess. secund. tab. iunct. tex. in l. quamdiu, ff. de acquiren. hæredit. quare locus erit appellationi interpositæ Contard. vbi supra limit. 2. ratione mixturæ, §. 7. numero 26. 27. & 28.

6 Tertiò quia fuerunt propositæ exceptiones concernentes petitorium, & admissæ parte non opponente, ac examinati testes hinc inde, & discussi, quo casu cum per misturam fuerit alteratum possessorium ab huiusmodi sententia possessorij potuit appellari, vt post alios tradit Menoch. in
7 4. remed. adipiscen. numero 861. ad fin.
7 maxime, quod non fuit ab admissione appellatum iuxta Doctrin. Aretin. commu-
* niter * approbatam in l. nihil commune, l. naturaliter, ff. de acquiren. possess. quem refert, & sequitur Aymo. in consil. 302. in hac causa Mariæ, numero 6. in vers. respondeo fol. 648.

Quarto quia constat de notoria iniustitia dictæ sententiæ, cum fuerit de immittendo in possessorium dictum Dominum Hieronymum vigore Codicillorum, qui-
8 bus dari, vel admi hæreditas, saltem directo iure minime potest, lib. 2. C. de Codicill. §. pen. instit. eodem titu. etiam per prætensam confirmationem in codicillis factam, quibus non potest testamentum confirmari, l. quod per manus, ff. de iure codicill. l. ex pupillari, ff. de vulgar. & pu-
9 pill. & sic contra expræssum casum legis, ob quod redditur ipso iure nulla, & datur
10 appellatio Contard. in dicta l. vnica limit. 9. & Menoch. dicto remed. 4. adipiscend. num. 850.

11 Quinto, quia quando prætendit actor, & reus parem titulum, prout in casu isto, datur appellatio, vt post multos, quos citat, tradit Menoch. vbi supra numero 866. cum sequen. & probat Bald. in l. cum de possessione, C. si de moment. poss. numero septimo, in versiculo, quæro nos dicimus.

12 Sexto ratione dubietatis, quo casu appellatio venit admittenda. Contard. de mom. possess. limit. 27. ratione dubij. Arch. in cap. cordi, & in capit. si à iudice de appellat. in 6. Specu. eod. tit. §. nunc dicamus versic. 1. Ias. in l. ad hęc, ff. de iudic. Dec. consi. 28. pro tenui, num. 2. & 8.

Sed contrarium communiter per Dominos fuit conclusum.

13 Quia regulariter in quolibet possessorio, tam recuperandæ, quam retinendæ, & adipiscendæ est prohibita alienatio, l. 1. C. si de momen. possess. Lancill. de attentat. part. 2. capitulo 12. limit. vigesimaquinta, num. primo, & decimo. Idem loquens: de in interdicto quorum bonorum post alios tradit Menoch. remed. 1. adipisc. numero 115. & in remed. l. fin. C. de ædict. Di-Adrian. toll. probat text. in l. vlt. ff. de app.
* recip. & commun. * post alios attestatur Couar. pract. quæst. capitulo 23. nume. 8. versic. tertia conclusio. Menoch. 4. remed. adipiscen. num. 226.

14 Etiam quod libellus, & probationes respiciant petitorium, dummodo sententia prout in casu isto sit lata in mero possessorio. Corn. consil. 10. præsupposito statuto ciuitatis Firmanæ, numero quarto, volu. 4. Rot. Roman. in nouiss. decis. 34. conclusum fuit, numero 9. & decimo, part. 2. folio 21.

15 Siue disputetur, etiam quo ad effectum deuolutiuum, vbi enim in possessorio est prohibita appellatio, dicitur prohibita ad
* omnem effectum, secundum magis * communem opinionem, de qua testatur Contard. in dicta l. vnica, C. si de moment. poss. super intellectu, numero quarto, vers. sunt, & alii fol. 4.

Horum licet plures posint allegari rationes, verior est, quam sequitur Contard. in d. l. vnica, C. si de momen. poss. fuerit appellatum in tertia, & vltima ratione decidendi, numero 1. fol. mihi 26. vbi dicit appellationem denegari in possessorio fauore litium abbreuiandarum, ex eo, quod plenius poterunt singula retractari in petitorio, nēpe in causa proprietatis, in qua damnum illatum in possessorio potest reparari, vt dicunt ibi doctor. citat. per eum.

Nec dicatur, quod immo secundum
* magis * communem opinionem de qua testatur Ludouic. decis. Perus. 20. Domina Martiana, num. 16. in possessorio datur appellatio, quo ad effectum deuolutiuum, quia Rotæ magis placuit opinio contraria, quę seruatur in vrbe, vt habetur per Contard. vbi supra, quam approbat Gabr. consil.
16 35. Terrentius lib. 1. vbi tamen non esset consuetudo in contrarium, vt per eundem Gabr. ibi numero 1. Nec immerito, cum obseruantia Curiæ Romanę ab omnibus alijs curijs imitari debeat. Clar. quæst. sexta, nu. 14. vers. debet etiam fol. 57. quia Roma tanquàm Magistra est ab omnib. sequenda

firma in verbo Romanæ curiæ stylus par. 4. fol. 331. Præsertim in hoc tribunali, cum ex forma capitulorum Rotæ, cap. 38. fol. 8. procedi debeat more Romano, & constitutiones generales Marchiæ non dedignētur, quandoque recurrere ad dictam obseruantiam Romanæ Curiæ, vt legitur in capitulo 30. lib. quinto, fol. 357. quidquid dicat Ferrett. consil. 111. quærendum numero octauo, versiculo non obstat volum. 1. dum affirmat Rotæ stylum esse quandoque album, quandoque nigrum, qui alteratur ad mutationem noui Papę, & Auditorum, vt subdit Patian. in suo tracta. de proband. capitulo 49. numero vigesimooctauo, lib. primo, fol. 149.

17 Dato tamen sine veri preiudicio, quod in possessorio detur appellatio, quo ad effectum habendæ possessionis, idem esset, quia non retardatur executio sententiæ, secundum magis * communem opinionem de qua testatur Marant. in suo specan. vlt. part. 2. actu, num. 294. & grauatur ad Vestr. in prax. Rotal. lib. septimo, capitulo tertio, numero 30. Rot. Bononiens. decis. 17. quæsitum fuit, numero 5.

Non obstat primum obiectum, dum dicebatur, quod cum simus in possessorio iuris, datur appellatio.

Quia licet verum sit, quod in huiusmodi possessorio datur appellatio, non tamen verum est, quod tractetur de eo, quia agitur de possessorio facti, in quo, vt supra aliquando fuit dictum, non datur appellatio,

18 vt demonstrant verba præfatæ sententiæ, ibi immittendum, & imponendum in possessionem bonorum hæreditatis, & probatur per originalem distinctionem. Cyn. in l. prima, C. de bon. poss. secundum tabul. de quo meminit Contard. in repet. dictæ l. vnicæ, C. si de moment. poss. limit. decima-

19 quinta, dicens, quod bonorum possessio significat merum ius hæreditatis, & possessio bonorum significat merum factum.

Immo vt dicit Petr. à Bell. Pert. in repet. l. bonorum, C. qui admitt. numero deci-

20 tertio. Bonorum possessio, & possessio bonorum inter se differunt, quia bonorum possessio est nomē iuris, & possessio bonorū est nomen facti, vt etiā probatur ex definitione bonorum possessionis, de qua in l. tertia, §. bonorum, ff. de bonor. possess. & per gloss. & Barto. & alios ibi, & per Doctor. in rubr. C. qui admitt. & ibi per Azon.

21 Non obstat secundum obiectum, quia licet dicta Constantia fuerit instituta hæres vsufructuaria omnium bonorum, non tamen poterat dici hæres in proprietate, tam ex geminatis, & reiteratis verbis testatoris inferentibus ad solum vsum fructum; ex quibus apparet de enixa, & clara voluntate ipsius, volentis dictam Constantiam solum, & duntaxat vsufructum consequi suorum bonorum, non autem proprietatem, iuxta notat. per Simon. de Prat. loco præcitato, numero quadragesimo.

Tum etiam, quia in alia parte testamenti alius fuit nominatus hæres, ex qua nominatione pariter colligitur voluntas testatoris fuisse, quod dicta eius vxor non esset hæres in proprietate, sed in vsufructu tantum ea viuente, vt per eundem Symon. de de Præt. lib. 3. interpret. 1. dub. 1. numero quadragesimoprimo.

Non obstat tertium obiectum, dum dicitur fuisse propositas exceptiones concernentes petitorium, quæ fuerunt admissæ absque eo, quod ab admissione fuerit appellatum, & sic per missuram, & alterationem possessorij causam fuisse effectam appellabilem.

Nam Respondetur, quod de dominio nihil fuit exceptum, sed tantum de inualiditate testamenti, vt per Eugen. consil. 72. numero 12. versicu. secundo dato, & quod exceptiones ex aduerso propositæ non erant admissibiles, cum requirerent altiorem indaginem, vt per Rot. in nouiss. dict. decis. 34. numero 10. vers. aut vero quærimus part. 2.

Secundo quod cum vigore statuti Anconæ rub. 5. colū. 3. de ciuilibus ac reseruētur, & fingantur reseruatæ omnes exceptiones in fine causæ cognoscendæ, cum negotio principali, non erat opus opponere, &

22 appellare, etiam ab admissione articulorum, cum fuerint admissi saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & sic habentur pro non admissis, vt per Constit. Marchię, l. quinta, capitulo 12. & tradit Dec. consil. 84. excellentissimi Doctores, numero secundo, & consil. 162. in causa quæ per tot.

Tertio, quod siue ab actore, siue à reo fuerint factæ probationes super meritis

23 nihil obstat, cum iudex possit pronunciare super possessorio tantum, & attendan-

24 tur verba sententiæ ad cognoscendum, an appellatio veniat admittenda, nec ne Contard. in dicta limitatione 2. ratione mistura, §. 5. num. 10. cum seq. Eugen. dicto consil. 72. cum sententia numero 20. & 21.

25 fol. 197. à tergo. Immo vbi iudex super vtroque

vtroque pronunciare deberet, si super vno
pronunciaret, ex hoc non diceretur senten
tia nulla, vti prolata super possessorio so-
lum, vt firmat Eugen. dicto consil. 72. nu-
mero 24.

Non obstat quartum obiectum de noto
ria iniustitia, quia licet hæreditas non pos-
sit dari, neq; adimi in codicillis per iura su-
26 pra in obiecto allegata, illa tamen proce-
dunt, quando id fit ad fauorem alicuius ex-
tranei, secus, quando in codicillis est insti-
tutus successurus ab intestato, prout in ca-
su isto, l. hac consultissima, §. fin. vbi etiam
Doctor. C. de testamen. vbi Bart. nume. 3.
inquit se ita obtinuisse, Franc. Mar. quæst.
319. quærit, an per codicillum, numero
quinto, part. prima, Magon. decis. Flor. 4.
Benedictus numero decimosecundo, & sic
ad fauorē dicti Hieronymi venientis etiam
ab intestato potuit per codicillos dictum
testamentum confirmari. Immo etiam
sine confirmatione in primo testamento
27 disposita valent, quia testator per codicil-
los non videtur recessisse ab his, quæ non
ademit, sed tantum à reformatis, & adem-
ptis, cætera enim firma manēt. Rolan. post
alios consil. 31. migrauit ob hoc sæculo, nu
mero vigesimotertio, volum. quarto. Si er
go institutio, vel substitutio facta de dicto
D. Hieronymo de per se valida est non vi-
tiatur per cōfirmationem inutiliter factam
in codicillis, l. quidam cum testamentum,
§. sed cum veteres. vbi Bal. & Paul. de Cast.
numero 2. C. de necess. hæredit. instit.

29 Vltra, quod secundum opinionem Cyn.
in l. prima, versiculo item, C. de codicil. te-
stamentum validum potest in codicillis
confirmari.

Non obstat quintum obiectum de pari
titulo.

Quia titulus, quo nititur dicta Constan-
30 tia, nempe institutio de ipsa facta non est
amplius titulus, cum fuerit reuocatus in co
dicillis, vt supra l. nec vllum, §. item, ff. de
petit. hæredit. Menoch. in 3. remed. reti-
nen. num. 639. Ex qua reuocatione necessa-
rio infercbatur institutio dicti Hieronymi,
31 per confirmationē dicti testamenti, & per
relationem ad illud, quod satis fuit implici-
te fieri, vt per Paul. de Castr. in l. hæredes,
palam, num. 2. ff. de testamen. Alex. consil.
176. viso processu inter Dominam num. 6.
vol. 5. Paris. consil. 19. consideratis coniectu
ris nu. 12. cum seq. & nu. 26. vol. 3. de magis
* communi*, & eius obseruantia. Gabr. con-
clus. 1. nu. 4. in tit. de testam. lib. 4. Clar. §. te-
stamentum q. 4. vers. sed pone aliquis, vbi
* pariter de magis *communi fidem facit, &
q. 36. & Lud. Zunat. in respons. pro vxor. n.
72. 85. cum seq. & nu. 236. Sim. de Præt. de
interpræt. vltim. volunt. lib. 3. nu. 12. f. 187.
32 Quæ licet merita causæ tangant, Domi-
ni voluerunt discutere ante executionem
sententiæ, sicut facere solet Rota Romana,
quando tractat de executione alicuius sen-
tentiæ extra vrbem, vt attestatur Contard.
vbi supra, quæst. 1. numero quadragesimo-
septimo, & seq.

Secundo, quod id non procedit in inter-
dicto, quorum bonorum, quia cum illud
detur contra titulo possidentem, & pro hæ
rede, vtique titulus, quo ad hunc effectum
habetur pro non titulo. Idem Menoch. re-
med. 1. adipiscen. num. 49. cum seq.

Tertio quod Menoch. in dicto quarto
remed. adipiscen. num. 856. & sequen. de-
bet intelligi secundum iura, quæ allegat
Bart. in l. non solum, §. liberationis verba,
ff. de liber. legat. Sed sic est, quod Bald. in
cons. à Menoch. citatis videlicet cons. 330.
& 331. volum. 1. loquitur in casu, quod age
batur principaliter de hæreditate, & de pos
sessione incidenter vigore statuti disponen-
tis possessionem defuncti continuari in hæ-
33 redem, ergo non est mirum si datur appel-
latio, quia cum possessorium statutarium
non competat, nisi vero hæredi, dicitur mi-
stum cum iure dominij, quę mistum cau-
sam facit appellationem, & quod sic intel-
ligi dēat dict. Bal. tenuit Rot. Ro. teste Can-
tuc. in nouis dicta decis. 34. conclusum fuit
numero 21. cum seq. volum. 2. & tradit.
Contard. vbi supra limit. 2. ratione mistu-
ræ in princ.
34 Sed in casu nostro agitur de mero posses
sorio, & non misto, quia titulus non infert
dominium, vt in interdicto, quorum bono
rum, quorum legatorum, quæ sunt interdi
cta mere possessoria, in quibus principali-
ter causa possessionis deducitur, inciden-
ter vero qualitas hæredis. Bald. in l. incerti,
num. 16. C. de interdict. Contard. d. limit. 2.
ratione misturæ in prin. nu. 6. & Rota dicta
decis. 34. num. 17. vol. 2.
35 Quarto, quod doctrina Bald. in d. l. cum
de possessione, C. si de moment. poss. nu. 7.
non obstat, quia procedit, quando appella-
tur à sententia notoriè iniusta, vt declarat
Salyc. in dicta l. vnica colum. fi. vers. quæro
secundo ab extra, quando appellaretur à
sententia notoriè iniusta.

Sed vbi super dicto titulo, & sic super pe
titorio fuisset cognitum plene, non autem
incidenter; vbi de mero possessorio fuisset
actum, quia ab eo, de quo non fuit cogni-
tum, & pronunciatū non datur appellatio,

&c propterea, cum sententia nihil de petito
36 rio contineat non potest appellari, & tanto
magis, quia tali casu inspici debent verba
sententiæ tantum Contard. in dicta l. vnica
C. si de moment. poss. fuerit app. limit. 2. §.
37 13. quinto, nume. 12 14. & 15. vitium enim
visibile impedit missionem in possessionē
non autem inuisibile. Curt. Iun. in l. fi. C. de
ædict. diui Adrian. tollen. num. 3. Menoch.
num. 216. q. 8.

Quibus stātibus pretextu dicti asserti ti-
tuli imparis non potest dicta constantia in-
tricare possessorium meum, parte, & iudi-
38 ce inuitis, quia dicta exceptio, tanquàm
impertinens, vel debet dici reiecta, cū non
tangat petitionem. argumēto eorum, quæ
ponit Dec. consil. 84. num. 2. vel reseruata,
vt supra in fine, in quo manifestè apparet
reiecta, cū super mero possessorio tantum
fuerit pronunciatum.

Nisi velimus, quod de facili deludantur
omnia iura, quæ prohibēt appellari in cau-
sis possessorijs, vt in terminis dicit Menoc.
remed. 3. adipiscend. poss. num. 188. & 189.

Non obstat sextum obiectum, dum di-
citur, quod saltem ob dubietatem appella-
tio potest admitti.

Quia ex præmissis sumus in Claris.

Secundo quia id debet intelligi nisi esse-
mus in materia, in qua regulariter appella-
tio non admittitur, nam tunc regulæ inhæ-
39 rendum est, vt declarat Dec. in cap. vt debi-
tus, nume. 13. de app. Ias. in l. à Dino Pio in
princ. nume. 7. ff. de re iudic. nam semper
40 præsumendum est pro regula iuris, donec
exceptio probetur cap. 2. de coniug. legit.
& capitu. ad decimas de restit. spoliat. lib.
6. Didac. Couar. lib. 2. var. resolut. ca. 12. nu.
4. quod verum est etiā si innumeræ daren-
tur instantiæ, dummodo non dentur in ca-
su, de quo agitur, vt per Hieron. Grat. cons.
12. & si subtiliter num. 3. lib. 2.

41 Qui enim habet regulam pro se habet
intentionem fundatam. Barto. in l. quoties,
ff. si quis cautio. & in l. 2. ff. si quis in ius vo-
cat. nō ven. vbi etiam Ias. Dec. in l. 1. de reg.
iur. & cons. 8. viso puncto in princ. quia se-
42 cundum regulam pronūciandum est, nisi
contrarium probetur Bald. in l. 1. colum. 2.
C. de alienan. iud. mut. caus. fact. per tex. in
l. qui restituere, ff. de rei vendic. & alibi, vt
per Dec. vbi supra nu. 6. d. l. 1. ff. de reg. iur.

43 Et hinc est, quod sententia lata cōtra re-
gulam est ipso iure nulla, sicut quando est
lata contra ius. l. 1. & 2. C. quand. prouoc. nō
est necess. & c. 1. de re iudic. Dec. d. consi. 8.
in princ. Grat. consil. 116. quæstio satis trita
num. 10. lib. 2.

Cum igitur Regulæ standum sit secun-
dum gloss. in l. omnis diffinitio, ff. de reg.
iur. & Gabr. consil. 12. quamuis num. 6. lib.
* 2. qui testatur de communi *, non est con-
tra regulam appellatio admittenda.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XVI.

ASCVLANA.

ARGVMENTVM.

Socer an teneatur vltra, quam facere possit.

SVMMARIVM.

Socer habet priuilegium, ne conueniatur, vltra quam facere possit, num. 1 fallit, vt ibi nu. 2.

Iurans, non potest suum iuramentum impugnare, nisi petita absolutione, num. 3.

Pater non tenetur, nisi in quantum facere potest, numero 4.

Pater spiritualis an possit conueniri vltra quàm facere possit d. num. 4.

Patris loco, qui habentur, non possunt conueniri nisi in id quod facere possunt d. num. 4.

Mater non tenetur, nisi in quantum facere potest, num. 5. fallit num. 6.

Auus, auia, proauus, & alij superiores vtriusque sexus non tenentur, vltra quam facere possunt, nu. 7.

Parentum appellatione, qui veniunt, num. 8.

Filius emancipatus, an teneatur vltra, quam facere possit, num. 9.

Frater non tenetur nisi in quātum facere potest, n. 10.

Maritus an tenetur vltra quam facere potest, nu. 11.

Priuilegium ne quis conueniatur nisi in quantum facere potest, an competat ei qui propria culpa factus est pauper, num. 12. vel ex delicto, num. 23.

Mulier non tenetur, nisi in quantum facere potest, num. 13. fallit num. 14.

Clericus non tenetur nisi in quantum facere potest, nu. 15.

Iudex condemnatus in syndicatu an vtatur priuilegio, quòd non possit conueniri vltra quàm facere possit, num 16.

Patronus, liberique eorum, & parentes, an teneantur vltra, quam facere possint, nume. 19.

Donatores non tenentur, nisi in quantum facere possunt, num. 20.

Socij non tenentur, nisi in quantum facere possunt, num. 21.

Coloni partiarij non tenentur, nisi in quantum facere possunt, num. 22.

Fauori

DECISIO XVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ANtonius Scudellinus de Asculo, cum pro certa sūma pecuniarum obtinuisset à D. Iudice, à quo sententiam fauorabilem de exequēdo quoddam instrumentum cōtra Siluium Ferrū de eadem ciuitate eius socerum, & non obstante appellatione interposita ad Rotam, quae fuit admissa saluo iure exequendi fecerit carcerare dictum Siluium de eadem ciuitate, fuit dubitatum de validitate d. capturae, quia socer est persona, quae non tenetur, nisi in quantum facere potest.

1 Ratio dubitandi fuit, quia licet socer habeat dictum priuilegium, vt probatur per tex. in terminis in l. rei iudicatae, §. socero quoque, ff. solut. matrim. Afflict. decis. 222. dictat consuetudo numero 2. fol.171. Franc.decis.164.contra nurum, numero 1. Gail.obseruat.87.ex communi, num.6.fol. 202. Brun.in suo tractat. de cession. bono. quaest.22.quartae q.princ.numero 2. fol.72. & Campeg. in suo tracta. de dot. par. 2. q. 250. quid e contra, num.1. fol.299. qui vo-
2 lunt vtrunque socerum habere dictum beneficium, tā constante matrimonio, quàm eo dissoluto, nisi interuenerit dolus à principio in obligatione, vt dicit idem Cāpeg.
3 loco citato, vel iuramentum, quia tunc iurans non potest suum iuramentum impugnare, nisi petita absolutione, vt per Brun. vbi supra.

Prout quoque illud habent omnes infra scripti.

4 Et primo pater tam naturalis, l. inter eos, ff. de re iudica. Vasqu. controuers. capitulo 97. numero septimo, fo.191. quà in spiritualis per ea, quae habentur per Aretin. nume. 101. Ias. numero 25. fol.149. cum seq. Gomes. num.24. fol.147. in §. poenales insti. de actio. Tiraquel. in l. si vnquam in verbo susceperit liberos, num. 28. fol. 227. & in specie per eundem Tiraquel. de pen. temper. caus. 21. num. 10. fol.362. Mascard. de probatio. conclus.332. nu.11. lib.1. fo.248. & Surd. in suo tracta de aliment. q.14. nu.11. fol.11. quibus addo, quod nouissime scripsit D. Io. Frāc. Bonauog. collega meus in hac Rota

in suis doctissimis addit.ad Ias.in l.sunt, qui in id ff.de re iudica.in versi. adde,quod priuilegium, cum cæteris, qui loco parentis habentur, per ea, quæ tradunt in locis præcitatis Aret.& Ias.num. 69. cum seq.
5 Secundo Mater Brun. de cessio. bonor.
6 q.1.quartæ q.prin. nu.1.fol.21.qui id limitat in matre dolose ministrante.
7 Tertio auus,auia,proauus,& alij superiores vtriusq; sexus,vt probatur in l. sunt, qui in id,ff.de re iudicat.in verbo. Item parens,
8 nam appellatione parentum omnes maiores vtriusque sexus significantur, l. appellationes 51.ff.de verbor. significat.
9 Quartò filius familias emancipatus, vt ponendo tres limitationes dicit Veronens. caut.14.icis quod fol.7.
10 Quinto frater,vt in terminis probat Thesaur.decis.119.frater fratrem,nu.2. fol.104. licet contrarium teneant plures citati per Ias. in d. l. sunt, qui in id numero quarto, quorum sententia non placet, quia non est consentanea rationi,l. verum in prin.ff.pro soc. vt ibi dicit idem Ias. & Soc.in d.l. sunt, qui in id,& Alexan. cons.133. super quæstis in princ.lib.5.
11 Sexto maritus,vt probatur in l. patronus ff.de re iud.c. & per Afflict.dicta decis.222. dicitat consuetudo numero primo,& Veronens.caut.241. legimus hodie, numero secundo, fo.67.si non renunciauerit omni iuris, & legum auxilio,quia vbi adest talis renuntiatio, potest conueniri vltra quàm facere potest,vt in terminis probat Corn. consil.128.circa hanc,nume.7. lib.3. Brun in d. suo tracta. de cessio. bono.quæst.20.quartę q.princ.nu.34.fol.71.& Rolan.de lucr. dot. quæst.42.maritus,num.22.fol.42.vbi ponit tresdecim effectus dictæ renunciationis, vel fuerit contra ipsum actum rei vendicatione,vt per eundem Veronens.d.caut.241. nume. 2. in versiculo secus si conueniatur per text. in l. Nesenius,§. fundum, ff. de re iudicat. & in l. ex diuerso, ff. sol. matr. siue
12 propria culpa factus fuerit pauper,nam tūc non competit dictum beneficium ne conueniatur plusquàm possit Fely. in cap. quæ in ecclesiar. num.67. de constitutio.
13 Septimo mulier, vt dicit Bart.in d.§.socero in princ. Couar,in cap. quamuis pactum de pactis in initio secundæ relectionis, nu-
14 mero septimo, fol. 296. nisi tempore promissionis dotis in dolo fuisset Brun. vbi supra q.vi.quartæ q.princ.nu.1.fol.71. & seq. & renunciauerit omni iuris, & legum auxilio,& fauore Soccin.cons.126. diligenter puncti,num.1.& 3. lib.1.qui in specie loquitur de muliere tutrice.

15 Octauo clericus,vt probat Capell. Thol. decis.245. & ibi Aufred. in addition.vbi hanc veriorem appellat, & cęteri relati per Couar. variar. resol. lib.2. capitu.1.nume.9. fol. 110. Menoch. de arbitrar.cas.183. cum de bonorum,num.29.qui inter cætera allegat text. in capitu. Odoardus de solution.
* Neuizzan. qui testatur de communi* cons. 59.Saluatoris nostri,numero secundo, Farinac. in titul. de delict.& pœn. part.1.quæst. 26.nume. 11.& hoc ad instar militis armatæ militiæ Brun.in sæpe d.tract. cession.bonor.in 3.quæst.princ.num.11.fol.12. quibus addo Io.Gutter.in suo tract.de contract.iurat.cap.17.numero septimo, tom.6.part.2. fol. 64.
16 Nono iudex in causa syndicatus cōdemnatus Ber. consil. 1. quæstio proponitur, num. 28. & Doctor,vt cōcludit attestando
* de communi* Brun. q. 10. quartæ q.princ. num.7.fol.40.qui num.10.id limitat in do-
17 ctoribus, qui aduocationis officium non exercent, nec in publico legunt, sed solo nomine doctores sunt.
18 Decimo miles, vt probatur in l. miles, qui vbi glo. & Bart. & in l.item miles, ff. de re iudica. & per Aufred. ad Capel. Tholos. d.decis.245.& Brun. de cessio. bonor.q.11. quartæ q.princi.num.1.fo.44.
19 Vndecimo Patronus, liberique eorum, & parentes, vt probatur in d.l.Patronus,ff. de re iudica.
20 Duodecimo Donatores, vt probatur in d.l.inter eos,ff.eod.tit.& per Brun. in dicto suo tracta.de cessio. bonor. q. 27. quartæ q. princ.numero 1.fol.79. vbi in seq. numeris ponit sex limitationes.
21 Decimotertio socij d. l. verū ff. pro soc. Honded.cons.85.tenria aliàs nu.27.
22 Decimoquarto coloni partiarij, vt per Hō.d.vbi supra,qui allegat Fulg. in l.si merces, §. vis maior, ff. locat. Petr. de Vbald.in suo tract.de duob.fratrib.11 par.num.34.& Brun. de cessio. bonor. q.33. trigesimotertio,4.q.princ.fol.86.

Et alij de quibus per Surd.in suo tract.de Aliment.q.78.his relinqui debet,n.15.16.17. 19 22.& seq.apud quē postea aliquos de prædictis casib. tactos inueni, cū plurib. alijs in quib. cessat d.beneficiū,vt n.26. & seq.f.72.

Id tamen nō videtur generaliter,nec particulariter verum,nam si inspicitur generale pro notorio vltra præmissa adducitur q̄d
23 ex proprio delicto in inopiā incidētes non vtuntur d.beneficio secundum Dec. cons. 121.quia contra ea,quę num.21.volu.3.fol. 666.etenim, qui ratione delicti cōuenitur, non gaudet priuilegio. Brun. in dicto suo

tracta.

tracta. cess. bonor. quest. prima, quartæ q.
princ. numero 2. fol. 20. Idem in terminis
soceri scribit Couar. variar. resol. lib. 3. cap.
16. numero nono, in versiculo secundo il-
lud fol. 180. & Campeg. loco citato, qui lo-
quitur de vtroque socero.
24 Si speciale obijcitur, quod potuit d. so-
cer, sicut vnusquisque potest fauori suo re-
nunciari, l. si iudex circumuento, ff. de mi-
nor. l. si quis in conscribendo, C. de pact. præ
sertim cum iuramento, vt videtur factum
in casu isto, cuius vigore priuilegio intro-
25 ducto propter reuerentiam soceri de quo
in l. quia parentis, ff. solut. matrim. renun-
ciari potest per ea, quæ habetur in capitulo
quamuis pactum de pact. in sexto, & tra-
dit ibi Gemin. in 2. notab. & Veronens.
caut. 112. donatio, numero quarto, fol. 35.
quibus in terminis soceri addo quod con-
suluit Albert. Brun. consil. 89. viso instru-
mento iurato dotis, numero quarto, & præ
cipue numero 8. vbi ad litteram dicit soce-
rum quãdo iurauit posse exigi pro dotibus
promissis non obstante exceptione dedu
ctionis ne egeat. Et d. capturã sustineri sal-
tem in vim admissionis factæ per Rotam,
cum præfata clausula saluo iure exequendi,
ne impugnetur instrumentum, & retarde
tur executio eiusdem.
Sed contrariũ fuit conclusum, quia non
est premendus carcere, qui habet benefi-
26 cium ne conueniatur, nisi in quantum fa-
cere potest, vt dicit Gasp. Beat. in suo tra-
cta. de inop. debito. cap. decimoseptimo,
numero 34. tom. 3. par. 2. fol. 240. vbi plu-
res allegat, quibus addo Marsi. in sua prax.
criminali in §. attingam, nume. 65. & The-
sau. decis. 153. debitor pecuniæ, num. quar-
27 to, fol. 129. quod est introductum ne egeat
Brun. de cession. bonor. quæst. 22. quartæ
q. princ. numero primo, fol. 72. & misera-
tionis gratia, vt inquit Cephal. consil. 193.
qui semel bonis, num. 14. & seq. lib. 2. Are-
tin. in §. fi. num. 12. versiculo quæro, quid si
28 principio institu. de actio à reuerẽtia enim
quæ debetur socero, qui parentis locum
obtinet, l. quia parentis, ff. sol. matrim. non
patitur carcerationem, detentionem, seu
compulsionem ad cessionem bonorum,
29 vt per Thesaur. vbi supra. Immò apud vete
res tanta erat reuerentia erga socerũ, quod
ipsum cũ genero lauari nefas esse credide-
runt, vt legit apud Ciceron. 1. offic. & in A-
30 postill. ad d. l. quia parentis, ff. solu. matrim.
præsertim vbi agitur cum persona nobili,
prout in præsenti specie, quæ melius tracta-
ri debet, l. 3. §. tutor, qui repertorium, ff.
de suspect. tuto. Couar. in suis relectio. in
dicto capitu. quamuis pactum. in initio se-
cundæ partis, numero quinto, versiculo iu-
ra sanguinis fol. 295.
Non obstat dum specialiter pro ratione
dubitandi adducebatur, quod quisque po-
test renunciare fauori suo, præcipue cum
iuramento, & d. capturam sustineri in vim
admissionis saluo iure exequendi, ne instru
mentum remaneat sine sua effectuali exe-
cutione.
31 Nam ad primum de renunciatione re-
spondetur id habere locum in fauore me-
re introducto, à iure ciuili, vt habetur in
dicto capitulo quamuis pactum, non au-
32 tem in casu isto in quo, cum reuerentia,
quæ debetur socero, sit introducta à natu-
ra secundum Bald. in l. liberti, libertique
numero sexto, C. de oper. libert. nõ autem
à dicto iure ciuili, vt probat Bald. in l. fi. in
fi. C. de bon. liberto. non potest pacto re-
mitti, & consequenter ei renunciari, vt vo-
luit. Idem Bald. in d. l. liberti, libertique pro-
33 ut quoque est gratitudo etiam quod ius ci-
34 uile disposuerit, vt in obiecto socerum ha-
beri loco parentis, quia per hanc disposi-
tionem non dicitur introductum aliquid
de nouo, sed quod antea etiam de iure diui
35 no erat dispositum, vt legitur Thobiæ, ca-
pitulo decimo, in fi. dum dicit (Honorare
soceros,) & late apud Quintilian. Mandos.
in suo tracta. de ingratitud. capitulo trige-
simooctauo, in Rubr. de ingratitu. gen. &
nur. erga socer. & capitul. trigesimonono,
in Rubr. de ingratitud. socer. ac socrus er-
ga gener. & nur.
36 Ratio esse potest, quia cum vir, & vxor
sint vna caro, vt habetur Matth. 19. & per
Apost. 1. ad Corint. cap. sexto, & in ca. sunt,
qui 27. quæst. 2. & in capitulo admonere 33.
quæst. 2. vbi pars corporis viri appellatur, ca.
debitum, de bigam. ca. ad Apostolicam de
conuersio. coniugato. capit. gaudemus de
diuort. & capitulo fraternitatis, & seq. 35.
quæst. decima. Item vnum corpus, & vna
anima l. prima, ff. de rit. nuptia. ac socij di-
uinæ, humanæque domus gloss. in l. hæ-
37 res, ff. de negoc. gest. Pater viri erit pa-
ter vxoris, & pater vxoris erit pater viri,
cõsiderando eos tanquam vnam carnem,
vnum corpus, vnam animam, ac socios di-
uinæ, & humanæ domus, vt considerant
dicta iura.
38 Et sic reuerentia, quæ omni iure debe-
tur patri, vt de iure diuino probat Domi-
nus dicens honora patrem tuũ, & matrem
tuam, & erit longeus super terram, præter
illud Pauli dicentis filij obedite parentibus
vestris in dño Sot. de iust. & iur. art. 4. versi.

D 4 restat

restat fol.51. & late Quintilian. Mandos. in dicto suo tracta. de ingratitu. capitulo tertio, in rubr. de ingratitu. filior. & parent. in versiculo contra vero filij.

De iure naturali Fortun. de vlt.fin.num, 120.to.1.fol.112.maxime, quod his, à quib.
39 esse, & documentum ceptum fuit, omnes
40 grati esse debent, vt per Mandos. vbi supra, & Philosophum dicentem Dijs, magistris, & parentibus non posse reddi æquiualens.

De iure canonico text. in capit. non omnis, & capitu. seq. 32. quæst. 2. vbi filiæ ob paternam reuerentiam debent nubere paterno arbitrio, vel quando pater est seruus, ca. patrem puellæ, 32.q.3.

Et de iure ciuili, l. parentes, l. adoptiuum, ff. de in ius vocand. & in l. fi. C. eod. titu. & l. veluti, ff. de iust. & iur. vbi gloss. in verbo pa
41 rentibus. Immo talis, & tanta erat ista reuerentia de iure ciuili, quod filij sine consensu parentum nubere nõ poterãt, vt probatur in §. masculi institu. de nupt. & ibi
42 glo. in verbo debeat. Debita quoque adeo erit socero qui vt supra probatum fuit loco parentis habetur, generumque filiali affectione prosequitur, vt inquit Ceph. consil.
43 492. mihi quoq; numero decimoquinto, lib. quarto, fol. 176. quod etiam cum iu
44 ramẽto tolli, ac remoueri non potest, quia huiusmodi iuramentum est non solum cõtra bonos mores iuris ciuilis, sed etiam iuris diuini contra quos non operatur d. cap. quamuis pactum de pact. in 6. Beat. in dicto suo tractatu de inop. debiror. capi. decimoseptimo, num. 37. & seq. immo iuris naturalis, cum tendat ad destructionem paternæ reuerentiæ, contra quos pariter non operatur, vt per Veronens. d. cautel. 112. Donatio numero quarto, fol. 35. Beat. vbi supra, & Couarru. in dicto capitu. quamuis pactum, numero 1. in versiculo vnde illud in initio secundæ partis, fol. 293.

Et quod tale iuramentum non sit obligatorium in terminis soceri probat Capel. Tholosa. decis. 258. Item fuit quæsitum cui magis, quam his, quæ consuluit Albert. Brun. d. consil. 89. num. quarto, & seq. standum est; præcipue, cum eius sententia iuribus, & rationibus supra adductis penitus destruatur, quibus addo, quod cum iura
45 mentum debeat intelligi secundum communem, & verisimilem mentem iurantis, capitu. quemadmodum 25. de iur. iurand. capitu. ex parte 13. il secundo, de cleric. non resident. Seraphin. de priuileg. iur. priuileg.
46 73. numero 15. fol. 373. non potest per illud dici socerum teneri vltra, quam facere potest, nãnõ est verisimile, quod per illud vo
47 luerit tollere ĩtroducta ad eius fauorẽ, & facere cõtra dictos bonos mores iuris ciuilis, canonici, naturalis, & diuini, maxime quod
48 iuramẽtum licet addat maius robur actui, non tamen ei aliquid vltra intentionem tribuit Seraph. loco citato, numero 27. folio 376. nec tollit auctoritatem legis, quæ semper intelligitur excepta, vt per eundem Seraph. vbi supra, numero trigesimotertio, recipit enim eas qualitates, & conditiones, quas recipit contractus super quo interponitur, & ad plus non extenditur, quàm extendatur actus ca. quemadmodum de iur. iurand. l. final. C. de non numerat. pecun. Corbol. in suo tractat. de iur. emphyteot. de caus. priuation. ob renunciation. numero vigesimo, & sequen. vt quoque videtur in obligatione in forma cameræ, quæ licet addat maius vinculum obligationi præcedenti, non tamen auget effectum obligationis, vt per tex. in l. titiæ textores, ff. de leg. 1. voluit Gabr. consil. 173. arbitror numero 2. lib. 2.

Ad secundum Respondetur, quod licet Rota admiserit appellationem, vt supra, nõ propterea dicitur concessisse, nec approbasse executionem personalem in casu prohibito, etiam quod executio fuisset concessa vigore publici instrumenti in forma cameræ, in quo in specie dictæ exceptioni fuisset renunciatum, quia cum per dictam exce
49 ptionem, quod socer non teneatur, nisi in id quod facere potest, non impugnetur instrumentum, sed mutetur, & restringatur executio ad modum habilem, vt in terminis probat Canar. de execution. instr. quæst. 28. num. 62. fol. 309. & Galles. ad form. cameral. obligation. quæstion. 3. tertio quæritur nu. 1. fol. 70. huiusmodi exceptio semper potest opponi, & locum habet, vt in specie scribit Bartho. Socin. in l. miles num. 3. ff. de re iudica. etiam quod cum clausula
50 omni iuris, & legum auxilio de qua late scribit Corbol. in suo tract. de iur. emphyt. de caus. priuation. ob non solut. Canon. limit. 41. nu. 3. & seq. fol. 284. ei fuerit renunciatum; quid quid dicat Roland. à Vall. consil. 13. visa transactione, numero decimo, lib. 1. ex infrascriptis, &

Primo quia de asserta renunciatione in dicto instrumento constare non videtur, nisi per quædam verba concernentia generalem renunciationem, quæ non sufficit,
51 tum quia debet esse specialis, & expressa, non autem in genere, immo specialissima, vt in terminis dicit Roman. consi. 269. non est dubium, num. 3. & Ruyn. consil. 98. visa renunciatione, nume. 22. lib. 1. qui in specie loquitur

loquitur de beneficio concesso miseratio-
52 nis causa, cui non potest renunciari secundum Rebuff. in suo tractat. de senten. prouisional. articu. tertio, numero trigesimooctauo, f.299. quia tolleret misericordiam quod est contra bonos mores, vt ibi, tum etiam quia est posita in verbis executiuis,
53 quæ non alterant dispositionem Gemin. consil. 86. in causa Traiectensi, numero sexto, Alexan.consil.14. circa primum, numero secũdo, lib.primo, Ias. in l. quæ dotis, ff.solut. matrim. num.40. Natt.consil. 582. verba inuestituræ, numero quarto, & seq. lib.3. Cels. Vgon. consil. 26. cum ex facto, numeto 49.fol.72.& Rym.iun. consil. 268. vana sanè, numero 62. lib. tertio, & consil. 525. quęritur, à me numero 53. lib.5.
54 Secundo quia idem esset, etiam vbi specifice dicta exceptio opposita appareret, nam præfatę exceptioni, quod quis non teneatur, nisi in quantum facere potest non potest renuntiari Afflict. dicta decisio 222. numero primo, l.alia, §. eleganter, ff. solut. matrimon. Canar. in suo tracta. de execution. instrument.quæst.decimaoctaua, numero quadragesimotertio, fol. 296. maxime quando huiusmodi beneficinm est, prout in casu isto introductum propter reuerentiam gloss. in l.si conuenerit, ff. de re iudicat. quæ inquit aperte beneficio concesso propter reuerentiam personæ non posse obijci pactum, secus si iure contractus, quam sequitur ibi Bart. numero tertio, Paul.de Castr. numero primo, & Alex. Idem clarius dicit Barto. in d. l. alia causa, §. eleganter, numero quinto, etiam si dictæ exceptioni fuerit renunciatum cum iuramento, vt per eundem Bartho. ibi numero nono, qui dicit huiusmodi iuramentum non esse obligatorium, neque de iure ciuili, neque de iure canonico Brun.de cession. Bonor. quæst. 20. quartæ quæstion. principal. numero vigesimosecundo, folio 68. & Gasp.Beat. in suo tractat. de inop. debitor, capitulo decimoseptimo, numero trigesimoseptimo, to. tertio, par. secun-
* da, fol.241. vbi testatur de communi* repre hendendo Vasquium, qui tenuit contrarium.

Laus Deo, & B.Mariæ semper Virgini.

DECISIO XVII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Priuilegium, in cuius reuocatione requiritur certa forma, an dicatur reuocatam ea non seruata.

SVMMARIVM.

Rota an sit competens in causis Iesuitarum, numero 1.

Forma certa, quando requiritur in priuilegij reuocatione, ea ommissa non dicitur priuilegium, numero 2.

Expresse quod fieri debet, alio modo factum non releuat, num.3.

Priuilegium, de quo debuit fieri specialis mentio, non tollitur per clausulas generales, nume, 4.

Papa non potest tollere id quod probabiliter ignorat, num.5.

Consensus ad ignorata non trahitur, num. 6.

Clausula de plenitudine potestatis, non operatur in his, quæ sunt facti, num.7.

Clausula generalis derogatoria, non operatur, quando requiritur insinuatio, num.8.

Idem est, quando priuilegium à pluribus Pontificibus confirmatum reperitur, & priuilegium est concessum fauore piæ causæ, & religionis, num.9.

DECISIO XVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ROta an sit iudex competens in causa, quæ vertitur inter Reuerẽdissimum Nicolaum, & Antonium de Capitostis ex vna, & venerabile Collegium Societatis Iesu.

1 Videbatur dicendum, quod non, vigore Constitutionis Rotalis capit. 16.& 17. fo.4. & seq. Præcipue stante derogatoria Priuilegiorum de qua in eadem constitutione capit.91. & 92. fol.18. quæ est amplissima, & cum pluribus clausulis, per quas omnia obstantia reiecta existimabantur.

Sed contrarium communiter per Dominos fuit resolutum, quia cum in priuilegio dicto Venerabili Collegio cõcesso per Gre-

Gregorium XIII. Pontificem Maximum
reperiantur intrascripta verba videlicet.
(Quod ei nunquam, etiam cum deroga-
toriarum derogatorijs, alijsque efficacior-
ibus, & insolitis clausulis, & per quas earun-
dem literarum tunc desuper conficienda-
rum tenor, ac si de verbo ad verbum in eis
insertus foret, pro expresso haberetur qui-
buscunque personis, seu in eorum fauo-
rem etiam motu proprio, & ex certa scien-
tia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine
concessas, & factas, ac faciendas, & conce-
dendas, nullatenus derogatum censeatur,
aut derogari possit, nisi tenor earundem
tunc desuper conficiendarum literarum
de verbo ad verbum nihil penitus ommis-
so foret in illis insertus, & derogatio pro
tempore facta huiusmodi per trinas distin-
ctas literas eundem tenorem continentes
tribus similibus distinctis vicibus eidem so
cietati intimata, & insinuata foret, & quod
aliter earundẽ literarum tunc desuper con
ficiendarum pro tempore factæ derogatio
nes nemini suffragantur.) per dictam Ro-
talem constitutionem ei derogatum non
censetur, ex defectu formæ ibi positæ non
2 seruatæ, quia quando datur certa forma re-
uocandi priuilegium ei non intelligitur de
rogatũ, nisi sit forma seruata, etiam quod
in derogatione esset clausula non obstanti-
bus quibuscumque priuilegijs in contrariũ
facientibus, & de quib. esset facienda men-
tio specialis, & indiuidua, etiam si talia es-
sent de quibus mẽtio de verbo ad verbum
fieri deberet, & illa clausula pro expressis
habentes, vt post gloss. singularem in cap.
inquisitores in verbo expresse littera D. de
heretic. in 6. Alexan. consil. 122. viso pun-
cto numero 13. & sequen. lib. 4. fol. 94. & a-
liàs in terminis consuluit Bero. cons. 146.
In causa nobilis viri, nume. 8. lib. 3. fol. 421.
* qui attestatur de comm. * vt quoque facit
Dec. consil. 165. viso tenore Priuilegij, nu-
mero secundo, in versiculo ex quibus om-
nibus, & latè Decian. consil. 51. Quæritur
ergo numer. 29. lib. 3. fol. 344. Ratio duplex
esse potest. Prima quia vt inquit Feder. de
Sen. cons. 233. Casus talis, num. 4. fol. 101. &
3 Alexan. dicto cons. 122. nume. 13. quando
aliquid expresse fieri deber ad satisfaciẽdũ
alter modus, quàm expressus non sufficit,
vt etiã clarius videtur fuisse de mente Dec.
dicto consil. 165. viso tenore priuilegij, nu-
mero secundo. In versiculo in præmisso du
bio fol. 178. dum dicit, quod priuilegium,
4 de quo debuit fieri mentio specialis, non
tollitur per clausulas generales, in quibus
de priuilegio, & loco priuilegiato secun-
dum formam priuilegij specialis mentio
facta non reperitur. eiusdem sententiæ fuit
Calder. consi. 11. Habet ordo Sanctæ Claræ
de priuil. de quo meminit idem Dec. loco
citato, qui loquitur de priuilegio, in quo
requirebatur mentio ordinis Sanctę Clarę,
& nominis Cardinalis Protectoris.

Secunda ratio est quia si per clausulas ge
nerales derogatorias primum priuilegium
sublatum dici potest, sequeretur vnum in-
conueniens videlicet.

5 Quod Papa tolleret id, quod probabili-
ter ignorare potest, cum priuilegia sint fa-
cti, & in facto consistant, vt in terminis præ
sentis quæstionis consuluit Roman. consil.
327. Istæ sunt rationes, numero primo, vbi
approbat dictum Federici, quẽ asserit ma-
turius fuisse locutũ cons. 233. casus talis est.
6 Sed consequens est falsum, quia consen
sus ad ignorata non trahitur, ergo quod
7 verum est, etiam si esset posita clausula de
plenitudiue potestatis, nam ista non opera
tur in his, quæ sunt facti, de quibus Prin-
ceps informatus non fuit Crauet consil.
119. inter alia priuilegia, numero 2. fol. 237.
8 Quę puto transire sine aliqua dubietate,
non solum, quia requiritur insinuatio, quo
casu clausula generalis derogatoria non vi-
detur sufficiens per ea, quæ scribit Federic.
dicto consil. 233. vqi numero 7. dicit consi-
derandas esse clausulas, conceptum, & in-
tentionem Principis, vt etiam voluit Crau.
dicto consil. 119. num. 5.
9 Sed quia plura alia concurrunt, videli-
cet, quod dictum priuilegium est à pluri-
bus Pontificibus confirmatum, cui tanto
minus dicitur derogatum secundum Dec.
dicto cons. 165. numer. 3. & concessum piæ
causæ, quo casu ei derogatum fuisse mini-
me dici potest per ea, quæ tradidit idem
Dec. ibi numero quinto. Præsertim fauore
religionis, quæ respicit publicã vtilitatem
per ea, quæ scribit Cyn. in L1. nu. 3. C. quan.
Imperat. in pupil. vel vid. Viu. opin. 641.
Alexan. cons. 123. Scripsit Ecclesiasticus, n.
16. lib. 4. & Decian. dicto cons. 51. nume. 28.
lib. 3. vbi plures allegat. Immo cum Papa
nullam de priuilegio Iesuitarũ faciat men-
tionem, videtur voluisse illud remanere in
suo robore. argumento eorum, quæ tradit
Crauet. dicto cons. 237. num. 5.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO XVIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Testator prohibens alienationem certarum rerum, an dicatur prohibuisse Trebellianicam.

Duo quartæ hodie, an possint à filijs grauatis detrahi.

SVMMARIVM.

Trebellianica an possit detrahi ex rebus non prohibitis, num. 1.
Quarta non potest esse maior fideicommisso, nu. 2.
Pars non potest esse maior suo toto, num. 3.
Ius Ciuile seruatur in ciuitate Anconæ, nu 4.
Quarta vna tantum de iure ciuili detrahitur, numero 5.
Quartæ duo detrahuntur de iure canonico, num. 6.
Trebellianica per particularem prohibitionem de non alienando certas res non dicitur prohibita, numero 7.
Legitima, an capi possit super certis bonis alienari prohibitis, num. 8.
Trebellianica detrahenda est integra, num. 9.
Trebellianicæ detractio non importat detractionem corporum, sed iuris hæreditarij, num. 10.
Fideicommissarius uniuersalis in quibus succedat, numero 11.
Filij grauati sub conditione, an possint detrahere duas quartas, num. 12.
Quartæ duo ascendunt ad semissem hæreditatis, numero 13.
Quartæ debentur absque onere, & de eius ad libitum disponi potest. num. 14.
Ius detrahendi duas quartas, an possit transire ad hæredes, & cui. num. 15,
Consuetudo venit appellatione iuris ciuilis, numero 16.
Consuetudo, quæ sit, num. 17.
Quando aliquid reperitur decisum de iure ciuili, & canonico cui standum sit, num. 18.

DECISIO XVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

TRebellianica, an possit detrahi, quando testator particulariter prohibuit alienationem certarum rerum.

Videbatur respondendum negatiue;
1 Quia præter id, quod nulla ratio suadet totam Trebellianicam detrahi debere ex rebus non prohibitis in damnum eorum, ad quos bona erant restituenda, vt consuluit Gabr. consi. 87. respondendo dubijs in fi. lib. 2. Si in Trebellianice detractione respectus haberetur ad totam hæreditatem, fideicommissum non solueretur secundum intentionem testatoris,
2 quia forte quarta esset maior ipso fideicō-
3 misso, & sic pars maior esset suo toto, quod videtur monstruosum, vt ad literam dicit Crauett. consil. 16. Post redditum, numero 3. fol. 53.
4 Secundo quia præsupposito statuto dictæ ciuitatis Anconæ rubr. 77. colum. 7. quo disponitur causas ciuiles terminandas esse primo secundum ius ciuile, secundo
5 iuxta ius canonicum, per filios grauatos dicto iure non potest detrahi, nisi vna quarta, secundum gloss. in capitulo Raynutius de testam. in verbo legitimam littera D, quæ
* testatur de communi * opinione legistarū vbi Abb. nume. 25. Barto. in l. quamquam nume. 1. C. ad leg. Falcid. Bero. in capitu. in
6 præsentia num... de probat. licet secus sit de iure canonico, cuius opinio æquior est, vt inquit eadem gloss. loco citato.
Huiusmodi tamen difficultate mature
7 per Dominos pensata, fuit communiter conclusum per dictam particularem prohibitionem de non alienando, Trebellianicam non censeri prohibitam, quo ad alia bona alienari non prohibita, quia ex illis, secundum veram Doctorum sententiam detrahi potest secundum Paris. consil. 43. In huiusmodi controuersia, num. 24. lib. 3. Roman. dicto consil. 206. numero quinto, Bero. consil. 93. visis testamento, nume. 15. lib. 2. Socc. iun. consil. 170. circa primum dubium, nu. 40. lib. 2. Neuizzan. consil. 2. Deus in adiutorium meum, nu. 43. & 52. Eugen. consil. 6. cum per obitum, num. 46. Bursat. consil. 13. in omnibus autem, nume. 48. & cons. 102. tanta est num. 16. lib. 1. Odd. cons. 65. Dominus Leonardus, nume. 75. & Menoch,

noch.de pręsumptio. lib. 4. præsumpt.198.
numero 28.verf. quando certares, fol.360.
à ter.& num.30.in fi.fol.361.

8 Idem est in legitima, quando super aliis
bonis haberi potest secundum Odd.d.con-
sil.65.num.79.fol. 203. à tergo.

Ex quibus cessare videtur prima obie-
ctio, præsertim, cum non valeat dicere, te-
stator prohibuit alienationem certarum
rerum, ergo in alijs non prohibitis non po
9 terit consequi Trebellianica, quia si illa de
trahitur, detrahenda est integra, aliàs dare-
tur quarta diminuta, quod non est dicen-
dum, vt voluit Soc. in l. Marcellus, §. idem
Pomponius, num...colum. 3. ff. ad Trebell.
relatus per Ruyn. consil. 84. Vltimum du-
10 bium, numero septimo, lib. 3. ratio est quia
deductio Trebellianicæ non importat de-
tractionem corporum, sed iuris hæredita-
rij, vt probatur in l.1.& per tot.tit.ff.ad Tre-
bell. & per Soc.iun. consi.131. quæstio pro-
posita, numero 61. lib.1. Et Eugen.consil.6.
cum per obitum Marci, nu.46. fol. 24. tran-
11 seunt enim in fideicommissarium vniuer-
salem, nedum res, sed etiam iura, & actio-
nes actiuè, & passiuè dicta l.1.ff.ad Trebel.
vbi Alexan.in princ.& Ias.in rubr.ff.eod.tit.
num.10.

Prout nec obstat secunda obiectio, nam
12 Respondetur, quod hodie filij grauati sub
conditione possunt detrahere legitimam,
13 & Trebellianicam, quæ ascendunt ad se-
missem hæreditatis, hoc est ad medietatem
bonorum restituendorum, vt communi-
ter receptum est Capr. cons. 65. & si viso,
numero quinto, Cæphal. cons. 188. Domi-
nus Ambrosius à Turre nume. 31. lib.2. &
Gayl.obseruatione 119.& si pater, num.10.
fol.235.& obseruat.121.filius hæreditatem,
numero septimo, lib.2.fo.237. de qua dispo
14 nere potest ad libitum, cũ debeatur absq;
aliquo onere, vt per Gailium in locis cita-
* tis. secundum communem * opinionem
approbatam in iudicijs, & in Scolis, vt con-
suluit Dec. consil.238. Proponitur, quod
nobilis Domina Lucretia, nu.4.vers.secun-
do prædicti hæredes, quę cum de generali
consuetudine seruetur per totum mundũ
etiam in terris Imperij, vt testatur Cagnol.
in l.Papinianus, §.meminisse, nume.10. de
inoff. testam. Boc.iun.consil. 115. circa pri-
mum, nume.16. lib.3. Guid.Pap.decis.52.li-
cet Doctores in iure ciuili, num.1.fol.79.ab
ea in iudicando non est recedendum, siue
attendamus ius ciuile, siue ius canonicum
Paris.consil. 25. vidi testamentum quondã
numero 55.& 56.lib.2.Soc.iun. consil. 131.
quæstio proposita, num.59.& num. 65. lib.
1.Rolan.cons.9.& si clarissimi iuris, num.1.
lib.4. Rimin. iun. consil. 9. onus non leue,
num.115.lib.1.qui dicunt hanc sententiam
seruari per totum mundum, sicut Euange-
lium; vnde Riminald. ibi dicit hodie esse
* indubitatam, & communem, saltem in
via decisiua, & quod vbiq; seruatur in pra-
ctica Bec.cons.23.Illa indubitata est, nume-
ro primo, Gayl.dicta obseruat.119.& 51.Pa
ter numero octauo, lib.2.fol.235.Simon de
Prat. de interpret. vltim. voluntat. lib. 3.
dub.5.solut.6.numero quarto, fol. 363.qui
dicit hanc hodie esse canonizatam, & ita
tenere totum mundum, licet hoc fallat in
ascendentibus, qui solum detrahunt vnam
quartam, vt per eundem loco citato, & Mi
chael. Crass. in §. Trebellia.quæst.4.num.1.
in vers.fatentur tamen omnes fol. 336. qui
distinguunt de filio grauato pure, vel sub
conditione, prout quoque facit Gail. ob-
seruat.121. filius hæreditatem, nume.1. &
seq.lib.2.fol.237.

15 Et non solum possunt duæ quartę detra-
hi, vt dictum fuit, sed istud ius potest transi
re ad hæredes Boer. decis. 250. breuiter di-
co numero sexto, in versic. ad secundum,
quod ius deducendi, fol. 608. & extraneos
Doctor. omnes in l.iubemus, C. ad Trebel.
& in l.qui de bonis, §. quod vnus, ff.ad leg.
Falcid. & in capitulo Raynutius, de testam.
Paris. consil. 43. In huiusmodi controuer-
sia, numero quinto, lib.3.Decian.consil.99.
quæstio suprascripta, numero 7.lib.3. Man-
tic.de coniect. vltim. volunt. lib. 7. titu. 11.
numero decimo, Eugen.consi.33. Ioannes
Baptista Martellinus, numero 18. præter id
quod potest cedi ab ipso filio cuicũque, vt
habetur per Tiraquel. de vtroq. retract. ti-
tu.1.§.26.glo.3.numero 25. & firmat Clar.
in §. testamentum quæst. 22. versicu. circa
primum.

Secundo cnm dicta opinio vbique sit de
consuetudine recepta non potest dici con-
tra ius ciuile, sed huiuscemodi iuri confor-
16 mis, ac consentanea, quia appellatione iu-
ris ciuilis venit etiam consuetudo, vt proba
tur in §.cõstat autem ius nostrum instit. de
iur. nat. gent. & ciuil. & in l.ius ciuile, & in
17 l.omnes populi, ff. de iustit. & iur. quæ est
ius non scriptum, §.ex non scripto instit. de
iur. nat. gent.& ciuil.

18 Tertio, quod dictum statutum Anconæ
non habet locum, quando aliquid reperi-
tur expresse decisum, à iure canonico, nam
tunc huiusmodi iuri standum est, etiam in
foro ciuili argumento eorum, quæ haben-
tur in capitulo primo, de nou. oper. nunc.
& in l. per hanc, C.de temp. appellat. Guid.

Pap.

Pap. dicta decis. 52. licet Doctores, num. 1. in vers. quia vbi id. maximè stante generali constitutione Prouinciæ Marchiæ in c. 38. lib.6.fol.411.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XIX.

CAMERINENSIS.

ARGVMENTVM.

Appellatio, an detur in causa finium Regundorum.

SVMMARIVM.

Iudicium finium regundorum de sui natura est declaratorium, num. 1.

Declarans, nihil de nouo inducit, num. 2.

Actio finium regundorum continet in se causam proprietatis, num. 3.

Actio finium regundorum habet latissimam interpretationem, nu. 4.

Appellatio, quando non reperitur prohibita dicitur permissa, num. 5.

Appellatio est fauorabilis, num. 6.

Præsumitur potius pro appellatione, quam pro sententia, nume. 7.

Appellari potes in causa finium regundorum, numero 8. *&* 13.

Radix, & origo est attendenda, num. 9.

Iudicium finium regundorum, an sit diuisorium, numero 10.

Appellari potes, à sententia diuisoria, num. 11.

Causa diuisionis habet admissam causam possessionis, & proprietatis, num. 12.

Causa finium regundorum tangit etiam interesse partium, num. 14.

Agens actione finium regundorum quid probare debeat, num. 15.

DECISIO XIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

APpellationi interpositę pro parte Communitatis Serræ Petronæ contra Communitatem Castri Sancti Venantij à qua sententia lata per D. & Reuerendissimũ Gubernatorem ciuitatis Camerini, an sit deferendum.

Dicebatur quod non, quia sententia, à qua appellatur est declaratoria confinium,
1 vt quoque de sui natura est iudicium finiũ regundorum. Bald. in l. si quis C. fin. regũd. numero 3. versic. nota, & sic super non gra
2 mine, quia, qui declarat, nihil de nouo inducit. Card. in clem. statutum. num. 4. eod. tit. Fulgos. consi. 147. in fi....... & Gabr. conclus. 3. de reg. iur.
3 Sed contrarium fuit conclusum, quia actio finium regundorum cõtinet in se causam proprietatis. d. l. si quis, C. fin. regund. vbi Bald. in princ. & Paul. de Castr. & Rot.
4 Bononien. decis. 86. quæ præter id, quod numero primo, dicit latissimam habere natu-
* ram, num. 2. attestatur de communi, *quando appellatio non reperitur in specie prohibita dicitur permissa. Franc. in rubr. de appellat. nume. 18. cum simil. vulgat. ratio
6 est vt ibi, quia appellatio est fauorabilis, &
7 potius pręsumitur pro appellatione, quàm pro sententia.

Non obstat dum dicebatur, quod à sententia declaratoria non datur appellatio.

Quia dupliciter Respondetur.

Primo, quod id non procedit, quando iudicium de sui natura est appellabile, pro-
8 ut est iudicium finium regundorũ ob proprietatis continentiam, à qua non potest
9 recedi, cum radix & origo sit illa, quæ attenditur. Bald. in capitul. quæ ecclesiarum, num. 51. de constitut.

Secundo, quod dicta sententia à qua fuit appellatum potius potest dici mere diuisoria, quàm declaratoria, prout quoque dici-
10 tur iudicium finium regundorum in casu, de quo agitur, non obstante dicta doctrina Baldi in dicta l. si quis num. 3. C. fin. regund. qui licet dicat iudicium finium regundorum esse declaratorium, non tamen negat esse diuisorium, vt demonstrant illa verba ibi. (Iudicium finium regũdorum, de quo hic loquitur non semper est diuisorium, maxime in præsenti casu, in quo dum confirmat laudum, seu sententiam latam pro parte Castri Sancti Venãtij exhibita, in qua inter dictas Cõmunitates fuit facta diuisio cum expræssione confinium, & deinde ad euitandam dubietatem specificata confinia, tangitur quoque proprietas, quo fit,
11 vt pars, quæ prætendit ex hoc grauamen
12 sibi illatum, potest appellare, quia causa diuisionis habet admissam causam possessionis, & proprietatis. Bald. in dicta l. si quis, numero tertio, C. fin. regund. Cæph. consi. 63. sententia disponit, num. 8. lib. 1. Contar. in l. vnica, C. si de moment. poss. q. 13. pe-

tito-

titorium quid sit, num. 99. fol. 293.

13 Prout quoque potest in terminis actionis finium regundorum, vt dicit idem Contard. vbi supra, num. 119. fol. 294. quia vltra
14 finium quæstionem agitur de interesse partis territorij, & sic de proprietate; Vnde a-
15 gens actione finium regundorum tenetur se probare dominium, vt post longam disputationem concludit Fab. in §. quædam actiones num. 32. instit. de actio. quæ sequitur Ange. ibi num. 11. per l. 3. C. fin. regund. & ibi Ias. num. 72. relati per Hie. de Mont. in suo tract. de finib. reg. cap. 41. nume. 3. to. 3. part. 2. fol. 342.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XX.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta alienari prohibita, an possint alienari.

SVMMARIVM.

Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum, est nulla, numero 1. fallit num. 7. 19. & 21.

Taciturnitas in iudicialibus inducit consensum, nu. 2.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest, numero 3.

Indignum est venire contra factum proprium, nu. 4.

Alienata, an imputentur in legitima, nume. 5.

Venditio, quando est facta de re non libera, an valeat, num. 6.

Alienatio fraudolenta non valet, num. 8.

Alienatio, quæ fit lege permittente, non potest dici nulla, nec contra mentem testatoris, num. 9.

Legis dispositio semper intelligitur salua, nu. 10.

Testator non potest facere, quod leges non habeant locum in suo testamento, num. 11.

Testator in dubio præsumitur se conformare voluisse cum dispositione iuris communis, nume. 12.

Domus non ita commodè, sicut pecuniæ diuidi possunt, num. 13.

Causa an operetur, quod possit recedi à dispositione iuris, & statutorum, num. 14.

Lites non semel in his, quæ communiter possidentur, oriuntur, nu. 15.

Nemo cogitur stare in communione, nume. 16.

Scandala sunt fugienda, num. 17.

Generalitas restringitur, ne sequatur inconueniens, dicto num. 17.

Census connumerantur inter immobilia, num. 18.

Mens testatoris est attendenda, etiam quod fiat contra verba, nume. 20.

Verba quod non demonstrant supponi non potest, nume. 22.

Limitata prohibitio, limitatum producit effectum, num. 23.

Emptor, an possit dicere de nullitate contractus sub prætextu, quod res libera sibi tradita non fuerit, num. 24.

DECISIO XX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

CAesar quondam Ludouici de Ludouicis de Vrbino ciuis, & habitator Anconæ, in suo testamento inter cætera instituit suum hæredem generalē, & vniuersalem æquitem Ascanium eius filium legitimum, & naturalem, eique quandocunque decedenti sine filijs masculis, legitimis, & naturalibus substituit vulgariter, & pupillariter expresse, & per fideicommissum filias eius nuptas, & nubendas, prout in eodem testamento; & iussit omnia, & singula eius bona stabilia, tam præsentia, quàm acquirenda, per se, & eius tutricem non posse quouis modo vendi, vel alienari, vetans, & prohibens venditionem, & alienationem bonorum prædictorum tam hæredi, quam posteris, & descendentibus in perpetuum, vt in processu fol. 12. & seq.

Dictus Aeques Ascanius vendidit vnam domum positam in dicta ciuitate Anconæ in Parocchia Sancti Petri in loco *detta la via grande* iuxta sua notissima latera Domino Nicolao Tellino V. I. Doct. quæ prætenditur subiacere præfato fideicommisso.

Dubitatum fuit de viribus dictæ alienationis, quia si est vt prætenditur ex parte dicti Tellini fideicommisso subiecta cū pro-
1 hibitione præfata, alienatio est nulla, vt per text. in l. fin. C. commu. de legat. & Doct. in l. filius familias, §. 1. ff. de legat. probat Gramat. decis. 93. in causa Illustriss. Ducis, num. 1. fol. 460. Benincas. in suo tract. de paupert. in rubr. decimum speciale in contractibus, numero vndecimo, tom. 18. fol. 162. Petrus à Petra in suo tracta. de fideicommiss. q. 3. num. 4.

num.4.& seq.fol.13.& Tiraqu. de leg. connubial. glos.7.numero 57. fol. 442.qui non solum dicit,quod expressa hominis,vel testatoris prohibitio alienandi reddit alienationem ipso iure nullam, sed alienantem tanquam indignum repellit, à reuocatione rei alienatę,vt quoque voluit Phanuc.in suo tract. de inuentar.par.septima,numero 149.tom.8.part.2.fol.315.dum id, quod supra dictum est de nullitate pro qua parte as-
* serit esse omnium sententiam,intelligit respectu inuitatotum ad fideicōmissum, non respectu alienantis, qui non potest venire contra factum proprium etiam nullum. Immo stante huiusmodi expressa prohibitione secuta alienatione potest propria auctoritate is ad cuius fauorem fuit facta alienatio,apprehendere bona alienata, vt post Ias. Crauet. & Zanch. dicit idem Petrus à Petra loco citato,num.47.fol.16.in versiculo. Octaua erit differentia.

Etiam si diceretur, posse substineri dicta alienatio ex capite legitimæ, & Trebellianicæ dicto æquiti competenti, quia cum legitima, & Trebellianica ei fuerunt assignatæ in alijs bonis, & per eundem equitem saltem tacitè acceptatæ, cum à decreto assignationis huiusmodi non appellaue
2 rit, vt de iure faciendum videbatur per ea, quæ post Io. Monac. Ioan. Andr. Fely. Crauett.cons. 302. in hac causa nume. 7. tradit Menoch. in suo tract. recup. possess. reme. 1. numero 167.fo.41.& ante eum Anchar. consil.192.in auxilium veritatis, nu. 4. quia taciturnitas in iudicialibus inducit consensum,l.cum ostendimus,§.fin.ff. de fideiuss. & nominato; & hæredibus tutor. & curator.non potuit postea dictus eques recedere, à dictis bonis assignatis, & vendere di-
3 ctam domum pro sua legitima,quia preter id quod illud, quod semel placuit amplius
4 displicere non potest, indignum nimis est venire contra factum proprium,l.generaliter in fi. C. de non numerat. Bart. in l. post mortem de adopt. cum simil. Preſertim, quando à princ. filius eligit aliquam rem
5 pro legitima, nam alienata imputantur in legitimam ipsius, non solum ipso volente, sed inuito, vt post Ang. in l. in quartam, num.3.in vers.ad diem ff.ad leg. Falc.dicūt Gabr. de legitima conclus. 4. numero 15. fol.373.& Cæph. consil. 189. Vnus ex filijs, num. 20. lib. 2.

6 Et tanto magis quia supponitur in facto non fuisse venditam rem liberam, etiam ex alio capite, nempe quia in dicta domo alienata reperiuntur plures hypothecæ, & obligationes ad fauorem creditorum dicti equitis, quo casu venit absq; aliqua dubietate declaranda ipso iure nulla.

Vlterius tamen ponderatis deductis Do
7 mini concorditer dixerunt, de æquitate ratam esse habendam dictam alienationem, quia continet iustam causam, nempe detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, quæ sufficit ad substinendam alienationem per ea quæ tradit Bald. consil. 217. queritur lib. 1. Aretin.consil.18.Visa,& discussa, num.4. 5. & 6.Dec.consil.236. Non parua difficultas,numero 16.& Rolan.consil.78. circa primum, num. 20. lib. 1.& possunt per grauatum non obstante fideicommisso,& prohibitione prefata bona ob dictā causam alienari, vt ad litteram probatur in l. Marcellus, §.res quę, ff.ad Trebell. Alexan. consil. 178.attentis verbis,nu.4.lib.1.& Paris consil. 17. ex lectura testamenti num. 33.in fi.
* lib.3.vbi attestatur de communi*,& tradit Peregrin. in suo tract. de fideicommiss.art. 39.nu.4.fol.355. qui dicit ista seruari in iudicijs, presertim, quando prout in casu isto non apparet fuisse factam alienationem de bonis melioribus,quę eligere non poterat, sed de mediocribus, neq; fuisse alienatam rem, quæ plus valeret, quā sua legitima, vt considerauerunt Dec. numero decimoseptimo, & Rolan. num. 19. in locis precitatis, & Gabr. conclus.4. de legit. num.3.& 10.fol.373.nam si fideicommisso grauatus meliores, & digniores res ex hęreditate alienasset retentis infructuosis,& minus vti-
8 libus, huiusmodi alienatio, tanquàm fraudulenta,& in damnum fideicommissi posset reuocari Peregrin. in d. suo tractat. de fideicommiss. articu. 39. numero 11. folio 356.à tergo.

Non obstat quod supra opponebatur de nullitate dictę alienationis pretextu sepe di
9 ctę prohibitionis,& fideicōmissi,quia cum illa sit facta lege permittente,nō potest dici nulla, & contra mentem testatoris, quia
10 in qualibet dispositione intelligitur salua
11 dispositio legis, præcipue cum testator, ei derogari non possit, nec facere, quod leges non habebunt locum in suo testamen-
12 to,& in dubio presumatur se voluisse confirmare cum iuris communis, vel municipalis dispositione, vt post Ruy. Bart.Raph. & alios dicit Corn. cons.276. viso suprascripto themate nume.3.lib.3.

Et tanto magis, quia cū constet in actis, quod dicta domus in parte fuit empta de pecunijs dicti equitis,non potest dici comprehensa in d. fideicommisso, nam testator non cogitauit de re emenda pro medietate de suis pecunijs, & d. equitis, precipue quod

quod ſicut licuit eidem emere, vt ſupra,ita
eidem licere debet vendere,præcipue cum
13 agatur de domo, quæ non ita commode
ſicut pecunia diuidi poteſt, ob quam cauſã
tanquàm rationabilem, poſſet etiam rece-
di à dicta teſtatoris diſpoſitione, quatenus
præſens quæſtio contra eam ob verborum
vniuerſalitatem dici poteſt, cum ex cauſa
14 à iuris & ſtatutorum diſpoſitione receda-
tur,etiam ſi eorum obſeruantia iurata fue-
rit,l.ſi hominem 30.ff.manda. Bald. in rub.
C.qui admitt. num. primo, verſiculo quan
doque.Corſet.in ſuis ſingularibus in verbo
iuramentum Cotta in verbo armorum of-
fenſibilium in verſiculo, & notabis fol. 43.
vbi plures allegar & Farinac.in ſua prax.cri-
min.in titul.de delict.& pœn.q.17.fol.158.

Et tãto magis, quod teſtator qui totum
fecit fauore ſuæ agnationis,idem veriſimi-
liter diſpoſuiſſet ad fugiendas lites, & quæ-
15 ſtiones,quæ non ſemel ſurgunt ex his,quæ
dum commode diuidi non poſſunt,com-
muniter poſſidentur. Præſertim cum dice-
16 re oppoſitum eſſet cogere aliquem ad ſtã-
dum in communione contra ius,quod eſſe
non poteſt,l.finali,C.commun.diuiduntur
niſi in caſibus ibi exceptis per gloſſ. in lit-
tera C.

17 Immo vnum nutrire ſcandala, quæ pro
viribus fugienda ſunt, etiam ſtante quacũ-
que verborum generalitate, cum iſta re-
ſtringatur,ne aliàs inconueniens ſequatur.
Caſtrenſ. conſi. 50. viſo codicillo facto,nu-
mero ſecundo, lib.2. Soc.conſ.84.viſa præ-
dicta facti narratione numero 3. verſi. prin-
cipaliter moneor lib.1. & Crauet. conſ. 70.
in contractu matrimonij, nume. 21. & 26.
Præſertim, quod conſtat dictam domum
fuiſſe in cenſibus ſubrogatam, cum pacto,
quod ſemper debeãt ſtare firmi, & perma-
nentes, & quatenus redimantur debeant
reinueſtiri in alijs cenſibus, prout in inſtru-
18 mento de quo in actis, qui cum conſiderẽ-
tur,vt immobilia,Clement. exiui de paradi
ſo in §. cumque annui redditus.de verbor.
ſignific.cum ſimil. vulgat. & ſint maioris
19 vtilitatis reſpectu fructuum, permutatio
potuit fieri,ſaltem propter vtilitatem fidei-
20 commiſſi, cum inſpiciatur mens teſtato-
ris, licet fiat contra verba prohibitiua alie-
nandi. Angel.conſ.169. ſuper puncto Iaſ.in
l.filius familias,§.Diui,numero 78.in ſecun
da lectura ſeptimo nota fol. 151. à tergo,
Corn.conſil.178.circa primam conſultatio
nis dubitationem,nume. 2.lib.primo, Dec.
conſil.511.viſo teſtamento Matthęi Baliar-
di,numero 6.& Fely.conſil.42. Cantor Ec-
cleſiæ cathedralis, num.4.

Nec dum ſecũdo loco dicebatur, quod
legitima, & Trebellianica fuit aſſignata in
alijs bonis, quæ aſſignatio fuit expreſſe,vel
ſaltem tacitè per dictum equitem Aſcaniũ
acceptata, quia cũ potuerit appellare non
appellauit.

Nam non propterea ſequitur aſſerta nul
litas alienationis,cum ſæpe dicta aſſignatio
in legitima non operetur, quo ad illa, quæ
iam ipſe filius habuit pro legitima,& eo in-
uito ſunt imputanda,ſed ſolum erit intelli-
genda, quo ad complementum legitimæ,
& Trebellianicæ computatis dictis bonis
alienatis, & pro legitima detractis, & ſic
dicta aſſignatio operabitur effectum ſuum
pro ea parte, quæ ſibi competit, præter di-
cta bona alienata, quæ ipſo inuito compu-
tanda ſunt: ſupponitur enim in facto,quod
tempore dictæ alienationis, ſeu permuta-
tionis, legitima dicto equiti Aſcanio non
fuit conſignata, nec ab eodem detracta, &
21 ſic potuit per ea, quę ſupra dicta ſunt per-
mutare, & alienare,quaſi dicatur pro legi-
tima bona alienata elegiſſe.

Secundo dicitur, quod dicta prohibitio
alienandi nõ ſe extendit ad dictam domũ,
nã vt colligitur ex themate, de quo ſupra,
cum teſtator prohibuerit alienationem bo
norum ſuorum,tam pręſentium quam ac-
quirendorum, per ſe, & eius tutricem,non
22 dicitur prohibuiſſe acquiſita per dictum
equitem eius filium, cum id ex prędictis
23 verbis neceſſario non inferatur, & limita-
ta prohibitio limitatũ preducat effectum.

Prout nec obſtat, quod vltimo loco op-
ponebatur de re libera non tradita. Nam
24 non propterea ſequitur nullitas alienatio-
nis, quia emptor poteſt agere, vt res à ven-
ditore liberetur, non autẽ ad reſciſſionem
contractus, & pecuniarum reſtitutionem.
Vnde ſufficit,quod res liberetur ab obliga-
tione, vel ſi ille cui res eſſet obligata,nollet
conſentire,ſatisdetur ab eo, qui tenetur ad
liberandum, ita vt damnum pati non poſ-
ſit,vt probatur per text.in l. ſi pater cum gl.
in verbo liberentur littera E, & Bald. in l. ſi
pater,C.de colla. de quibus meminit Alex.
conſil. 65. ommiſſis argumentis, nume. 5.
lib. 5. & ibi addit. in verbo liberam, Negu-
ſant. in ſuo tracta. de pignor. & hypotec.
5.par.memb.1. nume.28.tom.6. part.1.fol.
223.à tergo.

Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

DECI-

DECISIO XXI.

RECHANATENSIS.

ARGVMENTVM.

Donatio rogata à duobus notarijs, quorum vnus non habet qualitatem à statuto requisitam, an valeat.

SVMMARIVM.

Clausula constituti, quid operetur, num. 1. & 24.
Præsumptio est pro instrumento publico, num. 2.
Instrumentum præsumitur verum, & solenne, numero 3.
Neganti, an incumbat onus probandi, nume. 4.
Notarius, quod se gesserit pro habili, & pro tali fuerit habitus, quid operetur, num. 5.
Probationis virtus magis dependet à publica fide, quàm à titulo, num. 6.
Contrahentes non debent decipi, sub publica fide, numero 7.
Obseruantia est sequenda, num. 8.
Fama, & communis opinio notariatus dat robur officio, num. 9.
Notarij, quasi possessio circa confectionem instrumenti, an sufficiat ad validitatem instrumentorum, de quibus est rogatus, vel transferat onus probandi in aduersarium, nume. 10.
Notarij persona, quando dicatur approbata, num. 11. & 66.
Qualitatis non probatæ negatio, an dicatur inammissibilis tanquam serotina, & facta post conclusum in causa, vel saltem talis, quod possit probari aduersus eam, num. 12.
Aequalitas est seruanda, nume. 13.
Probare se talem, quis non tenetur parte non opponente, num. 14. & 18.
Notarius, quando debeat probare se talem, num. 15.
Exceptio, quæ non inest, & venit extrinsecus debet de necessitate probari, nume. 17.
Contractus rogatus à notario, an subsineatur saltem, quamdiu toleratur in dicto officio, nume. 19.
Pluralitas an possit reduci in singularitatem, nume. 20. & 91.
Dictio seu, quam vim habeat, num. 21. & 92.
Statuti verba sunt strictè interpretanda, nume. 22.
Qualitas, à statuto requisita est probanda, num. 23.
Possessio vera, & corporalis non potest dici tradita per clausulam constituti, nume. 24.
Constitutum, quod liberet à traditione, quomodo intelligatur, num. 25.
Negligens accipere possessionem ab eo, qui constituit se possidere, quãdo censeatur eam ammisisse, n. 26.
Constitutum non operatur, sicut vera traditio, quando constituens remanet in possessione, num. 27.
Constitutum vt operetur, quid sit probandum, nu. 28.
Traditio rei, quæ non possidetur, auferri non potest, numero 29.
Probatio verisimilis sufficit ob difficultatem probandi, nume. 30.
Negatiua probatur per inspectionem actorum, n. 31.
Lex quando requirit actum qualificatum, non sufficit probare actum sine qualitate, num. 32.
Qualitas, cum consistat in facto non potest præsumi, nisi probetur, num. 33.
Qualitas extrinseca, siue sit affirmatiua, siue negatiua semper est probanda ab eo, qui in ea se fundat, num. 34.
Diues asserens se talem probare debet, num. 35.
Paupertatem deducens probare debet, num. 36.
Qualitas requisita à quo articulari, et probari debeat, num. 37.
Statuti beneficio non vtitur, qui non probat qualitatem ab eo requisitam, nume. 38.
Notario asserenti cum iuramento se talem, an credatur, num. 39.
Habilitas est probanda, nume. 40.
Lex Barbarius, quando habeat locum, num. 41.
Paria sunt scire, & scire debere, num. 42.
Argumentum à simili valet, num. 43.
Aequiparatorum eadem est dispositio, nu. 44.
Ignorantia statuti non potest allegari, num. 45.
Ignorantia supina, an excusat, num. 46.
Electio mala est in culpa, nu. 47.
Culposis, & negligentibus iura non subueniunt, numero 48.
Communis opinio, quomodo probari possit, nu. 49.
Error communis facit ius, nume. 50.
Opinio, quando præferatur veritati, num. 51.
Vtilitas priuata, an sufficiat ad sustinendum instrumentum, nume. 52. & 54.
Communis opinio non operatur, quando defectus est in forma, num. 53.
Communis error, & tolerantia, sine auctoritate superioris nihil operatur, nu. 55.
Notarij quasi possessio qualibet non sufficit, nu. 56.
Notarius præsumitur, qui fuit in possessione notariatus longo tempore, num. 57.
Habilitas personæ ex quibus probetur, num. 58.
Articulari quomodo debeat quasi possessio, num. 59.
Notariatus quasi possessio, an sufficiat sine superioris auctoritate, nume. 60.
Agens sine auctoritate scienter, an inuetur quasi possessione notariatus, nu. 61.
Instrumentum factum à notario non habente qualitatem à statuto requisitam non valet, numero 62.
Agens sine auctoritate æquiparatur tyranno, numero 63.
Gerens se pro notario, præter id, quod nihil agit tenetur partibus ad interesse, num. 64.

Fundamentum, quando deficit corruunt omnia supra ædificata, num.65.
Actus non debet operari vltra agentis intentionem, num.67.
Priores non habent iurisdictionem, nu.68.
Notarius in matricula notariorum non scriptus, an dicatur talis, num.69.
Matricula, quam probationem faciat, nu. 70.
Exceptiones generales, an releuent, nu.71. & seq.
Libellus generalis, an admittatur, num.72.
Simulatum, an dicatur, quod non est verum, numero 73.
Causa, quando est vnica, & alia assignari non potest habetur pro expressa, nu.74.
Generalis dispositio, quando in vno tantum potest verificari habetur pro speciali, nu.75.
Expressio, quando nominatim est facienda, si adsunt verba, quæ nihil operarentur, nisi trahantur ad illud, nominatio an habeatur pro expræssa, numero 76.
Exceptio tangens defectum consensus, & habilitatis, an semper opponi possit, num.77.
Exceptio falsi Procuratoris, an possit opponi post conclusum in causa, num. 78.
Exceptio defectus mandati, an possit à iudice opponi, num.79.
Iudicium ne reddatur elusorium iudex, an possit supplere de facto, num.80.
Instrumentum dicitur approbatum, quando pars non opponit, nume.81.
Negans ea, quæ sunt de necessitate actus non tenetur probare, num.82.
Neganti, an incumbat onus probandi, numero 83.
Articuli post conclusum in causa an possint admitti, num.84.
Testes, an possint examinari post conclusum in causa, nume.85.
Testes sua sponte deponentes non probant, numero 86.
Qualitas certo tempore requisita debet probari interuenisse tempore limitato, num. 87.
Qualitas requisita certo tempore si superuenerit ex post facto, an sufficiat, num. 88.
Qualitas requisita etiam parte non opponente probanda est, num. 89.
Toleratio, quid operetur, & an præsumatur, numero 90.
Interpratatio ampla fit in fauorabilibus, nu.93.

DECISIO XXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Antonius Angeluccius de Belforte volens recuperare summã scutorũ 300. datis vt vulgo dicitur *à compagnia d'offitio* de mense Augusti 1587. prout latè in instrumento desuper celebrato, de quo in actis. &c.

In quo Antonius Ceciolus de Rechane to vti principalis principaliter, & in solidũ fideiussit, egit contra bona dicti fideiussoris possessa per Bartholomæum eius filium, qui cum se opposuerit vigore cuiusdã donationis sibi factæ per dictum Antonium Ceciolũ eius Patrẽ sub die 23. Octob. 1586.

Et dubitatũ fuerit de viribus d. donationis, quia licet in ea interuenerint duo notarij ad formam statuti Rechanat. rub.43. de donatio. lib. 2. vnus tñ de eis non hẽt illam qualitatẽ ab eo requisitã, vt quod sit de collegio iudicum, & notariorum d. ciuitatis.

Pro parte dicti Bartholomæi dicebatur dictam donationem esse validam, & subsistere ex pluribus.

Primo quia dictum statutum, vt patet ex eius lectura in illis verbis (& hæc non intelligantur) non habet locum, quando fuit tradita possessio rei donatæ, vt in casu isto, in quo per clausulam constituti positam in dicta donatione omnis dicitur trãslata possessio, vt probat Bart. in l. interdum, num.2. ff. de acquir. possess. & dicit Tiraq. de iur. cõstit. num.2. vbi plures allegat mihi fol.170. & nu.4. fo.171.

2 Secundo quia, cum sit præsumptio pro
3 instrumento publico ex quo duo oriuntur probationes, vna quod sit verum, alia quod sit solenne, vt inquit Natt. consi.194. Magnificus Dominus, nu.2. lib.1. fo.151. Bal. in c.1. §. si instrumentum de nou. feud. onus pro-
4 bandi videbatur translatum in negantẽ di-
5 ctam qualitatem, præcipue cũ se gesserit notarius pro habili in rogitu d. instrumẽti donationis vna cum alio notario, & pro habili fuerit semper reputatus, saltẽ ex his, quæ habentur in l. Barbar. Philippus, ff. de offic. Pretoris, & in l.1. C. de testam. & in §. sed cũ aliquis ibi per glo. in verbo libertate instit. eodem tit. cum cæteris adductis per Gabr. conclu.8. de prob. nu.1. vbi valent acta, quæ aliàs non valerent, vt per Bal. in d. l. Barbar. num.3. & Ias. nume.1. in vers. & secundum

illum

istum intellectum, cum supracitatis, & per Alexan. consil. 138. opportune cōsideratis nu. 2. vol. 1. qui loquitur in specie de tabel-
6 lione: ratio est quia virtus probationis magis dependet à publica fide, quàm à titulo,
7 vel collatione officij, sub qua publica fide non dēnt contrahentes decipi, vt in terminis dicit addit. ad Alex. d. cons. 138. in verbo valeant, in littera B, vbi vlterius dicit, quod ita semper obseruare vidit, & ab antiquo sē
8 per obseruatum fuit, à qua obseruātia non est recedendum. Hinc dicebat Bal. in d. leg. Barb. de quo meminit Affl. decis. 251. determinatum fuit, nu. 3. fol. 194. quod fama & cōmunis opinio quod est notarius dat robur officio, & hoc per tres rationes, quas ponit Bald. vbi supra nu. 2.

Tertiò quia dictus notarius reperitur in
10 quasi possessione cōficiendi similia instrumenta, quæ sufficit ad validitatē instrumēti, vt inquit Afflict. d. decis. 251. n. 4. & Natt. in addit. ad cons. Alex. d. cons. 138. in verbo tabellionatus, facit Bald. in d. l. Barb. num. 5. vltra, quod transfert onus probandi in aduersarium Gozzad. cons. 50. prima facie videtur, nu. 16. Menoc. de præsump. lib. 1. præsumpt. 33. nu. 24. fol. 35.

11 Quartò, quia constat dictum notariū se exercuisse tāquam talem coram magistratu Dominorum Priorum Rechanetensiū, in quorum conspectu d. donatio insinuata fuit, quo casu eius persona videtur approbata arg. eius, quod dicit Bald. cons. 119. quia plenissime allegatum, nu. 1. in vers. immo plus dico lib. 3. præcipue, quod in omnem
12 casum d. allegatio, seu negatio qualitatis non probare videtur inuerisimilis tanquā Serotina, & opposita post cōclusum in cā, vel saltē talis, quod potest aduersus eā probari, nam si licet negare dictā qualitatem post conclusum in causa, licet quoq; probare oppositū per ea, quæ tradit Rota Lucan. in nouiss. decis. 111. confirmauimus, col. 2. in vers. vnde, fol. 175. ne vna pars sit melio-
13 ris cōditionis, quā altera, & seruetur ęqualitas, ante. n. oppositionem, & negationem non videbatur necessaria, cum quis parte
14 non opponente se talē probare non teneatur, vt post Bar. & Doct. in l. licet vbi Ias. col. pen. in 3. fallent. de procurat. & alios dicit Alex. cons. 166. viso puncto mihi, n. 3. lib. 2. Masca. de probat. concl. 1247. nu. 11. & seq. lib. 2. fo. 218. vbi dat exemplum de asserēte
15 se notarium, qui tunc se talem probare debet, vbi fuerit oppositum, & non aliàs, vt plenius dicit conclus. 1092. nu. 5. fo. 423. lib. 2. etiam in his, quæ sunt iuris. Guid. Pap. decis. 404. licet de iure instrumentum, nu. 2. quod intelligo de oppositione, quæ fieret in processu, non autem de illa, quę fit in allegationibus iuris, quia illa non releuat. Guid. Papa decis. 221. Item dicta die 14. nu. 6. Crauet. cons. 150. in causa beneficij, nu. 2. fol. 298. cum in processu fieri debeat, ratio est, vt inquit Bart. in l. eum qui ita, §. qui ita,
17 num. 4. ff. de verb. oblig. quia quando exceptio non inest sed venit extrinsecus, de necessitate debet fieri oppositio.

18 Et quod parte non opponente, quis non teneatur probare se talem dicit Duen. reg. 277. executio pōt fieri ampl. 5. fo. 158. Ludouic. cōcl. 1. de hęred. in vers. inferē 42. f. 483.

19 Quintò quia cū dictus notarius se rogauerit de d. instrumēto donationis, ratione sui officij, contractus valet, & tenet, quamdiu toleratur in illo officio. Lap. alleg. 89. nu. 11. & 13. vers. & ea quæ facit fo. 100. Sed sic est, qd notarius fuit toleratus, & tolerat, ergo.

20 Sexto quia pluralitas notariorū, à d. statuto requisita pōt reduci in singularitatē, vt fit in pluribus casibus, de quibus per Maria. Soc. cons. 43. visa prouisione facta, nu. 1. & quando iustum, & æquū est eā fieri, vt post Bal. in l. pen. col. fi. C. de ipuber. dicit Rym. iun. cons. 512. videtur igitur, n. 60. lib. 5. quæ iustitia, & æquitas accidens satis cōstare videtur, cum d. statutum loquatur de donat. scripta manu notarij, seu notariorum, nam
21 ex persona vnius notarij habilis cōtractus poterit ob illam dictionem, seu, substineri, cū sit disiunctiua, l. 1. §. sublata, ff. ad Trebel. l. generali, C. de sacr. sāct. eccl. & eius vigore ea iniungantur, quorū alterū non vtrūq; affirmatur, & ēt probat Bal. in c. inter cæteras de rescrip. nu. 14. dū dicit, quod si lego Sempronio equum meū albū, seu nigrū, vnus tantū debetur, nō ambos, cum simil.

22 Quod tanto magis in casu de quo agitur est dicendum, quia dicta dictio, seu, est posi
22 ta in statuto, cuius verba stricte sunt interpætanda, vt in terminis dicit. Alex. consil. 193. lib. 2. nu. 4. ex themate pręmisso.

Sed contrarium per Dominos nullo penitus discrepante fuit conclusū, non ex eo, qd existimauerint fundamētū, in quo aliàs fundarunt eorū sñiam, non subsistere, quia illud ꝑ vero, ac cōstanti adhuc hēnt rōnib. de quib. in decis. aliàs facta, ad quā &c. Sed quia nouiter fuit deductū non fuisse probatā d. qualitatē statuti circa psonā d. notarij,
23 qui se rogauit de sæpe dicta donat. ꝙ oīno probanda erat. Bar. in l. 1. §. ait ꝑtor, ff. ne qd in flum. pub. Dec. cons. 18. viso puncto pro tenui, nu. 4. col. 3. Masc. de prob. cōcl. 1141. nu. 11. fo. 40. vol. 3. Eman. Sorez. lib. 3. cōin. opin. in titu. de probat. & præsumpt. nu. 41.

fo.450.vbi testatur de communi.Rym.sen.
cons.427.visa facti narratione, nu.42. lib.3.
Soc.cons.27.visis instrumentis, nu.14. cõs.
65.conclu.nu.4.& cons.104. visis compro-
misso n.15.lib.4.Dec.cons.524.visis his quę
plene n.1.Boss.de captut.nu.46. & de delic.
nu.4.Rol.à Val.cons.63.Perspectis diligen-
ter nu.2.& 9.lib.1.Ludou.decis. Lucan.12.
Cum quidam iuuenis, nu.7.& decis.17.Io-
annes Baptista,num.33.Bursat.cons.402.an
Dominus Clemens,nume.4. lib.4. & Odd.
cons.38.ex Illustrissima, num. 13.

Non obstat primũ obiectũ, in quo dice-
batur dictũ statutũ Rechanetense nõ hẽre
locum vbi fuit tradita possessio per clausu-
lam constituti, de qua in dicto instrumẽto
donationis,quæ transfert oẽm possessionẽ.

Nam pluribus modis Respondetur.

Primo,quod statutum prędictum non lo
qtur simpliciter de possessione, sed de pos-
sessione vera,& corporali, vt ibi legitur ad
24 literam, quæ non põt dici tradita per clau-
sulam constituti, vt nouissimè scripsit D.
Hieron. Magilian.I C. celeberrimus in rep.
l.quoties,nu.67.C.de rei vendica.per quam
possessio transfertur ficte sine traditione.
Tiraq. in sua tracta.de iur constit. nume.1.
vers.hic enim est fo.170.

25 Hinc est, quod licet per constitutũ quis
liberetur à traditione possessionis,id intelli
gitur de traditione iuris,& sic potest agere
rei vendicatione,vel publiciana in rẽ actio-
ne,aut interdicto vti possidetis,non autem
de traditione facti,quia tenetur tradere pos
* sessionem,prout est facti secũdum magis *
communem opinionem,de qua per Alex.
cons.28.viso, & præhabito,n.7.lib.2.Tiraq.
in d.suo tract.de iur.constit.in 1.par.nu.20.
fo.174.& in p.3.limit.20.fo.236.& Anch.q.
2.Sempronius,à Caio,nu.13.lib.2. fol.56.à
26 ter. & quod negligens accipere possessio-
nem realẽ ab eo,qui cõstituat se possidere,
censetur per negligentiam amisisse pos-
sessionẽ,vt dicit idem Tiraq. in d.suo tract.
de iur. constit.p.2.limit.21.fo.238.

27 Secundo respondetur,quod constitutũ,
non operatur sicut vera traditio, quando
constituens remanet in possessione ob præ
sumptionem simulationis.Tiraq.vbi supra
limit. 9. nu. 1. & seq.fol.226.& seq.sed talis
est præsens casus, quia donans remansit in
possessione.ergo.

Tertio Respondetur, quod vbi clausula
constituti importaret verã, & corporalem
possessionẽ, de qua loquitur d. statutũ, idẽ
esset, quia dictus Bartholomæus Ceccolus
non probauit,quod tpe donationis,& con
stituti bona donata,de quibus agitur,essent
in bonis donantis, vt probare tenebãtur se-
cundum Tiraq. in d.suo tract.de iur.const.
p.3.limit.1.nu.8.& 11.fo.206.& seq. vbi plu-
res allegat,& Anchar. Regien. d. q.2. lib.2.
n.15.fo.56.à ter. cum agatur de præiudicio
tertij:non autem cõstituentis,vel hæredũ,
aut habentium ex post causam ab ipso
constituente,per ea quæ scribit Plot. in l. si
quando,§.4.nu.56.fo.49. & nouissimè cen
suit Rot.Lucan.decis.106. statutum inten-
tatum,col.6.fol.164. ratio est secũdum Ti-
29 raq. vbi supra,num.1. fol.205.quia traditio
eius rei,quæ non possidetur,auferri non po
test,maxime cum non agatur de aliqua an-
tiqua possessione.Natt.cons.235.Superiori
bus mensibus scripsi,nu.11.lib.2.Soc.cons.
187.in controuersia quæ,nu.12. col.7. vers.
30 tertio probatur lib.2.ratio est quia ob diffi-
cultatẽ probandi sufficit verisimilis proba-
tio,l.non oẽs,§.à Barbarius, ff. de re milita.

Non obstat secundum obiectum dum
dicebatur, quod cũ sit præsumptio pro in-
strumento,onus probandi videbatur tran-
slatum in negãtem dictam qualitatẽ statu-
ti,pręcipue cum se gesserit notarius pro ha
bili, & ꝑ tali sp̃ fuerit habitus & reputatus.

Quia quo ad dictam præsumptionẽ, vbi
operaretur dictum effectum, respondetur
31 dictam negatiuam esse probatã per inspe-
ctionem actorum,in quibus cum de ea nõ
appareat,dicitur non esse per ea quæ tradũt
Dec.cons.218.in casu,nu.6. Crauet. consil.
138.decessit Martinus, n.5. & alij relati per
Patrau.in suo tract.de proband.lib.1.ca.44.
nu.1. fol.124. Decian.cons.76.quare in du-
bium,nu.37.& cons.119.videndum est,nu.
7. & cons. 124. post absolutum consilium,
nu.69.lib. 3.præcipue in casu isto,nam quã-
do lex requirit actum qualificatum nõ suf-
ficit probare actum sine qualitate, vt dicit
Paul.de Cast.in l.si peralium,§.docere, nu-
mero tertio,ff.ne quis eum,cum similibus.

Immo talis qualitas, cum consistat in fa-
cto,non potest præsumi nisi probetur iur.
vulg. & tanto magis quia dicta qualitas, à
34 statuto requisita est extrinseca,quæ siue sit
affirmatiua,siue negatiua sẽper debet pro-
bari ab eo,qui in ea se fundat,siue sit actor,
siue reus,secundum theoricam,quã menti
tenendam esse tradit Bal. in l. si vero, §.qui
pro rei in fi.ff.qui satisd.cogant. cũ qua con
cordant plures citat.per Patian. in suo trac.
de proband.c.54.n.9.fol.570. lib.1. idem vi-
detur de mẽte Bal.in l.si præsidi prouincię,
n.3.C.de donat. añ nup. vñ dicebat Paul.de
35 Cast.in d.l.si vero,§.1.qui se fundat in diui-
tijs debet probare se diuitem,qui se fundat
36 in paupertate probare se pauperẽ,vt etiam
con-

consuluit Rol.cons.92.Magnifica domina.
n.23.lib.3.Et quod talis qualitas debeat pro
bari,& articulari per illum,cui fauetur post
Angel.in l.vel necare,ff.quemadmod.rest.
oper.Mars.late in pract. crim. §.quoniam,
n.54.& 55.Alex.cons.88. in causa Dominæ
Bartholomeæ, nu.2. vol.4. dicit Anchar.q.
55.statutum Regij nu. 1. lib. 2.fol.98.à ter.
* vbi nu. 2.attestatur de communi* & dicit
quod quando qualitas est fundamentum
intentionis alicuius,quod non solum intē-
tio est probanda,sed etiā qualitas ipsa, quia
quando duo copulatiuè requirūtur,nō est
locus dispositioni,nisi copulata cōcurrant.
Paris.cons.31.ommissa discussione nu.129.
vnde dicit Bec. plures allegando consil. 53.
decreto Marchionali cauetur, quod nō po
38 test vti beneficio statuti,qui nō probat qua
litatem ab eo requisitam, etiam quod no-
39 tarius asseruisset cum iuramento esse talē,
quia ei non creditur.Ferrat.caute.60.decre
to n.5.fo.120.atq;. Quo verò ad illud,quod
se gesserit pro idoneo, & pro tali fuerit ha-
bitus,respondetur pluribus modis.

Primo,quod non sufficit se gessisse pro
habili,nisi probetur habilitas.

Secundo,quod dicta habilitas,quę in ho
minum opinione consistit,dupliciter cōsi-
derari pôt.Primo ex eo,qđ videbatur quēli
bet notarium esse idoneū ad conficiendū
41 dictum instrumentū donationis, & nūc nō
intrat lex Barbarius cū cæteris allegatis, qa
agitur de errore iuris stāte dispositione sta-
tutaria de qua supra,quo casu non hēt locū
eadem lex Barbarius, quę tātum procedit,
vbi agitur de errore facti Federic. de sen.
cons.112. Amice charissime, n.5.f.58.à ter.

Prout nec habet locū, vbi præcedit sciē-
tia inhabilitatis,vt in terminis probat Mar.
in suo spec.par.6. in verbo actorum æditio,
nu.4.fol.378.quod si verum est, cum paria
42 sint scire,& scire debere, vt probatur ad li-
teram in l.Iulianus scribit,ff.ad Senat.Con-
sult.maced.& per illum tex. no.Bald. in l.si
duo, ff.de acqu.hæred.sicut d.iura non pro
cedunt, vbi non interuenit scientia, ita vbi
43 quis scire tenebatˉ; valet enim argumentū
44 à simili,maxime,quādo duo,à lege,vel ca-
none æquiperantur, nam tunc dispositum
in vno extenditur ad reliquum,etiam in pę
nalibus,& exorbitantibus, à iure commu-
ni secundum.Euer.in sua top.iur.loco,à si-
mili,num.7.mihi fol.135.adducendo circa
pœnalia glos.not. in capitulo si postquam,
§.1.& §.fin.de elect. in 6.& circa exorbitan
tia gloss.in versiculo facile in l.si quis seruo
alieno suaserit, C. de furt. & in l. quod ve-
ro contra, ff. de leg. & quod isto casu con-
trahentes, & qui interuenerunt teneren-
45 tur scire probatur, quia cum non possit al-
legari ignorantia statuti publicati requiren
tis dictam qualitatem, quod sit de Colle-
46 gio, eo quod agitur de re quam omnes
sciunt, & de supina ignorantia, quæ non
excusat. Isern. super vsib. feud. in rubr. de
pact. tenen. in verbo supina fol. 61. atq; te-
nebantur inuestigare, an dictus notarius
esset talis,si optabat facere actum validum,
quod cum non fecerint, sibi imputare de-
47 bent hanc malam electionem; quæ cum
sit in culpa, vt dicit Bald. in l.3. C. de naut.
fęno. & Rolan. cons. 42. quod merces nu.
3. lib. 3. nec recipit excusationem, nec po-
test ei subueniri, quia culposis,& negligen
48 tibus iura non subueniunt.

Secundo ex eo, quod dictus notarius,
qui scripsit, vt supra dictam donationem,
reputabatur communiter notarius de di-
cta cōfraternitate, & collegio notariorum
ciuitatis Rechanetensis, & tunc dicta lex
Barbarius cum cæteris allegatis pariter nō
intrat in casu, de quo agitur, cum agatur
de errore facti non apparente,quia non fuit
49 articulatum, & probatum de asserta com-
muni opinione,quæ probari poterat, pro-
bando, quod omnes d. Ciuitatis ita crede-
bant, & dicebant l. si vicinis,C.de nupt.ca.
quanto de præsumpt. gloss. in l. cum qui-
dam,§.quod dicitur,ff.de acquir.hęred.seu
quod saltem maior pars eorum ita existi-
mabat,l.3.ff.ad Maced.l.2.C.eod.vt notant
omnes in dicta l. Barbatius, & in l. 1. C. de
testam.Rot.Auinion. decis.139. Ludouica
Molinia,numero 1.fol.162.à tergo,vel per
confectionem plurium instrumentorum;
nam per plura instrumenta probatur com
munis opinio, vt dicit Mascard.de probat.
conclus.394.num.12.lib.1.fol.299. vt requi
rebatur, quia dicta iura se fundant in erro-
50 re resultante ex communi opinione homi
num,qui facit ius, & videbatur de iure fa-
ciendum,per ea quæ ponit Abb.in ca. cum
in iure nu.8.de offic.& potest. iudic. deleg.
& Vant. de nullit. in rubr. qualiter senten-
tia,& proces.qui dicunt.nul.nu.38.fol.422.
Lap. in allegat. 89. In Dei nomine Amen,
num. 15. fo. 100. à tergo.

Tertiò Respondetur, qđ casus iste valde
differt à terminis dictorū iurium, nā sępe
d.l.Barb. ff. de offic. Præsid.se fundat vnica
rōne,quę ex cōcursu triū cārum probatur,
nempe erroris cōis,de quo vt supra fuit di-
ctum non constat,publicæ vtilitatis, & au-
ctoritatis superioris, vt inquit Bald. in dicta
l.Barbarius, ff. de offic.prætor.numero ter-
tio, alia vero iura in habilitate resultan-

te ex cōi opinione, vt ad litteram legitur in
d.l. testes serui, C. de testam. & in §. sed cum
aliquis instit. eod. quæ operantur vt plus va-
51 leat, quod est in opinione, quàm quod est
in veritate, vt inquit glo. in d. §. sed cum ali-
quis in verb. libertate, & pbat Lap. d. alleg.
89. In Dei nomine Amen, nu. 13. & seq. fo.
100. In casu vero isto præsupponitur contra
rium, & rectè quidē, postquam, nec aliqua
apparet auctoritas notarij circa cōfectionē
dicti instrumenti, vt sępe dictū fuit, nec con
stat de aliqua publica vtilitate cōsiderata in
dictis iuribus, sed bene de opposito, cū aga-
52 tur de vtilitati vnius priuati, quæ nō est suf-
53 ficiens ad dictum effectum, & sic nihil ope
ratur cōis opinio, cū defectus sit in forma,
nempe circa auctoritatem, vt in term. dicit
Crot. in l. 1. §. si quis ita, nume. 39. ff. de verb.
oblig. lib. 6. fol. 81.

Nec dicatur, quod etiam vtilitas priuata
debet esse in consideratione per text. in §. si
vero Prætor. in aut. de tabell. collat. 4. ibi (ip-
sis tamen documentis propter vtilitatem
contrahentium non infirmando.)

Nam ibi text. loquitur de his, quæ fiunt
præter legem, & vbi aderat auctoritas supe
rioris, sine qua tolerantia, & communis er-
ror nihil operatur, vt per Inno. in c. nihil de
electio. Immo, vt inquit Bart. in 2. lectura,
l. Barbarius nu. 19. & Bal. nu. 5. in vers. sed ra-
tio est, & in l. 1. C. de testam. nume. 12. secus
vbi agitur de gestis contra legem, nempe
contra formam statuti, & vbi deficit aucto-
ritas conficientis, vt sæpe dictum fuit.

56 Non obstat tertium obiectum de quasi
possessione notarij, quia pter id, qđ ista non
probatur cum qualitate requisita, nec quę-
libet sufficit, cū recens non hēatur in consi-
deratione sm Bald. cons. 118. quia plenissi-
me nu. 1. lib. 3. quia ille, qui fuit in possessio-
57 ne notariatus longo tpe gerendo se pro ta-
li, præsumitur talis. Ias. in l. qui aliena, ff. de
acq. hær. nu. 40. Gab. de prob. concl. 8. n. 24.
& Paseth. cons. 164. pro resolutione, vbi te-
* statur de magis* cōi. Secus si pro minori tē-
pore, quàm decem annorū Affl. decis. 251.
determinatum fuit num. 4. non apparet ali
quid ex quo possit ad ea inferri, nēpe, quod
multa gesserit publice, & cum pluribus per
sonis, & quod pro ipso militaret forma pu-
58 blica, nā ex his facile probatur habilitas per
sonæ, vt de primo probat tex. in l. 1. C. ad ma
ced. & declarat Ang. in §. Item si. col. 10. in
princ. nu.... Instit. de except. De secundo in
l. solennitas, C. de fid. instrum. vt per Vant.
de nullita. in rub. qualit. sent. & process. qui
dicūt nul. repar. poss. n. 39. to. 4. fo. 422. à ter.
59 Vbi etiam allegat doctores docentes ar-
ticulare dictam quasi possessionem, qui vi-
deri possunt, quod debet intelligi, vbi scili-
60 cet interuenit auctoritas superioris per ea,
quæ dicit Bart. in l. Barbarius, num. 5. & 7. in
sec. lect. Secus in his, quæ sui natura non de
siderant auctoritatem superioris, vt per eū-
dem Barto. vbi supra nume. 5. in versiculo
solue ibi.
61 Vlterius dicitur, quod cū ipse, qui se ges-
sit pro habili sciens se nullā funditus habe-
re auctoritatem similia conficiendi instru-
menta dicatur in mala fide, quod nō iuuat
quasi possessio de qua supra, vt in terminis
decidit Barto. in dicta l. Barbarius, nume. 8.
62 & vbi probaretur no releuaret, quia dona-
tionis instrumentum, in quo interuenit di-
ctus notarius, in quo nō verificatur illa qua
litas quod sit de dicta cōfraternitate, & col-
legio iudicum, & notariorum ciuitatis Re-
chanetensis ad formam dicti statuti non va
let, vt probat ad litteram tex. in l. actuarios,
C. de numer. & actua. lib. 12. ibi (Profecto ir-
ritis his, quæ vetita contrectauerint, etiā cō-
gn. iam indignationem incurrāt) tanquam
63 factus ab eo, qui se intromisit, & inuasit si-
cut Tirannus. Bart. in l. Barbarius, nu. 4. Ra-
tio est secundum eundem nu. 8. qui in spe-
64 cie loquitur de illo, qui se gessit pro nota-
rio, quia non solum adest defectus formæ,
sed falsitas ob quam talis se gerens pro ha-
bili tenetur partibus ad interesse, Bart. in l.
generali, n. 6. C. de tabell. scrib. lib. 10. quem
sequitur Io. de Anan. in c. si aduersus, n. n. 6.
65 cum deficiat fundamentum, sine quo om-
nia, quæ supra ædificantur corruunt.

Non obstat quartum obiectum dum di-
cebatur dictū notarium se exercuisse corā
magistratu Dominorū Priorum tanquam
talem, & sic, quod eius persona dicatur ap-
probata per allegat. cons. Bal. 119. lib. 3. præ-
cipuè, cum negatio dictæ qualitatis tanquā
serotina, & post conclusum in causa videa-
tur inammissibilis, vel saltē talis, quod po-
test aduersus eam probari.
66 Nam, quo ad prætensam approbationē.
Respondetur, Bald. loco citato loqui de
eo, qui fecit aliquas scripturas ī iudicio nul-
lo iure repugnante, quod non est in casu
67 præsenti, in quo insinuatio facta corā Prio-
ribus ad alium effectum nempe ad seruan-
dam formā statuti Rechanetensis non po-
68 test operari vltra intentionem, & tāto ma-
gis coram magistratu non habente iuris-
dictionem, prout est ille dictorum Domi-
norum Priorū, per ea quæ tradit Rom. cōs.
501. vt declarationē n. 8. & seq. adest. n. ordi
narij loci, nēpe Pretor ciuitatis, & iudex su
premus Prouinciæ nūcupatus Gubernator,
qui

qui præest etiam dictæ ciuitati.
Secundo Respondetur, quod Baldus loquitur, quo ad faciẽdam præsumptionem,
non quo ad veram probationem, quæ præsumptio remanet sublata in casu isto, in
69 quo constat dictum notarium tempore
confecti instrumenti donationis non esse
descriptum in libro, & matricula notariorum dictæ Confraternitatis, & collegij, vt
infra demonstrabitur, quo fit, vt cesset non
solum omnis præsumptio, quæ pro ipso allegari potest, sed quod vere dicatur non esse talem, nam sicut probaretur talis si in ea
reperiretur scriptus, ita dicitur non esse talis vbi in ea scriptus non reperitur, nam ma
70 tricula adeo probat in ea descriptos esse de
collegio, vt faciat haberi pro priuatis eos,
qui nõ sunt in ea scripti secundum Accurs.
in l. eos, C. de offic. magistr. milit. in l. matriculam, C. de agent. in re lib. 12. & in l. scinarios, C. de testamen. milita. & in l. petitionem, C. de aduocat. diuers. iudic. Masca.
de probat. conclus. 1033. nume. 1. lib. 2. fol.
366. & addit. ad Alex. cons. 138. opportunè
consideratis lib. 1. in verbo tabellionatus.
Quo ad illud de allegatione, seu negatione dictæ qualitatis, tanquam Serotinæ,
& post conclusum in causa, quo casu dicitur inammissibilis, vel saltem quod recipit
probationem in contrarium.
Respondetur, aliud apparere ex exceptionibus datis pro parte dicti Antonij Angeli de Belforte, in quibus opponitur non
solum de simulatione, & quod donatio
fuit facta in fraudem creditorum, sed allegãtur omnes, & singulæ exceptiones, tam
contra statutum, quam contra dictum instrumentum quomodolibet competentes
ex forma iuris, & statutorum, & constitutionum, vt late in processu, fol. 16.
71 Quæ, etsi generales sint sufficiunt, cum
non fuerit aduersus eam replicatum, & op
72 positum, quia etiam generalis libellus admittitur contra non excipientem, vt post
Felv. in capitulo pastoralis de exceptio. nu.
14. Corn. cons. 55. visis, & diligenter num.
27. volum. 3. Ruy. cons. 119. videretur fortassis, nume. 15. volum. 5. latè Paris. consil. 67.
capitulum de quo nume. 2. volum. 4. tradit
pract. capit. in titu. de iur. product. nume.
14. lib. 2. fol. 67. præsertim, cum in eis fuerit
facta mentio omnium, & singularum exceptionum, tam cõtra statuta, quã contra dictum instrumentum quomodolibet cõpetentes, vt in fortioribus terminis nempe de
opponente generalia contradicit Granat.
theorem. 20. Producens instrumentum, n.
23. & facit Caput aquen. decis. 330. executio sententiæ, num. 4. fol. 46. part. 1.
Imò cum fuerit opposita simulatio, quæ
non potest trahi nisi ex eo, quod dictus notarius non est de confraternitate ad formã
dicti statuti disponentis instrumenta donationis facta à notarijs dictã qualitatem non
73 habentibus haberi pro non veris, cũ illud,
quod nõ est verum possit dici simulatum,
74 hmõi causà simulationis debet haberi pro
expressa, cum alia assignari nõ possit saltẽ,
quod subsistat. Alex. cons. 100. visa parte testamenti, nu. 8. lib. 4. Aym. cons. 201. præsupponitur, nu. 28. & cons. 118. In hac cã, nu. 8.
Becc. cons. 62. quod constitutio Regia, n. 10.
Dec. cons. 15. Pro tenui facultate, num. 2. in
vers. respondet, & in cõs. 372. visis & diligẽter n. 5. & 6. Petr. Gerard. sing. 7. quando rubrica nu. 6. Pedem. decis. 22. quoniã ex actis
causæ, n. 8. & facit, quod in simili dicitur de
dispositione generali, quæ qñ in vno tantũ
põt verificari, hẽtur pro speciali, ac si ille casus esset expssus, l. 2. ff. de lib. & posth. l. fundus qui locat. ff. de fund. instruct. Crau. cõs.
294. verba trãsactionis, n. 3. in vers. qa dispositio fo. 620. & Oldr. cons. 300. factũ tale est.
76 Et quod dicta exceptio debeat hẽri pro
expressa, & nominata patet, quia vbi aliquid
nominatim aut in iudicio exprimi dẽt, si ad
sunt verba, quæ nihil operarẽtur, nisi trahũtur ad illud, perinde est, ac si nominatim, &
in specie illud expræssum esset. Dec. cõs. 27.
Pro virili mea facultate, col. 2. Crau. d. cons.
294. nu. 7. vers. & pro his optime fo. 623. sed
in casu isto verba dictarum exceptionum
nihil operarentur si non diceretur specialiter compræhensa exceptio simulationis resultans ex dicto statuto. ergo.
Secundo Respondetur, quod cũ d. exceptio, quod dictus donatarius non sit de cõfraternitate, & collegio pdicto ad formã statuti fuerit vltimo loco opposita, nõ põt dici
77 ommissa, agitur. n. de exceptione tangente
defectũ consensus, & habilitatis psonę, quę
qñcũq; opponi põt. Galles. ad formul. cam.
oblig. q. 3. n. 61. fo. 31. facit Ias. in l. licet, C. de
por cur. n. 7. & 8. & ibi Franc. Aret. n. 4. vers.
78 nunc opponi põt, et post conclusum in cã,
vt in terminis exceptionis falsi procur. dicit
Ias. vbi sup. n. 2. & vbi non possit opponi po
79 terit saltem iudex supplere. arg. eorũ, quæ
dicit Franc. Aret. in d. l. licet in fi. alleg. gl. no
tab. in c. 1. de elect. lib. 6. in verbo impugnat,
dũ dicit, qđ si pars nõ excipit de defectu mã
80 dati põt iudex opponere ne iudiciũ reddatur elusorium, licet id facere non teneatur
postquam pars non facit, vt in terminis de
instrumento notarij, contra quod non fuit
oppositum dicit Bellamerin. decis. 540.

si pars non opponit contra in rubr. de fid. instrum.fo.254. nam vbi pars non opponit contra instrumentum dicitur approbare. Aym.consi.150.in causa benefic.nume.2.p.1.Mascard.de probat.conclus.1092. nume.5.lib.2.fol.423.

Qua oppositione præsupposita intrat illa
82 cõclusio,quod negans, ea quæ sunt de necessitate actus non tenetur probare.Hercu. de proban.negat.num.100.tom.4. fol. 18.

Quod transire videtur absque aliqua du-
83 bitatione,cum dictus opponens,& negans habeat præsumptionem pro se resultãtem ex copia matriculæ, de qua infra, nã etiam vbi neganti incumberet onus probandi,id intelligitur, nisi negãs habeat præsumptionem pro se. Herculan. vbi supra, nume.44. fol. 16.

Et sic non potest dici Serotina, nec post conclusum in causa, vel saltem talis, quod possit aduersus eam probari.

84 Nam licet ex magna æquitate possint admitti articuli, & testes etiam post conclusum in causa, vt dicunt Menoch. de arbitr. q.35.Quæro trigesimo quinto,nu.22.lib.1. & alij citati per Mascar. de probat.conclus. 1229. nume.19.lib.4.fol.193.Id non procedit in casu, de quo agitur, in quo si bene cõ
85 siderantur capitula super quibus petitur examinari, fides testium inductorum,& copia libri matriculę de qua in actis nulla ęquitas,nec aliqua causa, quæ ad id mouere debeat considerari potest; præcipue, quod ex eis resultat magna præsumptio contra ipsũ petentem examinari post cõclusum in causa,quo casu recipi non possunt. Bellamer. decis.55. Conclusio etiam facta in rubri. de iudic.quia testes in dicta fide dicunt medio eorum iuramento, quod dictus notarius fuit matriculatus, licet in libro non sit descriptus, eo quia liber erat ammissus, & in articulis intenditur probari, quod Doctores anni 1562. vsq; ad annum 1550. admissi in dicto collegio iudicũ, & notariorum non potuerunt describi in dicto libro, aut matricula, in qua consueuerunt describi, quia erat amissus, nam si fuit matriculatus,vt dicunt testes,liber matriculę non poterat dici amissus, vt articulatur, nam descriptio seu matriculatio consueuit fieri in dicto libro, si non fuit matriculatus,suspecta, & periculosa est admissio dd. testium, & capitulorum, maxime, quod sponte, & non vocati fecerunt dictam fidem, vt legitur in ea, & tanto magis quia constat ex dicto libro confraternitatis de anno 1594. sub die 20. Augusti,non autem de tempore ar-
86 ticulato, & sic, nec dicti testes probant tanquam sua sponte deponentes, vt scribit gl. & Bar. in l.post legatum,§.his quibus vt indign.Ruyn.consi.146. Magnifice,ac clarissime,nu.1.lib.5.Mars. consil.2. Altissimum refugium,num.41. & consil.12. Cor mundum,num.8.& sing. 140. testis qui offerret se Neuizan. consil. 25. quoniam saluos facit, num. 17. Menoch. de arbitrar. cas.474. non prætereo hic numero 57. fol.111.nisi essent fide digni. Tiraq.in suo trac.de pœn. temp. nu.132.fol.450.

87 Nec talis matriculatio prodest: quia quã do qualitas certo tempore requiritur, debet probari, quod tempore limitato interuenerit,lex enim vbi ponderat qualitatem, illa est de substantia probationis.Nouell.in suo tractat. ad defens. in titu. de excus. à reo facien.numero 27.to.11.fol.229.

88 Quare cum in ipso actu probari debeat. Bero. cons. 29. Seruato ordine dubiorum, numero 6.lib.2. non sufficit quod superuenetit ex post facto. Bero. cons. 167. diligenter consideratis,numero sexto, co. lib.2.& sic,quod modo sit de confraternitate,cum non esset tempore rogitus dictæ donationis.

89 Prout nec facit, quod vltimo loco in eodem obiecto tangebatur, nam qualitas requisita etiam parte non opponente probãda est,quando agitur de principio intrinseco, ex quo oritur actio,vt post Zaba.cõs.72. sigillatim ad singula dub.5.nume.11.Paris. consil.16.si attendimus, num. 21. 22.& 23. lib.1.dixit Decian. cons. 24. quæritur ergo, num.53.lib.1.fol.410. & cons. 37. quæritur ergo ex præmissa, nu. 64. lib.3. fol.245. post Baldum consil. 374. quæritur vtrum captura num.3. lib.4. fol.61. & Dec. cons.61. pro tenui,num.1.fol.69.à tergo Bec. consil. 75. Remedium canonis reintegrandæ,num.6. fol.135.Angel.de Cambilio cons.81. in themate,num.34.fo.313.Pedemon. decis.108. Cæsar de Albertis,numero 8.& 9. & Ludouic.decis. Lucan. 2. Reuerendus nume.11. fol.14.quod intelligo vbi quis non haberet iuris præsumptionẽ pro se.Veronens.caut. 118.quis nume.2. fol.38.& vbi opinio contraria verior esset, non esset ita simpliciter intelligenda,sed vbi esset saltem facta fides summatim, quod ille talis, qui agit vt hæres,esset talis,secus vbi de hoc nihil penitus appareret, vt considerauit Bald. in d. consi. 374. num.3. lib.3. & etiam sensit Bec. loco citato.

90 Non obstat quintum obiectum dum dicebatur valere, quod gestum est, à dicto notario ex eo saltem, quod fuit toleratus, & toleratur per dictam Aleg.Lapi.89.n.11.

nam

nam præter id quod debet intelligi ſecundum diſpoſitionem capitulo nonne 8. q. 4. per ipſum allegat, in quo præſupponitur habilitas, & titulus Prælati, qui aliud geſſit, prout quoq; præſupponitur in iuribus per eandem allegatis, nu. 13. quæ habilitas non adeſt in præſenti ſpecie, non probatur aliqua toleratio, quæ cum ſit facti non præſumitur.

Nõ obſtat ſextum, & vltimum obiectũ, dum creditur pluralitatem notariorum in ſingularitatem reduci poſſe ſaltem ex ui illius dictionis (ſeu) poſitæ in præfato ſtatuto, quæ eſt diſiunctiuą.

91 Nam reſpondetur, quod pluralitas non poteſt reduci in ſingularitatem, quando fit contra mentem alicuius diſpoſitionis, vt poſt Bald. & Salyc. in l. quamuis, C. de impub. & alijs ſubſtitu. gloſſ. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig. in princ. Bald. in l. pen. in primo nota. C. de impub. dicit Marian. Socc. conſil. 43. viſa prouiſione facta, nu. 11. lib. 1. Sed in caſu iſto reſoluendo pluralitatem in ſingularitatem deſtrueretur diſpoſitio dicti ſtatuti Rechanetenſis rubr. 43. de inſtr. dona. in quo ſpecialiter cauetur, quod inſtrumenta donationis ſint, & eſſe debeãt ſcripta, & publicata manu notarij ſeu notariorum, qui ſint de collegio, & fraternitate

92 iudicũ, & notariorum de Recaneto, quia dictio ſeu in eo poſita ſtat ampliatiue, non autem diſiunctiuè, vt idem ſtatutũ in ſubſequentibus verbis declarat dũ dicit (quod ipſis inſtrumẽtis, ſeu contractibus ipſorum inſtrumentorum interſit, & intereſſe debeant duo notarij, qui ſint de dicto Collegio, ſeu fraternitate, aliter dicta inſtrumenta, ſeu inſtrumentum non valeat), & obſeruantia ſubſecuta comprobat manifeſtè.

Nec mirum, nam etiam de iure communi dictio ſeu, quæ eſt diſiunctiua ampliandi gratia ponitur, vt ad literam probat text. in l. ſi quis ita legauerit, ff. de aur. & argent. legat. l. generali vbi Bart. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Curt. iun. in l. precibus, nume. 47. C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi dicit quod dictio ſeu diſtinguit verba, ſed ſenſum cõiungit, & habet vim copulæ, dicta l. ſi quis. ita Bertrand. conſi. 141...... numero 8. & conſ. 181. ..... numero ſeptimo, lib. 1. Cremens. ſing. 57. lego digeſtum Alciat. in l. ſæpe verſic. at cum ff. de verb. ſignific. num.... cum cæteris citatis per Couarru. pract. q. cap. 5. lib. 2. num. 10. fol. 130. & ſeq. vbi hanc ſecundum Socc. in l. ſi quis ducenta, §. vtrum 6. opp. ff. de reb. dub. col. 2. nume... dicit eſſe * communem * præcipue vbi agitur de materia fauorabili prout hic, vbi ſtatutum diſponit, vt ſupra ad euitandas fraudes, vt clarè demonſtrant illa verba poſita in principio dicti ſtatuti ibi (Materia ſuſpitionis, & falſitatis tollere volentes, quæ ſæpe ſæpius fieri cõtingit in donationibus inter viuos) Quo caſu dictio ſeu ſtat ampliatiue, vt dicit Alex. conſ. 193. ex themate nume. 4. lib. 2.

93 quia, vt ibi in fauorabilibus non ſtricta ſed ampla ſit interpretatio.

Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

DECISIO XXII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Marchia caput 24. lib. 6. de celebratione feſtiuitatum quomodo ſit intelligenda.

SVMMARIVM.

Gloſſæ Ceruoti non admittuntur, nume. 1.
Informari an poſſit diebus feſtiuis, num. 2.
Pœna patrocinantium diebus feſtiuis, quæ ſit numero 3.
Conſtitutio Marchiæ dict. capitu. 23. lib. 6. generaliter, prout loquitur ſemper fuit intellecta, & obſeruata, nume. 4.
Peccat mortaliter, qui audit litigantes diebus feſtiuis, num. 5. fallit num. 6.
Auaritia eſt omnium malorum radix, num. 7.
Lex an tollatur per non vſum, nu. 8.
Dierum feſtiuorum tempus Deo tribuendum eſt, numero 9.

DECISIO XXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

GLoſſa quędam, ſeu potius abuſus eorum, qui dicebant Conſtitutionem Marchiæ cap. 13. lib. 6. fol. 394. de celebrat. feſtiuitatum, & regiſtris fiendis debere ĩtelligi ſolum, quo ad exercitium actorum, nõ autem, quo ad informãtes in cauſis occurrentibus diebus feſtiuis in

dicta constitutione specificatis per Domi-
1 nos non fuit admissa, quia videbatur similis glossis, quas facere solebat Ceruotius Accursij filius, cuius post Imol. in l. Modestinus, nu.... ff. de solut. meminit Cagno. in l. singularia, ff. si cert. petat. numero 61. lib. 1. fol. 323. vt melius apparet ex verbis dictæ
2 Constitutionis, quæ comprehendunt omnes casus, præter tres ibi limitatos, & præcipuè informantes, etiam absque actorum confectione, vt comprehenditur ex illis verbis in eadem constitutione positis dum dicitur.

(Item quod nullus aduocatus, procurator, seu alter quispiam curialis, seu prouincialis pro altero in aliqua causa ciuili, vel criminali iudicialiter, vel extra, verbo, vel in scriptis aduocationem, vel procurationem audeat, vel præsumat præstare alicui, vel extraiudicialiter intercessionem præbere, vnde quomodocunque, vel qualitercunque directe, vel indirecte aliquod pecuniarum commodum emolumentũ consequi posse speret coram ipso Rectore Prouinciæ, & eius ius dicentibus, nec coram Domino Thesaurario, vel alijs iurisdictionem ali-
3 quam in curia exercentibus sub pœna excommunicationis, & duorum aureorum pro quolibet, & qualibet vice, qua contra factum fuerit.)

4 Sed generaliter prout loquitur semper
5 intellecta, & obseruata fuit, nam si inspecto iure cõmuni peccat mortaliter iudex, qui audit litigantes diebus festiuis, capitulo fi.
6 de fer. nisi ex misericordia, vel necessitate, secus factum fuerit, vt per Nauar. in suo Manual. confess. de 3. præcept. decalo. cap. 13. numero 3. fol. 163. & Ludouic. Lopez in suo instructori conscientiæ in capitulo 52. de obseruat. festorum in vers. non licet iud. fol. 168. vbi dicunt excusari iudices Rusticorum, qui diebus festis ius dicunt Rusticis. Quanto magis id est affirmandum stante dicta constitutione imponente pœnam excommunicationis, & pecuniarum.

Vnde male faciunt Aduocati, Procuratores, & Notarij, qui & si sciant constitutionis præfatæ dispositionem, prout scire
7 tenentur contra eam sæpe bonorum pace non sine scandalo, ob auaritiam, quę omnium malorum est radix, tẽtare audent, & quandoque aliquid extorquent, præcipue in initio nouorum Auditorum, & officialium, asserendo sæpe dictam constitutionem non esse in vsu, & quod non est peccatum instruere, seu informare iudicem verbo, aut in scriptis, etiam ob pecuniam, per ea quæ in terminis tradit Nauar. vbi supra, num. 12. fol. 163. nam præter id, quod con-
8 stitutio præfata ita omnia excludit, & lex non tollitur per non vsum, sed per contrarium vsum. Felyn. in cap. treguas, num. 10. de tregu. & pac. obtentum in contradictorio iudicio, vt dicit Alexan. consil. 132. visa facti narratione, num. 4. lib. 1. quia, vt inquit Roc. Curt. in suo tractat. da statu. sectio. 7. num. 26. to. 2. fo. 369. Vsus non derogat legi, nec inducit consuetudinem, de qua minime constat.

Et certè, quod magna auiditas lucri, ne dicam inreuerentia, & iniquitas videtur eorum, qui dum possunt sine peccato, & proprio damno, congruo tempore sua iura deducere, quod bene aduertit constitutio præfata in limitatione dictorum casuum, id differunt in diebus festiuis, contra textum apertum in l. dies festos, C. de fer. in
9 quibus tempus diuino cultui consecratum Deo tribuendum est. Gaieta. in Summ. in verbo In festo licita, & Ioan. Baptist. Perusin, in suo tract. de arbitr. cap. 10. versiculo & quia tom. 3. fol. 284.

10 Quibus stantibus licet petita fuerit moderatio dictæ constitutionis præcipuè in hoc felicissimo aduentu Sanctissimi Clementis Papæ VIII. Pontificis Maximi qui fuit Lunæ 19. Aprilis 1598. adhuc tamen non fuit, quod viderim obtenta.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem, an fieri debeat ante refectionem melioramentorum.

SVMMARIVM.

Executio retardari non debet occasione melioramentorum non liquidorum maxime data cautione, numero 1.

Melioramenta, qui facit, an habeat pro eis retentionem, num. 2.

Pignori incumbere melius est, quàm habere fideiussorem obligatum, num. 3.

Tempus

Tempus ad liquidandum melioramenta, an detur antequam fuit immissio in possessionem rei melioratę, num. 4.

Melioramenta secundum quod tempus solui debeant, num. 5.

Executio retardatur, quando melioramenta possunt liquidari etiam data fideiussione, nume. 6.

Compensatio opponi potest, quando agitur de re liquida, vel quæ facile liquidari potest, num. 7.

Paria sunt aliquid esse liquidum, vel de breui liquidādum, num. 8.

DECISIO XXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

SVper proposita difficultate pars affirmatiua ad fauorem Federici de Archangelis, contra Gabrielā Ferrettam videbatur sequenda.

1 Quia prætextu meliorameutorum non liquidorum, non debet retardari executio. l. 4. §. 1. & §. seq. ff. de re iudicat. Alciat. cons. 63. testatoris inspecta, num. 14. to. 3. lib. 9. fol. 287.

Præsertim data cautione per ea quæ tradit Put. decis. 471. die 15. Octobris lib. 2. nu. 1. & 5. fol. 503. Rot. Bonon. decis. 77. Capta fuit num. 3. fol. 125.

Licet Domini communiter aliud censuerit, nam & si clarū satis videatur, quod
2 faciens melioramenta habet retentionem rei, donec illa sibi soluantur, l. si in area, ff. de cond. indeb. l. Paulus, ff. de dol. except. l. qua ratione, §. habet, ff. de acquir. rer. dom. cum notat. per gloss. & Doctor. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. indebit. Afflict. decis. 87. magnum est dubium nu. 5. fol. 60. Capic. decis. 17. in causa Reuerendissimi Cardinalis de Sancto Seuerino, nu. 7. fol. 20. etiam si sint in liquida, vt ibi. Negus. in suo tract. de pignor. 5. memb. 5. par. princ. num. 20. to. 6. part. 1. fo. 439. Ludouic. decis. 7. in istis causis sindicatus numer. 19. fol. 47. Cuman. cons. 57. monasterium iure locationis nume. 5. qui hanc partem tutiorem, & ęquiorem appellat. Dec. cons. 518. viso instrumento, nu. 2. vbi testatur de com
* muni*, & Decian. cons. 29. circa primum, num. 5. fol. 234. & cons. 58. quæritur nu. 67. in fi. lib. 2. fol. 453. Borgn. decis. 28. aduertendum esse, n. 5. & seq. fo. 404. & decis. 44. Canomichinus Volteranus numo. 66. p. 1. fol. 646. ne tamen perpetuo huiusmodi prętex
3 tu retardaretur præfata executio, cum melius, ac tutius sit incumbere pignori, quàm habere fideiussorem obligatum, §. furti autem actio instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. & l. plus cautionis, ff. de reg. iur. patran. de proban. cap. 66. nu. 1. 38. lib. 1. fo. 251. assignauerūt d. D. Gabriellæ tempus vnius
4 mensis ad liquidandum prætensa melioramenta, quo elapso solutis illis secundū tem
5 pus liquidationis iuxta tradita per text. in l. domos 61. ff. de legat. 1. Cephal. cons. 311. scripsi annis elapsis n. 93. lib. 3. Rol. cons. 28.

Quoniam nemini dubium, nu. 14. lib. 1. Gayl. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 121. filius hæreditatem, nu. 12. fo. 238. qui testatur
* de communi* & Thesaur. decis. 251. meliorarnentorum extimatio nu. 2. fol. 210. Borgnin. d. decis. 44. Canonichinus Vulteranus num. 62. & seq. par. 1. fol. 646. mandauerunt dictum Federicum de Archangelis immitti in possessionem dictorum bonorum ad instar eius, quod censuit Rota per Put. dict. decis. 471. die 15. Octobris in causa Parmēs. in fi. lib. 2. fol. 503.

Non obstat dum dicebatur, quod prætextu dictorum melioramentorum non liquidorum non debet retardari executio, præsertim data fideiussione.

6 Quia quando melioramenta possunt liquidari, vt in casu isto, quod relinquitur arbitrio iudicis secundum Bal. cons. 309. quæritur vtrum in fi. lib. 2. potest retardari executio, vt in terminis terminantibus dicit Borgnin. dicta decis. 44. num. 67. part. 1. fol.
7 647. quia potest opponi compensatio, quādo agitur de re liquida, vel quæ facile potest liquidari. Bald. in cons. 99. Pactum tale est, nu. 3. lib. 2. & Fab. de Anna cons. 62. ex infrascriptis, num. 5. fo. 107. cum paria sint aliquid esse liquidum, vel de breui liquidādum, l. fin. cum ibi nota, C. de compensat. Capicc. decis. 48. in causa magnificæ Camillæ, num. 3. fol. 45. & Galles. ad form. Camer. obligat. in summ. de vi instrumento oblig. camer. numero 6. fol. 110. & Contard. in l. vnica, C. si de mom. poss. quæst. 24.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXIIII.

FIRMANA.

ARGVMENTVM.

Res quando est apud aliquem sine causa, qua actio competat, an debeatur interesse, & à quo die.

SVMMARIVM.

Mutuum quando præsumatur num. 1. & 29.
Interesse an debeat probari ante sententiam nume. 2. & 22.
Valor quomodo probetur, num. 3.
Producens an dicatur fateri, & quid si protestetur, num. 4.
Interesse oritur ex mora, num. 5.
Mora æquiperatur dolo, num. 6.
Quod semel placuit amplius displicere non potest, num. 7.
Contractus ab initio sunt voluntatis ex post facto necessitatis, num. 8.
Traditio præsumitur facta ex causa præcedenti, numero 9.
Verisimile habetur pro expresso, num. 10.
Soluens creditori, nihil ab eo recipere potest, nu. 11.
Interest nostra potius non soluere, quam solutum repetere, num. 12.
Liquidatio interesse an possit fieri in executione, numero 13.
Victus Victori condemnatur in expensis, num. 14.
Libri Gabellæ plene probant, num. 15.
Res mea si peruenit ad aliquem, qua actione debeat restitui, num. 16.
Interesse quanti pluris succedit loco rei, & debetur ex mora, num. 17.
Interpellatio quid operetur d. num. 17. in fi.
Interesse an debeatur, à die petitionis, vel litis contestatæ, num. 18.
Petitio dupliciter sumitur, nume. 19.
Litis contestatio an requiratur ad hoc, vt quis teneatur ad interesse, num. 20.
Interesse à quo die debeatur, nu. 21.
Testis vnicus probat contra producentem, nu. 23.
Interesse an possit liquidari in executione, nu. 24.
Aequitas non scripta, non facit recedere, à iure scripto, num. 25.
Beneficia non conferuntur in inuitum, nume. 26.
Exceptionem habere, & nolle vti, idem est, quod non habere, num. 27.
Causa, quando dicatur reducta ad non causam, numero 28.
Metus semel illatus an præsumatur perseuerare, numero 29.
Paria sunt compelli, vel scire se compelli, nu. 30.
Coacte quando dicatur aliquid factum, nu. 31.
Metus ordinatus ad executionem iustitiæ, non dicitur metus, num. 32.
Metu laudabili quod fit, non rescinditur, nu. 33.
Protestatio conseruat iura ambarum partium, numero 34.
Facta pro infectis haberi non possunt, nu. 35.
Exigere, & non soluere, an conueniat, num. 36.
Protestatio contraria facto, nihil operatur, nu. 37.
Protestatio contraria facta, an releuet ex tacito consensu, num. 38.
Soluere sponte non dicitur, qui potest compelli, numero 39.
Voluntas coacta dicitur voluntas, num. 40.
Voluntas libera in actu spontaneo requiritur, numero 41.
Voluntatis esse est, quod sit libera, num. 42.
Iurisdictio per voluntatem coactam an possit prorogari d. num. 42.
Negatio an impediat compensationem, num. 43.
Compensatio, quid sit, num. 44.
Exceptio per malitiam in prima causa non opposita, an possit opponi in causa appellationis, num. 45.
Exceptio an possit opponi post litem contestatam, numero 46.
Negligentia, quando aliquid ommittitur, an possit suppleri, num. 47.
Compensationis exceptio debet in specie allegari, numero 48.
Dubius est litis euentus, num. 49.
Compensatio non fit de liquido, ad non liquidum, numero 50.

DECISIO XXIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Qvod sententia Domini iudicis, à quo lata ad fauorem Florelli de Florellis contra Antonium Mariam Azzolinum sit reuocanda ex pluribus deducebatur.

Primo quia obstat defectus non probatæ intentionis, tam circa prætensam pro parte. D. Florelli mutuationem salmarum tresdecim Olei factam dicto Domino Antonio

tonio Mariæ Azzolino, quam quo ad præ-
tensum interesse dicti olei ad rationē quan
ti plurimi, quantum enim attinet ad dictū
mutuum, nec aliquis est testium, qui de eo
loquatur, nec est probatum saltem sufficiē
ter de prætensa quantitate salmarum tres-
1 decim olei, ex qua saltem possit recurri ad
præsumptum mutuū, de quo loquitur Ro-
ta Genuens. decis. 72. iudicamus, nu. 2. fol.
145. à tergo.

Quo verò ad præfatum interesse idem
2 pariter videtur affirmandum cum liquida-
tum non appareat iuxta tradita per Rolan.
cons. 30. viso processu inquisitionali, nu. 20.
lib. 2. fol. 65. dicentem interesse probari de-
bere antequam feratur sententia, etiam stā
te asserta fide pro parte Florelli producta, à
quatuor subscripta, & recognita, in qua di-
citur, *che l'oglio del mese di Luglio, & Agosto del
l'anno 1592. valse scudi nouantacinque il miglia-
ro, chiaro, giallo, & spacciato, & condotto al porto
di Fermo, & che per tanto da essi si è compro, &
venduto.* quia præter id, quod fides regulari-
ter non facit fidem dicti in ea subscripti, ēt
3 vbi formiter id deposuissent, nihil probāt,
cum non dicant aliquid de communi valo
re, quod vendi potuisset dictum oleum Ca
gno. in l. 2. C. de rescinden. vendition. num.
233. ī vers. quia res lib. 2. Rodo. de reb. eccl.
non alienan. q. 20. nu. 145. Boer. decis. 68. di-
co male fuisse iudicatum num. 6. & ita me
referente fuit conclusum per Rot. Genuē-
sem in causa hęredum quon. Iacobi Cirelli
contra hæredes Antonij Rofidelli, & alios
litis consortes die 1. Februarij 1588. qui de-
fectus præter id, quod videtur magnus coa
diuuatur, etiam ex alio capite, nempe ęqui-
tate, quę non suadet, dictum oleum solui
debere ad dictam rationem quāti plurimi,
cum ab initio nō videatur traditum animo
relabendi ad rationem quanti plurimi, sed
ad hoc, vt iuxta extimationē illius tempo-
ris excomputaretur cum frumento habi-
to per dictū Florellum ab ipso Azzolino,
vt dicit Ottinellus testis dicti Florelli, qui li-
cet non plene probet contra dictum Azzo
linum, probat tamen contra ipsum Florel-
4 lum producētem, cum producens dicatur
fateri vera esse omnia quæ in re producta
continentur. Ias. in l. certi condictio, §. si nū
mos, num. 39. ff. si cert. petat. & Felyn. in ca.
cum venerabilis, nu. 23. de except. etiam si
protestatus fuisset in parte, & partibus pro
se facientibus producere, vt dicit idem Ias.
in dicto §. si nummos n. 39. & tanto magis
quia ex præmissis non videtur posse consi-
derari aliqua mora, ex qua oritur interesse,
vt dicunt Doct. in l. vinum, ff. si cert. petat.
& Bāld. colum. 2, in vers. sed in re iam solu
6 ta, cum non possit dici morosus ille, qui ali
qua exceptione, seu excusatione se tueri po
test Rot. Lucan. per Magon. decis. 69. Per
obitum, num. 14. & 21. in qua allegatur tex.
in l. sciendum, ff. de vsut. de quo etiam me-
minit Alberg. in suo dictiona. in verbo mo
ra non admittatur l. quod te in fi. ff. si cert.
pet. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. ca-
su 220. nu. 46. & seq. & farit Rim. sen. cons.
72. videretur prima facie, nu. 13. lib. 1. præci
pue cum præter id, quod quælibet causa, vt
inquit idem nu. 7. excusat à mora, quæ an
adsit facile potest colligi infra in tertio fun
7 damento, & ex præmissis, quod ab initio se
mel dicto Florello placuit nō potest displi-
cere, per illam vulgatam regulam, quod se-
mel placuit, maxime ad damnum tertij, &
8 in cōtractibus, qui licet ab initio sint volun
tatis, ex post facto sunt necessitatis.

Secūdo quia videtur omnis pręsumptio
mutui penitus exclusa non solum per sæpe
dictam depositionem Fabij Ottinelli testis
dicti Florelli, de qua supra, qui alternatiuè
deponit de salmis decem, aut duodecim
olei, & sic contra producentem, qui præ-
tendit consequi salmas tresdecim olei, sed
etiam quia tempore traditionis olei, vt asse
ritur factæ dicto Azzolino dictus Florellus
erat debitor dicti Azzolini, propter granū
antea consignatum, vt ex actis cōstat, quod
debitum facit magis pręsumere traditionē
fuisse factam animo satisfaciēdi debitum,
9 & sic ex causa pręcedenti, quam mutuādi,
arg. eorum quæ tradit Mascard. de probat.
conclus. 1319. vol. 3. num. 1. fo. 312. maxime
10 cum istud sit verisimile, & verisimile ha-
beatur pro expresso, l. si Titius, §. 1. & ibi
doct. ff. de lib. & posthum. & est gl. fin. in l.
tale pactum, §. fi. ff. de pact. & sic intrat Do-
ctrina Baldi in l. si quidem, nu. 3. C. de tran-
11 sact. in qua habetur, quod si reus soluit cre-
ditori, nihil ab eo recipere potest.

Tertio, quia vbi intentio dicti Florelli es-
set fundata, adhuc idem dicendum foret,
quia cum dictus Azzolinus tempore dictæ
assertæ traditionis olei esset creditor dicti
Florelli pro certo frumento de Flor. d. 288.
& vlterius de salmis sex grani, de quibus tā
tum hodie repetitur creditor, potest retine
re dictum oleum, saltem tanquam in com
pensationem, seu solutionem sui crediti,
12 quia sua interest potius nō soluere, quàm
solutum repetere, l. 3. ff. de compensat.

Rota tamē bene viso, ac pensato proces-
su censuit, dictum Azzolinū teneri, & obli-
gatum esse ad soluendum dicto Florello
salmas tresdecim olei ad extimationem
quanti

quanti plurimi iuxta liquidationem in exe-
cutione faciēdam, per ea, quę tradit Cagn.
in l. quatenus de reg. iur. lib. 3. nu. 21. & 22.
& Bertazzol. in suis cons. ciuil. cons. 26. non
obstantib. copiosè, nu. 33. fol. 89. & expen-
14 sas, ad quas de iure victus Victori iuxt. text.
in l. properandum, §. sin autem alterutra,
vbi gl. & omnes C. de iudic. & temere, & ca
lumniose appellans condemnandus venit
iuxta tradita per Franc. in c. inter cætera de
app. n. 3. & sic respectiue, bene, & male fuis
se per Dominum iudicem, à quo iudicatū,
dum dixit dictum Azzolinum teneri ad in
teresse quāti plurimi, si non soluerit dictas
salmas 13. olei infra certū tempus de quo
in dicta sententia, quia cum ex libro gabel-
15 læ, & partitis in eo descriptis de quibus in
processu, quæ plene probant, vt post Barto.
in l. quędam. §. nummularios, ff. de edendo
nu. 3. tenet ibi Alex. nu. 2. Ias. n. 8. Mascar. de
probat. concl. 387. n. 1 & 2. & in concl. 973.
numero 39. volum. 2. vbi testatur de com-
* muni*, & Rot. Genuen. decis. 122. Vincen-
tius Bucelletius nume. 2. fol. 189. puncto in
quo partes concordarunt, testibusque pro
parte dicti Florelli examinatis colligatur,
quod dictæ salmæ tresdecim olei peruene-
runt ad dictum Azzolinum, æquum nō vi-
debatur, quod penes ipsum remanerēt sine
16 causa, sed quod ex ęquitate l. si me & Titio
17 ff. si cert. pet. seu ex officio, vt declarat ibi
Dec. numero tertio, deberent restitui actio
ne ex mutuo, vt me referente fuit iudicatū
19. Ianuarij 1588. per Rot. Genuens. in cau-
sa Io. Petri de Riccardis cōtra Catettā Ler-
cariam, & aliàs censuit ante eadem Rota
d. decis. 72. num. 2. vna cum dicto interesse
quanti plurimi, quod succedit loco rei, etiā
si momento temporis durasset. Rot. Gen.
decis. 177. nu. 4. & 8. causatum etenim con-
stat ex mora dicti Azzolini, qui non solum
semper soluere recusauit, sed voluit expe-
ctare tres sententias contra, vt concludunt
doctores in l. vinum si certum petat. nem-
pe Bart. Bald. Paul. de Castr. in princ. dictæ
legis, & Ias. nu. 7. Cagn. nu. 29. lib. 1. Rot. Ge
nuens. decis. 134. nu. 7. & dicta decis. 177. vi-
so, ac diligenter cōsiderato, n. 8. & Maran.
cons. 65. num. 6. cum simil. à die litis conte-
statæ, vt dicit Cagnol. in dicta l. vinum, nu.
52. pręsertim cum non præcesserit interpel
latio, vt dicit Paul. de Cast. in ead. l. vinum,
num. 9.

18 Nec dicatur, quod debuisset condemna
ri ad interesse, à die petitionis, vt dicit Boe.
decis. 68. nu. 5. non autem litis contestatæ.

Nam licet id alio modo euitari possit, &
pro responsione sufficiat, quod dicit Paul.
de Cast. in dicta l. vinum nume. 9. magis in
specie respondendo dicitur cum Bald. in
d. l. vinum in princ. vers. ad euidentiā, quod
petitio dupliciter sumitur, vno modo pro
ea, quæ continet formam iudicij, vt in ca-
su isto, & tunc intelligitur petitio per litis
contestationem, alio modo per interpella-
tionem factam coram iudice, vel sine iudi-
ce, nam quando contrahitur mora per in-
terpellationem, tūc ex die interpellationis
dicitur peti, & talis non est casus iste.

Secundo, quod cum dictus Azzolinus
tunc temporis potuisset probabiliter præ-
tendere se nō teneri ad restitutionem olei
petiti, eo quod erat creditor dicti Florelli
de dictis Florenis 288. & etiā prætendebat
se creditorem eiusdem de salmis sex gra-
ni, de quibus adhuc sub iudice lis est, requi
20 rebatur litis contestatio, vt dicit Bald. in di-
cta l. vinum, ff. si cert. pet. in vers. si autem
21 non contrahitur mora prope princip. quia
interesse proueniens ex mora debetur, à
die litis contestatæ. Rym. iun. cons. 653. Do
minus Isac. num. 29. lib. 6. maxime quando
agitur de magno præiudicio, vt considera-
uit quoque ibi idem Rym. num. 32.

Non obstat primum obiectum de non
probata intētione, tam quoad prætensam
mutui quantitatem, quam quo ad præten-
sum interesse quanti plurimi, quod non ap
22 paret liquidatum ante sentētiam, vt requi-
ritur iuncta æquitate, ob quam non deberi
suadetur, cum fuerit cōsignatum, vt com-
putaretur cum frumēto habito per ipsum
Florellum ab Azzolino iuxta extimationē
illius temporis, vt dicit Ottinellus testis di-
23 cti Florelli, qui contra producentem plene
probat, nō autem, vt tanquam mutuatum
restitui deberet.

Nam distinctè, & breuibus responden-
do dico intentionem mutui, & quantitatis
dicti olei esse probatam, vt supra demon-
stratum fuit, & quod potuit pronunciari
super interesse non liquidato non obstante
allegato cons. Rolan. 30. nu. 20. lib. 2. Cum
24 liquidatio circa interesse quanti plurimi
secūdum magis veram opinionem, quam
secuta fuit Rota, possit fieri in executione,
vt dicit Cagnol. in dicta l. quatenus, ff. de
reg. iur. num. 21. & 22. lib. 3. & habetur per
Afflict. decis. 87. magnum est num. 5. & per
Rot. Genuen. decis. 163. Ambrosius Taru-
fus, num. 4. & 5. & decis. 161. petit Garatius,
num. 13. fol. 216. Secundum quam die 19.
Octobris 1587. me referente in eadem Ro
ta fuit conclusum in quadam causa Claræ
vsus maris actricis ex vna, & Scipionem Fli-
scum, & alios reos conuentos ex altera, &

in

in causa Dominici & Antonij fratrum de Frittalis contra Ioannem Franciscum Abũ curatorem hæreditatis iacentis quon. Antoniæ,& Antonium Amichettum curatorem hæreditatis quon. Io. Baptistæ de Fratalis 20.Februarij 1587. præcipue cum fuerit petitum interesse incertum per doctrin. Bart.in l.quanquam,C. de sent.quæ pro eo, quod inter. in princ. & facit decis. Rot.Genuens.21.num.7. non obstante dicta æquitate,quia ob æquitatem non scriptam non receditur à iure scripto, vt probatur in l. 1. C.de legib. secundum lecturam Bart.Paul. de Cast. & Salyc. iubente dictum interesse, vt fuit demonstratum ex mora deberi.

Nec quicquam fuit dictum Ottinelli, quia licet deponat contra producentem, non tamen operatur, quod sit locus extimationi olei de qua ipse loquitur, cum id Azzolinus non acceptauerit, vt ex supradictis bene colligitur, & beneficia non con-
26 ferantur in inuitum.

Prout nec facit, quod ipse Azzolinus potuerit se à mora excusari, eo quod habebat exceptionem sui crediti aduersus dictum Florellum, vt tangitur supra in dicto obie-
27 cto, quia habere excusationem, & exceptionem, & nolle vti, paria sunt, prout videtur factum in casu isto, in quo dictus Azzolinus negauit habuisse dictas salmas tresdecim olei, postea probatas, ex qua sibi parabatur exceptio, per illam vulgatam regulam cessante causa.

Non obstat secundum obiectum dum dicebatur cessare prætensum mutuũ, quia constat de alia causa, nempe quod dictum oleum fuit consignatum pro extinctione eius quod erat creditor dictus Azzolinus ipsius Florelli, non autem pro contrahendo mutuo, quia cum Azzolinus id non ac-
28 ceptauerit, talis causa fuit redacta ad non causam, culpa, & defectu ipsius Azzolini, nam si acceptasset, vtique postea non petijsset florenos 288. & obtinuisset cõtra dictũ Florellum mandatum executiuum pro dicta summa, ob quod fuit coactus soluere,
29 & sic intrat ob defectum causæ præsumptum mutuũ, & restitutio præfata ex æquitate dictæ l.fine & Titium,ff.si cer.peta.seu ex iudicis officio vt supra dictum fuit.

Nec dicatur, quod immo sponte soluit dictus Florellus dictos florenos 288. quia cum antea depostuisset dictam summam nõ poterat dubitare de aliqua executione.

Respondetur enim, quod eodem metu mandati executiui, quo fuit factum deposi tum, eodẽ fuit facta solutio, quia paria sunt
30 compelli, & sciri esse posse compelli, l. nouissime,ff.quod fals.tut.aut.161.(quid enim si compulsus, aut metuens ne compelleretur, auctoritatem accommodauerit, nõne debebit esse excusatus? Dec.in terminis solutionis in cap.cum.m. Ferrariensis col.13. in vers. vel 2. & melius mihi fol. 27. Immo
31 ex quo fecit actum, ad quem compelli poterat, censetur fuisse coactè, & non voluntariè, vt dicit Ruyn. consil. 61.num.32.lib. 5. In lite, quem refert, & sequitur Ludoui. decis. Perus. 2. Sebastianus nu. 7.fol.5.licet
62 vt ibi numero 8.& seq. metus ordinatus ad executionem Iustitiæ non possit dici me-
33 tus, & factum ex metu laudabili nõ rescindatur, seu quod solutio fuit acceptata ab Azzolino sine præiudicio vtriusque partis, & litis pendentiæ, tam in vrbe, quàm in curia Firmana, quia pluribus modis potest responderi.

34 Primò, quod dicta protestatio conseruat iura ambarum partium, l.fin.ff. quib.mod. pign.vel hypoth. sol. gloss. in cap.plerunq; in fin.de rescript.Bart.in l.non solũ, §.morte, nume.3. ff. de nou.oper.nunc.& Franc. Marc. decis. 208. quæritur an exceptio, nu. 10.par.2.fol.219.prout quandoque facit reseruatio, vt per Bald.cons. 100.egregie, numero 1. lib. 1. Crauett.cons.29.pro clariori num.8.& cons.33.nobilis num.2. & nouissime per Rot.Lucan. decis.28. vbi concurrit identitas, in princ.fol.34. Sed non operatur, quod floreni 288. soluti habeantur, seu sint non soluti, & quod debitum præfatum extinctum sit non extinctum, quia facta pro infectis haberi non possunt. Dec.cons. 172.nu.1.in vers. quia res facti.

36 Nec quod videatur honestum dictum Azzolinum potuisse exigere dictum suum creditum absq; eo, quod solueret illud debitum, quia vt dicit Galles.in suo tracta. ad form.Camer.oblig.q.2.nume.8.fol.67.hoc non conuenit, nec iudices permittere debent, & tantum non conuenit, quod iniquos homines appellat, qui hoc faciunt.

37 Secundo quod dicta protestatio est contraria facto, & propterea, quod nihil operatur, vt in terminis casus de quo agitur concludit Mileus in suo repert. in verbo protestatio præcedens factum, dum loquitur de eo, qui protestabatur se non velle autum, & argẽtum in horreo suo recipere, nec de eis se velle teneri, tandem postea recepit, maxime quod nulla iusta causa vestitur, vt dicit ibi idem Milleus, & colligitur ex supra deductis.

38 Nec obstat tacitus cõsensus dicti Florelli, cui sæpe dicta protestatio facta fuit, per quem saltem substineri posse videtur. Anchar.

charan.consil.33.per statutum, numero 3.

Quia vt inquit Milleus in præcitato loco, tacitus consensus non sufficit, & quatenus sufficeret idem esset, quia sæpe dicta solutio per Florellum non facit facta sponte, vt
39 supra fuit tactum, cum non dicatur sponte soluere, qui ad soluendum potest compelli, vt in terminis dicit Dec. in dicto ca. cum M. Ferrariensis de constit. colum. 13. vers. 2. refert fol. 27. Paseth. cons. 111. In causa magnificorum, nume. 5. cum seq. etiam quod compulsus non fuerit. Decian. cons. 68. præsuppono primo, nume. 20. fol. 509. lib. 2. &
40 quod voluntas coacta dicatur voluntas 15. quæst. 1. cap. merito quæritur, quia licet sit
41 voluntas, non tamen est voluntas libera, quæ in actu spontaneo requiritur, vt dicit idem Dec. paulo infra in dicto capitu. cum M. Ferrariensis col. 14. versi. sed tamen his non obstantibus fol. 28. esse enim volunta-
42 tis est, quod sit libera, & quod nō possit cogi necessitate præcisa. Bart. in extrauag. ad reprimend. in verbo videtur, num. 2. fo. 81. & facit glo. in cap. notificasti 33. q. 5. & propterea inquit Iacobin. de S. Georg. in l. consensisse num. 5. ff. de indic. illa non est apta ad prorogandum iurisdictionem.

Prout nec obstat allegata doctrina Baldi in l. si quidem, C. de transact. nam licet reus soluens creditori nihil ab eo incipere possit, id non procedit vbi creditor nulla habita ratione eius, quod recepit, & sibi solutū fuit, coegit suum debitorem ad soluendū, quia de hoc casu non dicit Bald. ibi.

Non obstat tertium, & vltimum obiectum, in quo dicitur, quod vbi intentio Florelli esset fundata, oleum debet censeri cōpensatum cum salmis sex grani, de quibus tam tempore consignationis olei vltra florenos 288. solutis pro frumento, quàm hodie est debitor, quia pluribus modis respondetur.

43 Primo, quod negatio olei facta per dictū Azzolinum in prima instantia non solum
44 impedit compensationem, cum compensatio sit debiti, & crediti inter se contributio, l. 1. ff. de compensatio, seu communis pensatio, quæ in ponderibus, & quantitatibus tantum locum habet, l. si constat, ff. de compensat.

45 Sed etiam facit præsumere quod talis exceptio non fuerit opposita in prima causa per malitiam, quo fit, vt opponi non possit in causa appellationis. Abb. in capit. 1. de except. & facit illud quod dicit Salyc. in l.
46 ita demum, C. de procurat. numer. 6. dum dicit quod ille qui est tutus aliqua exceptione, si potuit eam opponere ante litem contestatam, & non opposuit, nō potest ea amplius se tueri, quem sequitur Foller. in sua pract. crim. in rubr. Item quod commisit falsitatem, nume. 17. fol. 129. Prout etiam accidit quando scienter, & per negligentiā fuit aliquid ommissum in prima instantia, vt post Anton. de Butr. in c. ad audientiam il secundo, num. 12. de rescriptis, & ibi Fel. num. 14. Bart. in aut. at qui semel num. 12. C. de probat. & Hypp. singul. 360. tradit Petr. Duen. regula 48. numero 4. & habetur per Pedemon. decis. 14. quæsituram, num. 10.

48 Secundò, quod talis exceptio nunquam fuit in specie allegata in processu, vt necessarium erat secundum Doctor. in l. si constat de compensat. Ias. in §. bonæ fidei de action. num. 71. Zas. num. 6.

Tertiò quod prætensum creditum non est liquidum, cum super eo lis pendeat, du-
49 bius est enim litis euentus, vt notatur in l. quis ergo casus, ff. de pecul. & sic nō potest
50 compensari, quia de liquido ad non liquidum non fit compensatio secundum Doctor. in l. fin. C. de compensat.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXV.

AVXIMANA.

ARGVMENTVM.

Dum dicitur à declaratione pœna facta per iudicem appellationem dari licet non detur à pœna legis, vel canonis an includantur spectantia ad visitationem, & morum correctionem.

SVMMARIVM.

Appellatio, an detur, quando quis est declaratus incidisse in aliquam pœnam. num. 1.
Appellari an possit à pœna legis, num. 2.
Appellatio dum interponitur ab aliqua condemnatione, quæ cautela tenenda sit, num. 3.
Appellare an liceat à qualibet declaratione rei, & pœnæ ipso iure, à lege, vel ab homine fulminatæ, & quare,

& quare, nume.4.

Appellatio licet detur à pronuncia de exequendo, nõ tamen datur ab executione sententiæ, vel ab executione facti, num.5.

Appellatio in spectantibus ad visitationem, & morum correctionem, an detur, & ad quem effectum, num.6.

DECISIO XXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

A Sententia priuationis Canonicatus secuta ob non paritionem cuiusdam præcepti facti in visitatione, an detur appellatio.

1 Dicebatur quod sic, quia à declaratione pœnę factæ per iudi-
2 cem datur appellatio, licet non detur à pęna legis, vel canonis, vt probatur per Glos. singularem in ca. cupientes, §. quod si per viginti in versic. priuatos littera V. de elect. in 6. quam refert Rom. Singu. 216. à pœna legis non potest, fol. 33. sequitur Felyn. in c.
3 cum non ab homine de iudic. numero 12. vbi inter cætera pro cautela dicit in appellatione nõ esse dicendum appello ab ista pœna, sed appello, quia non sum culpabilis, vel quia non est probatum. Marsil. in l. vnica, C. de rapt. virg. num. 166. & Abba. in c. peruenit de appellation. num. 6. & Bald. in sua Margarit. in verbo appellari non potest, & Rot. in nouiss. decis. 100. ex nouem votan-
4 tibus, num. 2. par. 1. quæ voluit licere appellare à qualibet declaratione rei, & pœnæ ipso iure à lege, vel ab homine fulminatæ, quia infertur nouum grauamen, & potest iudex decipi allegãdo Card. Zabar. post gl. & Lap. in clem 1. §. si quis autem, q. 1. de sequestr. poss. & fruct. Franc. in c. a. is cui, §. sanè versi. tertio limita, num. 2. de sent. excom municat. lib. 6. Fely. in cap. Rodulphus col. pen. num. 39. de rescript. & alios.
5 Idem in simili videtur in pronunciatione de exequendo, à qua datur appellatio, licet non detur ab executione sententiæ videlicet ab executione facti Veronens. caut. 44. nota quod licet in princ. fol. 15.
6 Sed contrarium visum fuit, quia non datur appellatio de spectantibus ad visitationem, & morum correctionem vigore sacri Concilij Tridentini, sess. 24. c. 10. Episcopi fol. 224. ad omnem effectum, vt petitum fuit, sed tantum, quo ad deuolutiuũ, vt colligitur ex verbis eiusdem ad quæ &c.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXVI.

SANCTI ELPIDII.

ARGVMENTVM.

Feriæ an obstent in causa attentatorum

SVMMARIVM.

Feriarum tempore non cogitur quis litigare, nu. 1.

Ferię non obstant in causa possessorij, num. 2.

Possessorij in causa proceditur simpliciter, & summarie sine strepitu, & figura iudicij, num. 3.

Causa attentatorum sapit naturam meri possessorij, num. 4.

Feriæ in causa spolij non obstant, num. 5.

Causa attentatorum est magis priuilegiata, quam spolium, num. 6.

Feriæ non obstant, vbi agitur de causa Ecclesiastica, num. 7.

Feriæ non obstant in causis fiscalibus, & publicis, numero 8.

Causæ fiscales, publicæ, & ecclesiasticæ pari passu ambulant, num. 9.

Causæ ecclesiasticæ tractantur simpliciter de Plano, sine strepitu, & figura iudicij, num. 10.

DECISIO XXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 R Euerendus Canonicus Curtius Guerrerius dicebat ob ferias Messium cogi non posse ad comparendum in iudicio, ut in statur pro parte Reuerendi Presbyteri Magnalbo. per text. in l. 1. ff. de fer.

Sed Domini dixerunt contrarium, quia non solum agitur de causa attentatorum, contra quam ferię non obstant, sed de causa ecclesiastica, quæ habet eidẽ priuilegiũ.

2 Vt de primo patet, quia sicut in possessorio feriæ non obstant, ut probatur in cap. fin. de iudic. & per Cappel. Tholos. dec. 159.

& in constitutione Marchiæ cap. 8. lib. 5. fo. 335. quæ dum mandat in eo procedi simpliciter, & summarie, sine strepitu & figura iudicij, videtur quoq; disposuisse, quod in possessorio possit procedi tempore feriarum, vt probatur ad litteram in clem. sæpe de verbor. signific. ita obstare non debent
4 in causa attentatorum, quæ sapit naturam meri possessorij Rot. in nouiss. decis. 1. aliàs 13. si iudex reuocat nu. 1. in titu. vt lit. pend. fol. 33. & decis. 2. aliàs 13. tres sententiæ de re iudic. in nouiss. fol. 54. & decis. 28. aliàs 516. nota, quod tres sententiæ de sent. & re iudicat. in antiq. fo. 43. & Lancillot. de attentat. in præfat. num. 79. nam eadem ratione,
5 quod feriæ in causa spolij nō obstant, vt dicit Bald. in vltim. addit. ad Spec. in tit. de petit. & poss. & spoliat. in §. quoniam in vers. vbi allega. eadem ratione immo fortiori in causa attentatorum obstare non debent,
6 quia causa attētatorum huiusmodi est magis priuilegiata, vt inquit Alex. consi. 99. visis processibus, num. 9. lib. 5. fol. 90. & fauorabilior spolio, vt dicitur Achill. de Graff. in suis recollect. decis. 24. attentatorum causa sub rubr. de attentat. de quo meminit Lancellot. de attentat. in 3. par. cap. 24. in tit. de reo. & except. contra attentat. compet. q. 28. nume. 7. fol. 510. & Rot. in nouiss. decis. 68. in vna Bononiensi, num. 3. part. 2. fol. 42. à tergo.
7 De secundo quia tractatur de ecclesiastico beneficio Clement. dispendiosam de iudic. & ibi Card. 36. q. relatis per Afin. in sua prax. §. 3. capitu. 31. nume. 2. fol. 91. quo casu feriæ pariter non obstant secundum opinionem Abb. in dicto cap. fin. de iudic. num. 19. relatis per Felyn. in eodem loco,
8 nume. 11. ratio est secundum eundem ibi, quia sicut in causis fiscalibus, & publicis feriæ non obstant, l. publicas, C. de fer. ita obstare nō debent in causis ecclesiasticis, quæ
9 à pati procedunt, c. quid ergo 13. q. 4. Crederem tamen aliam magis in terminis ad-
10 duci posse, nempe quia in causis ecclesiasticis proceditur simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij dict. Clemen. dispendiosam de iudic. ob quod tolluntur impedimenta feriarum ob necessitatem hominum inductarum à iure, vt probatur in sæpe dicta Clem. sæpe de verbor. signifi.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXVII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Agenti Saluiano interdicto an obstet, quod res, cuius possessio petitur, sit alteri hypothecata pro dote.

SVMMARIVM.

Saluiani interdicti requisita, quæ sint remissiue, numero 1.
Saluianum interdictum competit cuilibet creditori, & tanquam pinguius magis frequentatur in palatijs, nume. 2.
Bona dotalia, nec obligari possunt, nec in generali veniunt obligatione omnium bonorum, num. 3.
Augmentum dotis dicitur dos, num. 4.
Dos quid sit, num. 5.
Hypothecæ discussio, an possit tractari in iudicio Saluiani interdicti, num. 6.
Petitorium nihil habet commune cum possessorio, numero 7.
Saluianum interdictum est merè possessorium, nu. 8.
Possessio non tollitur per hypothecam, num. 9.
Nemo dat, quod non habet, num. 10.
Mulier vendens vna cum viro, an dicatur pro viro fideiussorio nomine interuenisse, num. 11.
Præsumitur pretium peruenisse ad manus viri, quando mulier vendit vna cum viro, nisi aliud probetur, num. 12.
Augmentum dotis factum à viro dicitur donatio propter nuptias, num. 13.
Augmentum dotis vxore mortua, ad quem reuertatur, num. 14.
Augmentum dotis, seu donatio propter nuptias an possit alienari consentiente vxore, num. 15.
Lucrum dotis debetur ex forma statuti Ancona, numero 16.
Resoluto iure datoris an dicatur resolutū ius accipientis, num. 17.

DECI-

DECISIO XXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa vertente inter hæredes q. Sanctis Bonarelli ex vna, & Alexandrum Leonardi Linaroli ex altera. Domini concorditer dixerunt dicti hæredes de Bonarellis esse immittendos in possessionem domus; de qua agitur detinendam, prout in sententia, & bene appellatum, & male iudicatum per D. iudicem à quo, ad fauorem D. Alexandri.

Quia cum docuerint fuisse coactos dare insolutum D. Petro Staurengo vnum petium terræ laboratiuæ, & oliuatæ, cũ domo pro scutis 830. occasione euiusdam domus cum apotheca venditæ per q. Antonium Maninum Petro Staurengo, in qua Sanctes Bonarellus eorum Pater se obligauit de euictione per publicum instrumentum, de quo in actis, in quo d. Maninus cũ obligatione omnium suorum bonorum præsentium, & futurorum promisit cõseruare indemnem ipsum Sanctem, vt in processu, fol. 2.

1 Et probauerint requisita in intentato Salujano interdicto iuxta tradita per Negusãt. in suo tract. de pignor. & hypothec. 8. par.
2 3. memb. & Rolan. cons. 14. lib. 1. quod cõpetit cuilibet creditori Veronens. caut. 81. num. 1. quando quis, & tanquam pinguius hodie magis frequentatur in palatijs Rolã. vbi supra, nu. 2. debebant pro dicta summa, vt supra in possessionẽ d. domus immitti.

Nec obstat, quod domus, de qua agitur esset obligata, & hypothecata vxori d. Manini meliora, & potiora iura habẽti, q̃ dicti hæredes pro eius dote aureorũ 900. & augumento aureorum 400. & quod non potuerit per dictum Matinum d. Bonarello obligari in damnum ipsius mulieris; quia
3 bona dotalia, nec obligari possunt l. 1. C. ne vxor pro marito, nec in generali veniunt obligatione omnium bonorum Negus. in d. suo tracta. de pignor. & hypothec. 2. p. 2. membr. nume. 58. etiam quo ad dictum
4 augumentũ, quod dicitur dos, l. si proprietatem, ff. de iur. dot. l. etiam vbi Bald. c. eod. Rolan. de lucr. dot. quæst. 100. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. nu. 78. & præsumpt. 45. nu. 16. & dos quidem substantia-
5 liter, cum dos sit vniuersale quodam, quod recipit diminutionem, & incrementũ Borgni. de tutor. & curat. nu. 160. mihi fo. 100.
6 Quia discussio d. hypothecę mulieris, & anterioritatis iurium eiusdem in bonis dicti Antonij eius viri non est præsentis speculationis, nec potest in hoc iudicio merè
7 possessorio tractari, cum concernat petito-
8 rium, quod nihil habet commune cũ Saluiano interdicto merè possessorio. Bart. in l. 1. C. de præcar. & salui. interdict. Rolan. d. cons. 14. num. 3. lib. 1. Contard. in l. vnica, C. si de moment. possess. limit. 14. ex contractu, nu. 10. mihi fol. 202. Veronens. d. caut. 81. num. 1. quando quis.

Secundo quia dicta asserta hypotheca et vbi adesset, non propterea à viro possessio
9 sublata diceretur, cum per eam possessio minime transferatur l. si rem la 1. §. propriè. l. cum fortis, §. pignus ff. de pigno. actio.

Prout non obstat allegata sententia ad fauorem dictæ vxoris Manini contra dictũ q. Sanctem de Bonarellis, quæ fecit transitũ in iudicatum, per quam declaratur ipsam immittendam in possessionem bonorum mariti, tanquàm anteriorem iuncto eo, quod Alexander habet causam à dicta vxore & sic iura eiusdẽ, quibus optime se tueri posse videbatur.

Quia hæc veniunt discutienda in petitorio.

Secundò quod dictus Alexander nõ habebat causam ab vxore dicti Manini, vt profitetur, quia præter quod Maninus vendidit, & non vxor, vt colligitur ex verbis instrumenti de quo fuit rogatus Dominicus Masculus 1580. 5. Octobris, cum mulier in d. instrumento reseruet sibi iura suarũ dotium in alijs bonis, non potest dici, quod
10 vendiderit vna cum viro, quia cum nullũ in ea habuerit ius, nisi pro dote, non poterat vendere, quod sibi in alijs bonis viri reseruabat, & quod in re vendita non hẽbat.

Immo si mulier vna cum viro vendidisset, vt prima facie videntur inuere verba instrumenti, idem esset, quia tunc non dici-
11 tur ipsam vendidisse, sed pro viro fideiussorio nomine interuenisse. Bart. in l. reos, nu. 1. ff. de duob. reis Com. cons. 124. viso puncto num. 4. vol. 1. Crauer. cons. 91. nobilis Io. num. 2. Pedemon. decis. 41. num. 16. cum simil. etiam, quod mulier vti principalis se obligauerit cum viro, nam etiam tunc fideiussisse dicitur Thesau. decis. 222. nu. 14. & decis. 223. nume. 2. cum seq. Rota in nouissimis decis. 153. numero octauo, part. 2. seu vna cum viro confessa fuerit habuisse
12 pretiũ, etiam rei dotalis, quia præsumitur totũ pretium peruenisse ad manus viri, nisi

realiter probetur medietatem perueniſſe ad vxorem. Bald.in aut.ſi qua probatur,numero 1. C. ad Velleia. Afflict.deciſ.219.numero 3.in cauſa Sutoris. Capic.deci.78.numero 9.in cauſa Iuliani. Boer. deciſ. 23. nu. 6.& quo ad primum. Idem atteſtando de magis * communi conſuluit.Honded. cõſ. 45.Magnifica domina nu.12.& ſeq.fo.154. etiam ſi mulier in inſtrumento fateatur pecunias ad eam perueniſſe,quia vt ibi nume. 13. mulieri nõ eſt credendum cum eadem facilitate confiteatur qua ſe obligat.

Præterquàm quod etiã vbi haberet cauſam à dicta muliere dictus Alexander, quo ad dictum augumentum dotis ſcut. 400. debitum viro poſt mortem mulieris remaneret excluſus.

14 Quia augumentum factum à viro cum dicatur donatio propter nuptias Burſat. conſil. 178. lib. 2. numero ſecundo, etiam vbi verba inſtrumenti eſſent concepta per verba denotantia dotem,vt in terminis cõcludit. Natt. conſil. 253. volum. ſecundo, numero ſeptimo. Abb. conſil.22. numero quarto.Crauett.conſ.880.numero quarto, vol.5.eo quod omne quod datur per maritum vxori ſuæ habito reſpectu ad dotẽ cenſetur donatio propter nuptias, l. cum multæ in princ. & §. ſancimus, & in §. ſi igitur dote iam præſtita, C. de donat.ante nupt.

Per mortem vxoris dicti Manini dicitur reuerſum ad dictum Maninum, vt poſt gl. in aut. ſiue à me in prima gl.in fi.C.ad Velleian.& gl.in aut. dos data, C. de donat. ante nupt. Bart. in §.1.in aut. de æqual.dot. & donat. propter nup. in ſecundo nota. Bald. in l.2. C. de bon. quælib. Ang. in §. eſt & aliud Inſtit. de donat. & Paris conſil.59.col. fin.volum.2.conſuluit Rolan.conſi.62.lib. 1.num.1.

15 Quod adeo verum eſt, quod nec etiam conſentiente vxore poteſt dictũ augumentum, ſeu donatio propter nuptias alienari ad hoc, vt reuertatur ad virũ ipſa mortua, ſicut dos ad vxorem mortuo viro,vt in terminis dicit Burſat.dicto conſ.178.lib.2.nume.9. per tex.in aut.ſiue à me, C. ad Velleian.aut.dos data,C.de donat. ante nup. aut. de non eligendo, §.fi.

16 Prout quoque excluditur, à lucro dotis, quod debetur viro mortua vxore ex forma ſtatuti Anconæ.

Propterea quod licet vbi durante vita vxoris potuerit eſſe anterior cæteris creditoribus,id non videtur habere locum in dicto augumẽto & lucro poſt eius mortem, nam tunc,vt ſupra dictum fuit,dotis augumentum, & lucrum præfatum ex forma ſtatuti Anconæ prouenìens pertinent ad virum iuris diſpoſitione quo caſu non amplius agitur de rebus vxoris, ſed de rebus vi-

17 ri, & ſic reſoluto iure dictæ vxoris dicitur quoque reſolutum ius dicti linaroli,qui putabat ſe tueri, ex eo quod ab ea cauſam haberet prout nõ habet l. lex vectigal fundo, ff. de pigno. l.ſi res,ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu. cum ſimil. Et hæc ex abundanti. Quare &c.

Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

DECISIO XXVIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Dotis augumentum ſororibus factum, an poſſit detrahi de bonis fideicommiſſo ſubiectis.

SVMMARIVM.

Pater melius, quam alius conſilium capit pro liberis, num.1.
Dos congrua, & honeſta præſumitur à Patre relicta, num. 2.
Dos ſcutorum mille, an dicatur congrua, nume.3.
Patri non poteſt moueri quæſtio incongruæ dotis, numero 4.
Dotis augumentum dicitur propriè dos, nume.5. & 8.
Dos, quid ſit, num.6.
Donare dicitur frater dotans ſororem, num.7.
Dotes quotidie creſcunt, num.9.
Confeſſio Procuratoris an probet contra Dominum, num.10.
Confeſſio facta in exceptionibus, an noceat, num.11. & ſeq.
Excipiens an dicatur fateri, num.12.
Dotes ſunt conſtituendæ ſecundum qualitatem temporis, num.13.
Bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote poſſunt alienari, num.14.
Dotis augumentum an dicatur factum de mente teſtatoris, num.15.
Dotes non ſemper currunt vno modo, quia variantur, num.16.
Argumentum de tempore ad tẽpus, an valeat, n.17.

Datio-

DECISIO XXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

AEques Angelus, & Federicus de Archangelis an possint detrahere augumentum dotis sororibus factum de bonis eorum Patris, fideicommisso subiectis.

Dicebatur, quod non, quia filiæ, à Patre dotatæ non indigebant præfato augumen-
1 to, nam pater, qui melius, quam alius consilium capit pro liberis, vt probatur in l. nec in ea lege in fi. ff. de adulter. præsumitur eis
2 dotem congruam, ac honestam reliquisse per ea, quæ tradunt Alexan. cons. 33. videtur super dicto numero 4. lib. 4. Dec. consi. 26. pro tenui numero 2. Catel. Cott. in suis memor. in verb. dos constituta filiæ, à patre. Menoch. de arbitrar. cas. 149. in vniuersa ferè Italia, num. 5. lib. 2. centu. 2. Gramm. decis. 101. Magnifica Francisca, num. 68. & seq fol. 502. Bursat. cons. 48. Dominus Ludouicus Berinus, num. 6. in vers. dos enim à Parre constituta lib. 1. & Mascar. de probat. conclus. 570. dos assignata filiæ, numero 1. lib. 1. fo. 429. prout reuera reliquit, nam dos taxata à patre in summa scutorum mille pro qualibet filia dicitur cōgrua etiam pro magno Comite, vt post Fulgos. consil. 22. ex facto proponitur columna secūda, Dec. consil. 26. diligenter pro tenui, numero tertio, dicit Siluan. consil. 2. Christi Virginisque num. 39. fo. 40. & Bursat. consil. 223. facili negotio, nume. 18. lib. 2. quia dicitur magna re, & nomine secundum Dec. loco citato, & tanto magis, quia patri non po-
4 test moueri quæstio de incongrua dote filio data, potest enim dare dotem minorem legitima secundum Rym. iun. consil. 608. vt proponitur, num. 33. lib. 6. fol. 36. Crauet. consil. 236. extat duplex numero quarto, fol. 47 t. Ancharan. Regien. quæst. 50. Pater numero 9. & seq. lib. 1. fol. 32.

Et vbi præfato indiguissent incremento
5 cum illud dicatur dos, l. si proprietati, ff. de iur. dot. & l. etiam vbi Bald. C. eodem, & idem eque principaliter, quod ipsa dos, vt per Menoch. de præsumpt. præsumpt. 45. cum vini, numero 16. lib. 3. fol. 160. à tergo nam procedunt à pari, vt per eundem Menoch. dicto lib. 3. præsumpt. 29. est vera, nume. 78. fol. 140. Thesaur. decis. 223. vxor pro marito, num. 14.
6 Immo substantialiter, cum dos sit vniuersale quodam recipiens diminutionem, & incrementum Caualca. in suo tracta. de tut. numero 160. fol. 100. & sicut frater do-
7 tans sororem dicitur donare, l. vltima, C. de iur. dot. Barto. in l. quæ dotis, numero 6. ff. solut. matrim. Menoch. de arbitrar. cas. 88. numero 36. lib. 2. cent. 1. Bald. & Salyc. in l. fi. nume. tertio, C. de dot. promiss. Rip. in l. 1. numero 94. ff. solut. matrim. & Mascard. de probat. conclus. 571. numero septimo, lib. 1. fol. 430. à tergo. Ita faciens ei-
8 dem augumentum, cum idem iudicetur de augumento quod de dote. Ceph. consi. 156. fructus agri nuncupatum *battaglia*, nu. 25. lib. 2. Sed cōtrarium censuit Rota, nam
9 cum quotidie, & indies dotes crescant, vt experientia rerum magistra satis notoriè comprobatur, ac apparere videatur per confessionem Procuratoris dicti Federici, dum ad excludendum Fracīscum fratrem ipsius, fatetur, quod dicta Eleonora, & Elisabetta post mortem eorum Patris fuerunt nuptui traditæ, & dotatæ in maiori summa, quam relicta à Patre, vt collocarentur iuxta tempotum qualitatem, ac
10 propriam conditionem, & gradum, quæ probat contra Dominum, nisi ostendatur rem aliter se habere gloss. in capitulo primo, in vers. non negauit de postul. Prælato. Spec. de confess. §. nunc viden. versicu. sed nunquid confessio nume. quartò, & §. postremo versic. si vero per Procuratorem

num.2. Franc. in c. cum speciali in fi. nu. 14. vers. vltimo quæritur de appella. Bellamer. decis. 164. confessio. Oldrad. consi. 126. Natura cuiusque mandati, num. 1. cum seq. & Mascar. de probat. qui alios allegat conclu. 369. confessio Procuratoris, nu. 1. lib. 1. fol.
11 288. etiam quod sit facta in exceptionibus,
12 nam licet excipiens non dicatur fateri cap. exceptionem de reg. iur. in 6. l. non vtiq; de exceptio. & Guid. Pap. in suo tract. de compulsorijs litteris q. 21. nu. 3. & seq. to. 3. p. 2.
* fo. 72. vbi attestatur de communi opinione legistarum & canonistarum, id non habet locum, quando in exceptionibus ponitur aliqna confessio expressa, vt in casu isto, nã tunc nocet confitenti, vt percipitur ex rescripto Imperatoris Archad. & Honor. in l. 1. C. de his qui poten. nom. & ibi notant Bart. & alij. & idem Bar. in l. 2. §. si quis absenti in fi. ff. de confess. Rom. consi. 59. ad discutiendum veritatem, nu. 9. in vltimo dubio. Barba. cons. 3. Et quidem viso puncto, col. pen. in versic. Item sicut quis lib. 2. Lanfranc. in suo tract. de except. colum. 2. nu. 5. to. 3. par. 1. fo. 163. versiculo istud quoq; est
* notandum, qui testatur de communi*, & Mascard. de probat. conclus. 368. confessio facta in precibus, numero octauo, lib. 1. folio 287.
13 Et auctæ fuerint erant constituendæ secundum qualitatem illius temporis, vt per Soc. cons. 57. in causa restitutionis num. 30. & 31. vol. 4. Menoch. de arbitr. d. iud. casu 149. nu. 39. fol. 163. & nouissimè Peregrin. in suo tracta. de fideicommiss. art. 42. num. 40. fol. 38. qui plures allegat, vt factum fuit, non obstante præfata taxatione à patre facta in asserto fideicommisso, qnia pro hu-
14 iusmodi dotium augumento bona fideicommisso subiecta possunt vendi. vt consuluit Port. cons. 92. magnificus, & excellens, num. 102. vers. 9. quęritur Crauet. cons. 291. Ioannes num. 4. vers. quinto nos habemus Marzar. in sua Epit. fideicom. q. 48. n. 76. qui dicit ita fuisse iudicatũ Vicentiæ, & in Rot. Florentina tempore quo ipse erat Auditor ipsius Rotę. Ludouic. decis. Lucan. 28. egregius vir ser Ioannes. Petr. à Petr. in suo trac. de fideicom. q. 8. nu. 456. & Menoc. de præsumpt. præs. 189. numero 156. lib. quarto, fol. 940.
15 Ratio est, quia idem disposuisset testator si viueret, ad hoc, vt filiæ congruam & decẽtem dotem haberent, quæ fit pro modo honestati personarum congruo etiam iudicijs arbitrio secundum Petr. à Petra in suo tracta. de fideicommiss. quæst. 8. num.
* 465. vbi testatur de communi * fol. 161.

ex qua præsumpta testatoris mente censendum est huiusmodi augumentum factum esse quasi ipse viueret per text. in terminis in l. cum seruus, §. propè fi. de cond. & demonstrat. ibi (nam quod ipse viuus facturus erat, ab hæredibus suis fieri iussisse intelligitur) Couar. var. reso l. lib. 3. cap. 6. nu. 10. vers. quarto non tautum fol. 234.

Non obstat dum dicebatur filias à patre dotatas non indiguisse præfato augumento, tanquam congruenter dotatis in summa 7. mille, quæ dicitur congrua etiam pro magno comite cum dicatur magna re, & nomine, & vbi indiguissent, quod dictum augumẽtum tanquam factum, à fratribus dicitur donatum.
16 Quia cum dotes nõ semper currant eodem modo, quia variantur inspecta consuetudine regionis, & temporum. Aemilian. cons. 98. quoniam præsens num. 7. Menoc. de arbitrar. iud. cas. 149. numero 39. folio 163. à tergo. cessat adeo præsuppositum in obiecto, quod non valet arguere de tempore ad tempus. Soc. d. consil. 57. in causa re-
18 stitutionis, numero 29. lib. 4. cum attendi debeat tẽpus dotationis, vt in terminis dicit Ceph. cons. 502. in præsenti casu, nume-
19 ro 11. lib. 4. fol. 209. quia ante nuptias filia non dicitur esse dotata, etiam quod sibi in testamento dos fuerit assignata, vt per text. in l. si Titio centum, §. Titio genero versic. hoc enim de condit. & demonstrat. dicit Mantica nunc Card. Illustriss. & Reuerendiss. in suo tracta. de coniect. vltim. volun. tit. 22. nunc autem, num. 40. lib. 11. fol. 356.
20 præsertim his temporibus, in quibus, nedum mercatores audent petere summam duorum millium scutorũ, & nobiles quatuor, & quinque millia, vt dicebat Rolan. cons. 25. Primo quidem nume. 19. lib. 4. sed inferiores longè maiorem respectiuè petere audent. Causa verò, quæ sit, sciunt mu-
21 lieres pro quorum ornatu haud quaquam sufficeret vniuersum. Vnde si dos tempore dictorum supracitatorum de 7.1000. dicebatur magna hodie secus est, vt inquit Sym. de Pręt. in suo tract. de interpræt. vol. iuterpræt. 1. dub. 10. numero 24. lib. quarto, fol. 410. cum quilibet artifex petat florenos mille.

Nec quod fratres voluerint donare, qui a illud debitum dotandi necessarium in persona patris hodie est translatũ in hæredes,
24 ex quorum persona nõ mutatur conditio oblig. principalis licet sponte se obligetur adeundo hæred. l. 2. § ex his de verb. oblig. ex quodã quasi contractu, vt per Alex. cõsi. 98. viso & cõsiderato, n. 4. lib. Anch. cõs. 26.

in

in quæſt. ſupradicta, num. 4. Bened. de Bar. in ſuo tract. de quarantig. q. 9. deſcendam in verſ. ſed ſolum, col. 4. fol. 214. & Cranett. conſ. 131. ad primum, num. 14. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 110. de ſecundo, numero 5. fol. 214.

26 Et ſic datum ab hæredibus non poteſt dici donatum, ſed animo tollendi debitum neceſſarium in perſona defuncti per ipſos repræſentati, l. Titia cum teſtamento 35. §. qui in vita, ff. de legat 1. Anchar. conſ. 7. in quæſtione agitata; numero 4. & conſil. 26. in q. ſupradicta viſis ſubtiliter, num. 5. Cranett. d. conſ. 131. ad primum quæſitum. Couar. in cap. officij, numero 2. de teſtam. Alban. conſ. 6. factum de quo queritur, nu. 6. 7. & 8. & Menoch. de præſum. lib. 4. preſ. 109.
27 eſt frequens, num. 26. fol. 210. præſertim cũ non dicatur donare, qui neceſſarijs oneribus ſuccurrit, l. ſi quis pro vxore, ff. de donat. inter vir. & vxor.

Quidquid dicant doct. in contrarium ci-
28 tati, nam fratres cum dicto reſpectu dicantur debitores nullo pacto donaſſe cẽſentur per ea, quę tradit Menoch. d. caſu 88. iuris propoſitio num. 4. fol. 123. & Maſcard. de probat. concluſ. 571. dos data ab extraneo, nume. 12. lib. 1. fol. 430. vbi enim alia coniectura capi poteſt, nunquam pręſumitur donatio, l. cum de indebito in princ. ff. de donat. Menoch. de præſumpt lib. 3. præſ. 71. abſentis, nu. 2. fol. 181. & Hieron. Butigella in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. n. 35. lib. 2. fo. 59.

DECISIO XXIX.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Executio conceſſa vigore tranſumpti, non aboliti, cancellati, nec in aliqua ſui parte vitiati, an debeat reuocari ex eo, quod Protocolum, vnde fuit extractum reperitur in aliquibus additum, caſſatum, ac vitiatum.

SVMMARIVM.

Falſitatis ſuſpicionem inducunt additiones caſſaturæ, & vitia inſtrumenti, num. 1.

Status productionis attenditur, num. 2.

Tranſumpto ſtatur, quando in ſubſtantia non differt ab originali num. 3. Idem quando non fuit oppoſitum, num. 5.

Inſtrumentum non vitiatur licet contineat aliquid falſum, quod non tangat id de quo agitur, numero 4.

Approbare an dicatur, qui non opponit contra inſtrumentum, num. 6.

Copia inſtrumenti minus ſolemniter ſumpti probat parte non opponente, num. 7.

Cautela eius contra quem petitur executio, quæ ſit, num. 8.

Originali ſtatur, num. 9.

Obſeruantia quid operetur, num. 10.

Obſeruantia quomodo probari poſſit, num. 11.

Raſura, an vitiet inſtrumentum, nume. 12.

Statutum Anconæ, an debeat intelligi ad litteram, num. 13.

Additiones, caſſaturæ, & vitia non ſubſtantialia inſtrumenti an noceant, num. 14. & ſeq.

Interprętatio, an admittatur ſtante ſtatuto, quod eius verba intelligantur ad litteram, num. 15.

Interpratatio reſtrictiua eſt à iure permiſſa, numero 16.

Diſponere nemo præſumitur ſuper bis, quæ non releuant, num. 17.

Interpratatio ſe reſtringens ad ſubſtantialia eſt laudabilis, num. 18.

Statutum recipit reſtrictiuam interpratationem, numero 19.

Reſtrictio ex mente non eſt interpratatio proprie, ſed quædam declaratio ex mente ſtatuti, numero 20.

Statutum, quod ex diſpoſitione alterius ſtatuti debet intelligi ad litteram abſque aliquo extrinſeco intellectu, non excludit interprętationem ſignificatiuam, num. 21.

Interprętatio ſignificatiua eſt neceſſaria, num. 22.

Statuta, & omnes diſpoſitiones ſemper recipiunt interprętationem, à iure communi, num. 23.

Statuentes non tollunt legitimas interprętationes, num. 24.

Executio ad hoc, vt poſſit obtineri, quid ſufficiat, numero 25.

Notarius tranſumptans inſtrumentum, an debeat facere mentionem de cancellationibus, & additionibus in originali exiſtentibus, num. 26.

Notarij ſimplicitas nocere non debet, numero 28.

Notariorum imperitia eſt periculoſa, numero 29.

Epiſcopus quam in notarios habeat auctoritatem, num. 30.

Falſitatis inſtrumenti pręſumptio eliditur probata veritate, & cognito, quod falſitas non eſt in ſubſtantialibus, num. 31.

Obſeruantia an praeiudicet, ſcientia non probata, numero 32.

Substantialis defectus nocet, non autem accidentalis. num. 33.

Cancellationes, & additiones, quando in instrumento sunt plures, an vitient, quando sunt in non substantialibus, nume. 34.

Declaratio iusta, & rationabilis est amplectenda, numero 35.

Substantia est illa quæ remanet, & consideratur, numero 36.

Accidens adest, & abest præter subiecti corruptionē, num. 37.

Instrumentum conditionale non meretur executionē, num. 38.

Statutum concedens executionem intelligitur de liquidis, non autem inliquidis, nume. 39.

Executio instrumenti non liquidi, an peti possit, numero 40.

Verba casu quo, an importent modum, vel conditionem, num. 41. & 43.

Conditio non inducitur quando aliquid adiūgitur dispositioni perfectæ, etiam per verba futuri temporis, num. 42.

Consignatio probatur per instrumentum, aduersus quod non fuit probatum oppositum, nu. 44.

Exactio de qua non constat, quid exactum, nihil operatur, num. 45.

Appellatio, an detur, quando iudex pronunciat instrumentum liquidam, & liquidatum, num. 46.

Appellatio non datur, quando super liquidatione non est dubium, num. 47.

Appellatio an detur, quando in instrumento adest Cameralis obligatio, num. 48.

Iudex, qui cognoscit liquidationem esse factam debet reijcere appellationem, num. 49.

Conditionem euenisse probandum est antequam exequatur, num. 50.

Sententia debet esse conformis libello, num. 51.

Clausula quatenus opus sit, & expediat, vtuntur boni, doctique causarum patroni, nu. 52.

Clausula ius, & iustitiam, quid operetur, nu. 53.

DECISIO XXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

EVit per Dominos con
clusum executionē,
de qua agitur esse va-
lidam, quia cum fue-
rit concessa vigore
transumpti non abo-
liti, non cancellati,
nec in aliqua sui par-
te vitiati, non potest de eius validitate dubi
tari sub prætextu, quod originale vnde fuit
1 dictum exemplum extractum sit in pluri-
bus additum, & in multis, seu aliquibus cas-
satum, & vitiatum, quæ falsitatis suspicio-
nem inducunt, vt consuluit Decian. consil.
91. His præsuppositis, numero nono, lib. 3.
2 quia attenditur status productionis. Bal. in
3 l. si vnus, num. 5. C. de testam. maximè cum
in substantia non differat à suo originali;
quo casu statur releuato, & sumpto. Bertaz.
cons. 411. instrumentum testamenti, nu. 16.
Ruyn. consil. 15. viso themate & his, nu. 22.
4 lib. 2. & non vitietur instrumentum, licet
contineat aliquid falsum, quod non tangat
id de quo agitur: Paul. de Castr. consil. 314.
omisso primo, & secundo: numero primo,
in versiculo vbi dicit instrumentum lib. 2.
5 Et tanto magis, quia cum non fuerit in
primo iudicio petitum exhiberi originale,
vt tradunt Doctor. Rot. Genuen. decis. 15.
Thomas nu. 15. fol. 69. à ter. Non potest po
6 stea impugnari; quasi, quod pars: ipsa non
opponens illud in sui prima figura nō abo-
litum, cancellatum, nec in aliqua sui parte
vitiatum approbauerit. Abb. in capitu. cum
in iure, num. 6. de offic. delegat. Dec. in aut.
si quis in aliquo, num. 27. C. de ædén. & fa-
cit Alexan. ibi num. 2.
7 Immo, quod est plus, copia instrumenti
minus solemniter sumpti, parte non oppo-
nente fidem faciet, vt inquit Crauet. consil.
150. in causa, nu. 2. vbi allegat Dec. in dicto
aut. si quis in aliquo colum. 4. nu... & Guid.
Pap. decis. 221. Item dicta die, numero 5. &
decis. 404. licet de iure nume. 1. vnde dicit
8 Zuccard. relatus per Menoch. remed. 4. adi
piscen. nu. 702. quod pro cautela eius con-
tra quem petitur executio, bonum erit, re-
ctè atque diligenter inspicere originale, cu-
9 rando illud exhiberi, quatenus ipsum vitia-
tum inuenerit, cum ad illud semper recur-
ratur, vt post Bartto. in l. Sempronius, ff. de
legat. 2. & alios dicit Rymin. sen. consil. 56.
Dubium in præsenti, nume. 11. lib. 1. & sic
non est opus tangere illam quæstionem de
dicto originali, nempe an sit additum, &
cassum in substantialibus, vel accidentali-
10 bus, præsertim cum per subsecutam obser
uantiam, de qua constat per publicum in-
strumentum exhibitum pro parte dicti An
geli in dicto primo iudicio, sub rogitu Ser
Dominici Masculi die 19. Augusti 1588. nō
partim clarificata dicatur præsens quæstio,
per eam enim instrumentum aliàs inuali-
dum, & minus solemne conualidatur; &
fidem facit, vt tradunt Bald. cons. 402. quæ-
ritur in fi. lib. 5. Crauett. cons. 101. Nobilis
Guido, num. 4. & cons. 158. visis actis sindi-
ci, num. 1. cons. 277. In hac causa, nu. 2. vers.
per hoc, quod ex obseruantia, & Becc. col.
103. ex facti specie num. 26. 79 latissime Lu-
douic. conclus. vnica de consuetu. in vers.
infer-

infertur lib.3. com. opin. fol.522. Rot.Florent. decis.58.constitutus,num.21.fol.187. & Sim.de Pret.dubium excitatur,num.16.

Immo talis obseruantia subsecuta supplet probationẽ actus, & eius effectus.Bec. cons.6.reuocatur num.17.& omnem prorsus remouet dubitationem, quæ possit esse in præcedentibus,vt per eundem Bec.cons. 101.In proposita facti,nu.49.

11 Et tanto magis quia ad probandam dictam obseruantiam fuerunt quoque ostensa alia quamplura instrumenta, quæ licet non sint producta in actis,potuerunt de eis Domini se in camera extraiudicialiter informare, vt in terminis dicit Ludouicus d. conclus. vnica de consuetu. in vers. ampliatur 6.fol.522.sicut potuissent se informare de consuetudine notoria.Butr. in capitu. fi. de consuetu. Bald.in l.1.C.vt quæ desaduoca.num.12.Doctor.in l.4.§. hoc autem iudicium,ff.de damn.infect.Aretin. cõs.159. longa est ista consultatio, numero 18.vers. de consuetudine notoria.Soc.iun.cons.65. cum in præsenti casu,num.38.39.40.& 41. lib.1.Hinc dicebat Ias. consil.114. Ad obiecta,numero 25.lib.1.quod Rasura in instru

12 mento non vitiat illud, quando de eo, in quo est rasura adsunt plura alia instrumenta,per doctrinam Baldi in l.falsus, C.de fur. colum.8.num.25.& aliam doctrinam eiusdem Baldi in l. si veritas in princ. nume.4. C.de fideicom.quam appellat singularem.

Prout non est necesse videre, an stante statuto Anconæ rub.58. colum.2. dans executionem instrumentis non abolitis, non cancellatis, nec in aliqua sui parte vitiatis debeat interpraetari secundum ius commu

13 ne; quia licet statutum prædictum vigore alterius statuti in rubr. 87. collat.2. de ciuilibus debeat intelligi ad litteram, & prout verba sonant nullo extrinseco intellectu,

14 non propterea debet generaliter intelligi de omni additione, cassatura, & vitio, sed tantum de his, quæ tangunt substantialia ipsius instrumenti, cum pro hac parte stet

* magis * communis doctorum sententia Menoch. remed. 4. adipiscen. nume.712. in vers. erit tamen cogitandum.

15 Nam etiam stãte præfato statuto admittitur interpraetatio restrictiua alterius statutis secus extẽsiua, vt in terminis dicit Cott. in suis memoria. in verbo statuto cautum est.in vers. idem dicit Andr. Sicul. & Asin. de execu.c.71.num.20. fol.164.

16 Vnde à dicta interpretatione de substantialibus non erit recedendum, cũ quia est restrictiua, & sic a iure permissa, tum quia absurdum esset dicere,quod statuentes voluissent de additionibus, & vitijs non sub-

17 stantialibus intelligere, immo inuerisimile,cum quis nõ præsumatur voluisse disponere super his, quæ non releuant, tũ etiam quia talis interpraetatio se restringẽs ad substantialia est laudabilis, & commendanda, cum tendat ad essentiam rei, non autem ad frustrationes, & non releuantia: quam laudabilem interpraetationem in terminis huiusmodi statuti esse permissam inquit Bald. in l. omnes populi,num.22. ff.de iust. & iur. in vers. sed quid si cauetur.

19 Præcipuè in casu isto, in quo cum mens statuti sit clara, absque dubio recipit restrictiuam interpretationem. Bal. de Perus. in suo tract. de statu. in verbo interpraetatio numero quinto,tom.2.fol. 124. ratio est vt

20 ibi,quia restrictio ex mente nõ est propriè interpraetatio, sed potius quædam declaratio ex mente statuti.

21 Et tãto magis quia per dictum statutum nõ remouetur interpraetatio significatiua, sed extrinseca, aliàs esset dicere, quod statutum non esset intelligibile,si verba non possent interpraetari significatiua, nam illa

22 interpretatio est necessaria,l.2.§.deinde,ff. de orig.iur.Bar.in l.quamuis, C.de adulter. Bald. vbi supra nume.9. Alexand. cons.192. Perspecta facti narratione,nu. 4. lib. 6. quia

23 statuta, omnesq; dispositiones semper recipiunt interpraetationes à iure communi, vt probatur per tex. cum gl.& Salyc. in l. 2. C.de noxal.nu.glo.& Doct. in l.fi.§.in computatione,C.de iur.delib. Bart. in l. 1. §. lex Falcidia,& ibi doctor. ad leg. Falcid. num. 2.Farinac. in titu.de delict.& pen.q.19. pœnarum quoque,num.5.part.1. Gayl. obser. 10.Tertiò requiritur,num.8.lib.1. fo.41.

Immo,vt dicit Gabr.cons.14.negare nemo potest,num.5.lib.1.statuentes non tol-

24 lunt legitimas interpraetationes,& eas maximè quæ ex mente statuentium proficiscuntur.

Et vbi verum esset,quod statutum prædictum Anconæ de executio. pub. instr.rubr. col.2.de ciuilib. deberet intelligi de cassaturis,additionibus,& vitijs substantialibus, & non substantialibus, prout non debet, non propterea executio veniret annullanda, quia licet dictus Angelus petierit executionem vigore dicti statuti, non tamen se arctauit ad hoc tantum,sed ad eam habendã, prout aptius, & melius conuenit intentioni suæ; prout in libello, in quo pariter petijt sibi ius, & iustitiam ministrari.

25 Sed sic est, quod sublato statuto præfato executio ei veniebat concedenda vigore cameralis obligationis, de qua in eodem

instru-

instrumento, in quo ad eam habendam suf
ficit continere omnia publici instrumenti
requisita, & quod non sit abolitum neque
cancellatum, nec in aliqua sui parte suspe-
ctum, & diminutum in substantialibus, vt
in terminis dicit Gallesi. ad form. Camer.
obligat. part. 3. de instr. quæst. 1. nume. 1. &
2. fol. 93. & 94. ergo.
26 Non obstat dum dicebatur dictum tran
sumptum fuisse factum nulla facta mentio
ne per Archiuistam de cancellationibus,
& additionibus in originali existentibus
* contta cōmmunem *practicam notariorū
de qua testatur Bertazz. dicto consil. crim.
411. instrumentum testamenti, nume. 1.
27 Quia imperitia, & defectus notarij non
debet nocere partibus. Cagnol. in l. libra-
rius, num. 35. vers. tamen. Alex. ff. de reg. iu.
lib. 3. fol. 706. nec error, vt inquit Paris. de
Put. de reassump. instr. rubr. 29. num. 2. to.
4. fol. 46.
28 Prout, nec nocere debet simplicitas eius
dem. glo. in l. fin. C. de fideiuss. in verbo sim
plicitas, & Bald. in ead. l. fin. num. 4. & Cal-
can. consil. 70. super eo quod num. 8. & Ce-
phal. cons. 196. substitutionum num. 11. lib.
2. qui loquitur de grossitia, & simplicitate
29 notarij, licet eorum imperitia sit pericolo-
sa, & mundum destruat, ponatque con-
scientias proborum virorum in magno di-
scrimine. Cagnol. in dicta l. si librarius, nu.
2, fo. 702. ob quod non immerito sacra Tri-
dentina sinodus iussit; Episcopū tanquam
30 sedis Apostolicæ delegatum posse quos-
cunque notarios, etiam si Apostolica, Im-
periali, aut Regia auctoritate creatus fuerit,
examinare, & eorum sufficientiam scruta-
ri, & illis non idoneis repertis, aut quando-
cunq; in officio delinquentibus officij eius
in negotijs, litibus, & causis ecclesiasticis,
& spiritualibus exercendi vsum perpetuo,
aut ad tempus prohibere, vt ad literam le-
gitur sessio. 22. in decreto de reforma. cap.
10. fol. 179.
Secundo, quia dictæ additiones, & can-
cellationes sunt in non substantialibus, &
sic tales, quod etiam si de eis fuisset facta
mentio per notarium, idem disposuisset iu
dex, quod disposuit super dicta executio-
ne, de qua agitur, maximè probata veritate
dicti instrumenti per præfatam obseruan-
31 tiam, nam licet instrumentum interlinea-
tum, & additum præsumatur falsum, vt di-
cit addit. ad Bertazzo dicto cons. crim. 411.
in littera A, Decian. dicto cons. 91. nume. 9.
lib. 3. eliditur talis præsumptio probata ve-
ritate. Bald. cons. 444. ad euidentiam, num.
3. lib. 1. & 402. quæritur an per solam lib. 5.
Ancharan. consil. 431. præmissa fine, &
cognito quod non sunt in substantialibus,
vt supra.
32 Nec dicatur, quod dicta obseruantia nō
præiudicat, nisi probata scientia dictarum
cancellationum, & additionum in origina
li seu Protocolo existentium per ea, quæ in
terminis dicit Rot. in nouiss. decis. 104. cū
Domini die Lunæ, num. 16. p. 2.
33 Quia loquitur, quando defectus ignora-
tus per obseruantem vertitur circa solem-
nitatem substantialem instrumenti, non in
accidentalibus, vt patet ex eius lectura, at
nos non sumus in substantialibus, ergo.
34 Nec dicatur, quod præmissa non proce-
dunt, quando sunt plures cancellationes,
& additiones in instrumento, nam tunc vi-
tiatur instrumentum, etiam quod non sint
in substantialibus per ea, quæ tradit Socin.
sen. cons. 229. primo aspectu concludendū,
numero 6. vers. vnde me lib. 2.
Quia duobus modis respondetur, Pri-
mo, quod loquitur quando iudex ex apo-
stillis potest de facili inspicere varietates, &
contrarietates, vt ibi legitur ad litteram, &
talis non est præsens quæstio, nam ex cassa-
turis, & additionibus, de quibus agitur nul-
la oritur varietas, minusque tangitur cōtra-
ctus in aliqua sui substantia.
Secundo, quod in omnem casum per
præmissa non est recedendum à doctori-
bus distinguentibus circa substantialia, &
accidentalia, præsertim, quod dictum con-
silium Soc. potest secundum præmissa de-
35 clarari, & intelligi, quæ declaratio tāquam
iusta, & rationibus firmata videtur magis
consideranda, & amplectenda, & tanto ma-
36 gis quia nititur substantiæ, quæ est illa quæ
remanet, & consideratur, vbi agitur de exe
cutione instrumenti. Frāc. Marc. decis. 223.
quæritur super, nume. 2. part. 2. non autem
37 accidentibus, quę possunt adesse, & abesse
præter subiecti corruptionem.
38 Non obstat, dum dicebatur instrumen-
tum, seu transumptum, de quo agitur esse
conditionale, & non mereri executionem
ob illa verba eiusdem transumpti in qua
dicitur (& pro clariori intelligentia casu
quo restituenda prædicta bona de iure ve-
39 nirent) quia statutum dans executionem
intelligitur de liquidis non autem de illi-
quidis. Roman. consi. 228. allegationes do-
ctoris, num. 5. in fi. Gallesi ad form. camer.
obliga. de liquid. numero 11. fol. 128. stan-
te maximè dicto statuto Anconæ rubr. 8.
collat. 2. in vers. & eodem modo: vbi con-
dictio instrumenti debet in primis purifica
ri, alias esset nulla vigore alterius statuti in

rubr.77. collat.2. de ciuilibus circa med.

40 Nam respondetur communem* opinio* nem esse, quod possit peti executio instrumenti non liquidi, si postea in executione fiat liquidatio, vt post glos. in l.1. vbi Barto. num.8. Ias. num.31. qui plures allegat, licet ipse teneat contrarium, tradit Marius Anguiss. cons.207. Respondeo nume. 4. & seq. quod posset intelligi secundum conciliationem, quam ponit Mysing. obser.6. quando producitur centu.2. fol.421.

Secundo quod cessat obiectum ex defe-
41 ctu præsuppositi, quia dicta verba casu, quo de iure restitutio facienda venirent adiecta post pactum de restituendo bona recepta per dictam Lucretiam in alijs præcedentibus capitulis instrumenti non important condictionem, sed modum, nam quando aliquid adiungitur dispositioni perfectæ
42 etiam per verba futuri temporis, non inducitur conditio. Bero. cons. 66. facti præsentis num.5. lib.2. Bart. in l. quibus §. Ermilius, col.1. nu.1. ff. de cond. & demonstrat.

43 Tertiò, quod sæpedicta clausula casu, quo vt in terminis tradit Soc. cons.21. viso testamento, num.18. viso & pro certo lib.3. importat modum, & non condictionem.

Non obstat dum dicebatur dictum Giptium dicto nomine, quo conuenitur non teneri ad aliquam restitutionem, nam licet pro medietate sint assignata bona valoris scut.8566. in ea assignatione fuerunt comprehensa scut. 480. sorte selecta de creditis quæ non peruenerunt ad manus dictæ Lucretiæ, sed conuentum fuit, vt deberent eligi per dictum Dominum Angelum.

Nam respondetur, quod cum consignatio, & liquidatio dictorum bonorum consignatorũ probetur ex præfato instrumento, quod non potest sub tali colorato prætextu dici de inualiditate executionis, nam
44 sufficit iudici sibi constare ex facie instrumenti de sæpe dicta cõsignatione, & quod non fuit probatum oppositum, per ea, quę habentur per Bart. in l. creditores, num.14. & 26. vers. prædicta intelligo vera, C. de pi-
45 gnor. & sic asserta exactio, de qua non constat, quid exactum sit, nihil impedit.

Non obstat dum dicebatur executionẽ, de qua agitur esse reuocandam tanquam attentatam, quia ex eo, quod prius iudex primus pronunciauit instrumentum liqui-
46 dum, & liquidatum, à tali pronuncia datur appellatio.

Quia, quidquid magis verum sit, Respõ-
47 detur appellationem non dari, quando super liquidatione non est dubium. Menoc. remed.3. adipiscen. poss. num. 190. at in casu isto liquidatio est clara per instrumentum, & acta. ergo.

48 Et tanto magis, quia præter id, quod sumus in instrumento celebrato cum obligatione Camerali argumento eorum, quæ habentur per Gallet. ad form. camera. obliga. in cap. de liquidation. num.20. fol. 130.
49 iudex, qui cognoscit liquidationem esse factam, debet reijcere appellationem per ea, quæ habentur in l. quisquis, C. quor. appell. non recipiantur, & facit in arg. le. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudica.

Quæ in casu isto nullam habent difficultatem stante dicto statuto Anconę rubr. 8. colum.2. in vers. & eadem, in quo mandatur eandem executionem fieri per omnia in instrumento conuentionali; dummodo
50 priusquam fiat executio probetur condictionem aduenisse, & instrumentum purificatum esse, maxime cum in sententia dicatur instrumentum liquidum, & liquidatum, & exequendum, quæ omnia ab vno verbo inseparabiliter reguntur.

51 Non obstat, quod opponebatur de sententia, quæ non est conformis libello, quia id in facto non videtur probatum, stante præsertim calculo facto partibus præsentibus, in quo fuit visum, quod summa specificata in sententia cõcordat, cum summis de quibus in inuentario producto, quod est insertum in corpore dicti instrumenti.

Prout non obstat, dum dicebatur dictũ Angelum in sua petitione se restrinxisse ad certa capita, quę facto pariter calculo continent minorem summam, quam sententia, quia vt patet ex eodem libello non se arctauit ad ea tantum, sed petijt executionem
52 instrumenti ad formam statuti, & quatenus opus sit, & expediat, qua vti solent boni, doctiq; causarum patroni, teste Vrsillo in addit. ad Afflict. decis. 235. An tertius veniens, nnmero 3. immitti in tenutam, & corporalem possessionem, vel quasi, & cõcedi familiam ad ingrediendum vigore pacti ad euitandum rixas, Item circa exposita, & narrata ius, & iustitiam fieri non solum prout narrantur, & petuntur, sed prout actius, & melius competit, & conuenit intentioni suæ, singula singulis &c. Et sic sufficit, sententiam concordare cum inuentario in dicto instrumento inserto.

Et tanto magis substinetur sententia,
53 quia vigore dictæ clausulę ius, & iustitiam, potest ferri sententia ex causa probata licet non deducta, præsertim quando pars non se arctauit ad certũ quid. Patian. in suo trac. de prob. lib.1. c.67. nu.23. & seq. fo.236.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO XXX.

SANCTI ELPIDII.

ARGVMENTVM.

Existimans se continuare suam possessionem post inhibitionem, quando dicatur attentare.

SVMMARIVM.

Attentare an dicatur, qui continuat suam possessionem, num. 1. & 12.

Iura sua vti vnicuique licet, num. 2.

Possessionis commodo quis priuari non debet, numero 3.

Attentari an dicatur, quando alter non possidet, sed tantum detinet, num. 4. & 18.

Attentare an dicatur missus in possessionem auctoritate iudicis, num. 5. & seq. & 20.

Iuste possidet, qui auctore Prætore possidet, num. 6.

Attentatum dicitur, quod fit lite pendente, & reuocandum, num. 7.

Attentata quomodo reuocentur, nume. 8.

Attentata offendunt legem, iudicem, & partem, numero 9.

Facta post inhibitionem sunt irrita, num. 10.

Coloni expulsi per viam attẽtati in pristinum statum reponendi sunt, num. 11.

Expulsio colonorum ad hoc, ut possessio capta dicatur, debet fieri cum tota familia, & bonis, nu. 13.

Attentata dicitur omnis possessio subsecuta post inhibitionem, num. 14.

Immissio in possessionem facta auctore prætore idem operatur, quod expulsio, num. 15.

Immissus in possessionem auctore prætore, quando constituatur verus possessor, num. 16.

Ritè facere non dicitur, qui contra iustitiæ regulam facit, num. 17.

Officium iudicis datur pro detentatione, qua quis fuit priuatus, nume. 19.

DECISIO XXX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ANdreas Cicchi de dicta rerra, cum promisisset pro dote Cleliç eius filiæ scuta mille, & pro summa florenorum centum quinquaginta dedisset nõ nullos pãnos, & pro residuo promisisset Horatio Medaliæ viro præfatæ Cleliæ vnã possessionem *detta della Santa*, quam antea præfatus Andreas locauit Cornelio Guerrerio pro certa annua florenorum responsione, ac pacto expresso, quod dicta possessio nõn possit alicui dari, ac obligari in præiudicium dicti Conductoris. Dicto Medalia in possessionem dictæ terræ immisso vigore litterarum Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Gubernatoris, directis Prętori prædictæ terræ Sancti Elpidij, & sibi postea præsentata quadam inhibitione ad instantiam dicti Guerrerij existimans se posse possessionem suam continuare captis clauibus domus dictæ possessionis, indeq; expulsis bonis, & personis cum prohibitione ne ibidem amplius accederent.

Dubitatum fuit an pro parte dictæ Medaliæ possit dici aliquid attentatum.

Prima facie videbatur dicendum, quod non, quia qui continuat suam possessionẽ non dicitur attentare. Innocen. in capitulo venerabili, num. 3. de censib. fo. 185. vbi Episcopus existens in possessione visitandi, nõ obstanre contradictione, & appellatione Abbatis prætẽdentis exemptionem, ac prohibitionem potest continuare suam visitationem Rot. in antiq. decis. 10. aliàs 89. uota quod vbi post appellationẽ in antiq. fol. 45. & Castrens. cons. 346. formę capituli, numero 2. lib. 1. vbi capitulum existens in possessione eligendi porest eligere nõ obstante lite, vel appellatione, etiam si ius non haberet. Dec. consi. 103. in causa possessionis,
2 num. 1. rano est, quia licet vnicuique vti iure suo, l. si fundum, C. de rei vẽdic. & etiam
3 quia non debet quis commodo possessionis priuari. Franc. in capit. cum teneamur de appellat. num. 1. fol. 21. à ter. & Cast. vbi supra, etiam si huiusmodi continuatio fieret per modum recuperationis secundum

Innoc.

Innoc. in dicto capitulo venerabili, num. 4. folio 185. & Fastolus causa 20. eodem die dub. 40. primum an videatur, fol. 115.

4 Præsertim cum dictus Cornelius esset simplex detentor, non autem possessor l. si quis ante, ff. de acq. possess. & Medalia sæpe
5 dictus fuerit missus in possessionem auctoritate iudicis, quæ excludit omne vitium
6 attentatorum, cum iuste possidere dicatur qui auctore Prætore possidet, l. iuste possidet, ff. de acquir. possess.

7 Nam cum expulsio colonorum præfata facta fuerit per dictum Medaliam lite pendente, & causa introducta super præcepto præsentato dictis colonis, vt discederent de possessione de qua agitur, dicitur pro parte dictæ Medaliæ fuisse attentatum, quod in primis, & ante omnia debet reuocari secundum Rot. in nouiss. decis. 2. fuit dubitatum, nume 1. de restit. spoliat. fol. 36. & commu-
* nem * opinionem, de qua per Viui. p. 2. opi. 30. attentata Pedemon. decis. 5. certa dic, à Iudice, num. 1. cum seq. Couarru. pract. q. capit. 23. nume. 2. vers. tertia interpretatio fol. 462. Duen. Regul. 42. in princ. fol. 22. & Regula 273. fol. 154. Asin. in sua Praxi iudicial. §. 31. capi. 2. limit. 3. colum. 1. & limit. 3. fol. 375. cum seq. & Lancellot. de attentat. in 2. par. cap. 11. num. 14. & seq. & capit. 12.
8 nu. 75. cum seq. fo... etiam ex puro, & mero iudicis officio, & nullo iuris ordine seruato, vt censuit Rot. in nouiss. d. decis. 2. aliàs 13. de restit. spoliat. & d. decis. 1. aliàs 474. nota si attentata, nume. 1. in antiquis fol. 17. & non docto de interesse petentis, vt censuit Rot. in nouiss. decis. 48. par. 3. & non constito de innouatione vigore constitutionis, c.
9 31. lib. 6. fol. 405. propè fin. quia offendunt legem, iudicem, & partem. Alexand. consil. 99. visis processibus, num. 9. lib. 5. Rot. Auinio. decis. 8. possunt, num. 2. & plus iudicē, quam partem, immo legem prohibentē, ne lite pendente aliquid innouetur, vt in dicta de ... 2. aliàs 13. nu. 1. de restit. spoliat. & decis. 1. aliàs 474. & Bellamer. decis. 101. Si constat vt lit. pendent. fol. 87.

Et tanto magis debet fieri dicta reuocatio eius, quod fuit attentatum, quia rece-
10 ptio clauis, & eiectio colonorum fuit post inhibitionem, & sic irrita, & nulla cap. non solum in fin. de appellat. in 6. Rot. decis. 20. aliàs 130. si post inhibitionem eodem titu. in nouis, fol. 62. & retractanda secundum Roman. consi. 330. circa primum, nume. 4.
11 & coloni expulsi per viam attentati in pristinum statum reponendi, quia hac via facilius succurritur, quam alio remedio recuperandæ possessionis. Dec. consil. 103. In causa possessionis, numero primo.

Non obstat dum dicebatur, quod Medalia continuando dictam possessionem non dicitur attentasse.

12 Nam respondetur id procedere, quando quis possidebat, & quando cōtinuatio possessionis fit eodem modo quod ante, vt inquit Francus in dicto capitulo cum teneamur, num. 1.

Secus in casu isto, in quo Medalia cum ante inhibitionem, nunquam habuerit possessionem fundi, de quo agitur, eo quod nō fuerunt eiecti coloni, cum tota familia, & bonis, vt de iure faciendum erat per doctrinam Bart. & aliorum in l. peregre §. quibus de acquir. possess. Cec. d. cons. 103. In causa possessionis, nume. 1. in fi. in vers. & Dominus qui retinet, & Gozzad. consil. 86. videtur prima facie per tot. Crauett. cons. 5. tria sunt principaliter, num. 11. Natt. cons. 538. fuit quęstio agitata, nume. 10. lib. 3. Bero. q. 47. magna olim quęstio fuit, nu. 4. & seq. Bursat. consi. 60. fuit aliàs in rerum natura, num. 19. lib. 1. Honde. cons. 20. contenditur numero 15. vt patet ex eius confessione, licet eam cepisse arbitratus fuerit mediantibus baiulo, & executore virtute dictarum literarum, non potuit eam continuare nisi eo modo, quo fuit capta, quod cum fuerit inutiliter, quia remanserunt in ea sæpedicti coloni, inutiliter, & frustratoriè dicitur cōtinuata, & sic continuatio huiusmodi tanquam inanis, & vacua non releuat, præser-
14 tim, quod lite mota, & post inhibitionem omnis possessio subsecuta dicitur attentata, per ea, quæ tradit Lancellot. in suo tractat. de attentat. lit. pendent. limit. 1. num. 14. & 26. tom. 5. fol. 321. à ter. & 322.

Nec dicatur, quod expulsio colonorum cum tota familia non est necessaria, quādo possessio fuit capta de mandato iudicis, vt in præsenti specie, nam tunc acquiritur possessio absque expulsione coloni, cum
15 idem operetur immissio auctore Prætore, quod operatur expulsio secundum Angel. in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor in fi. ff. de acquiren. possess. Honded. dicto cons. 20. num. 15.

16 Quia id habet locum quādo ritè fuit facta immissio secus si non citato possessore, vel aliàs non ritè iudex id fecerit, quia tunc immissus non constituitur verus possessor, vt in term. dicit Bal. cons. 135. in causa egregii Medicinæ Doctoris, num. 2. lib. 2. Gabr. cons. 52. Puto Liciniæ esse super prætenso numero 12. lib. v. & Honded. dicto cons. 20. num. 19.

Sed in casu isto immissio prętensa fuit facta

facta pendente lite super validitate, & inualiditate præcepti Colonis facti, qui contradicebant, & sic in casu prohibito per ea, quæ tradit Socc.consi.78.licet pendeat, numero 7.& seq. lib.3. & Lancellot. de attentat. lit. pendent. limit. 1.num.14.tom.5.fo.
17 321.à tergo.ergo non potest dici ritè facta, nam non dicitur ritè facere, qui contra iustitiæ regulam facit, vt in terminis probat text. in cap. post electionem de concessio. præbend. in illis verbis (non potuit, nec debuit in alium ritè transferri: memorato R. qui contra iustitiæ regulam in Archidiaconatum alterius prouehisse consensit).

Prout minime obstare videtur, dum opponebatur sepe dictum Cornelium esse simplicem detentorem, non possessorem.

18 Nam respondetur, non requiri probationem possessionis, sed solam detentionem, & statum, in quo, quis erat tempore attentationis, vt per Inuoc. in cap. dilecti, num.2. & seq. de maioritat. & obedien. Rot. in antiq. decis.11.aliàs 56.nota, quod vbi aliquis de caus. possess.& proprietat.fol.26.& Lancellot. de attentat. in tit. de probat.attenta, cap.26.nu.31.to.5.fol.440. à ter. quia status lite, vel appellatione pendēte, vt inquit Bellamer.d.decis.101.si constat fol. 87. siue sit legitimus, vel illegitimus non debet mutari, immo post Paulum de Castr. in l. Aquilius, num.5.ff.de donation. Luca de Pen. in l.si coloni, quæst.21.C.de agric.& censi. dicit Neuizzan. consil. 80. Benedictus es Domine, num.3.relatis per Lancellot. loco citato, num.32. quid pro huiusmodi detenta
19 tione, qua quis fuit priuatus, competit officium iudicis, vt restituatur sibi detentatio oblata.

Nec obstat dum dicebatur iuste possidere, qui auctore Pretore possidet, nam preter id, quod supra fuit dictum de iudice, qui non ritè processit, Respondetur non iuste possidere, qui attentat auctore pretore, nam tenetur restituere, vt probatur, ad literam in l.meminerint, C.vnde vi ibi (sed illico quidam possesio ei à quo est ablata reddatur).

Etiam, quod licitè iuisset ad dictum iudicem, quia ratione excessus omnia tāquam attentata veniunt reuocanda, vt per Lancellot. in dicto suo tracta. de attentat. vt lit. pendent. limit.1.nu.37.à ter.& seq.fol.322.

Laus Deo, & B.Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Promissio de soluendo anterioribus creditoribus, an comprehendat creditorem canonum decursorum post mortem spectantium ad hæredes, & successores, ad quos ex forma contractus emphyteosis est deuoluta.

SVMMARIVM.

Actione personali, an teneatur quis ex contractu emphyteotico, num.1.

Emphyteota dicitur personaliter obligatus ad canonem, num.2.

Actio personalis non sequitur fundum sed personam, num.3.

Pensio, seu census, quando imponitur ad certum tempus, non censetur obligata res, super qua imponitur, sed persona, num.4.

Obligata an sit persona, vel res pro tributo Principis, num.5.

Promissio de soluendo creditoribus, de quibus intelligatur, num.6.

Dominus directus emphyteosis durante vita ipsius emphyteotæ dicitur ipsum acceptare pro debitore canonis, postea verò successores in ea. nu. 7.

Emphyteosis solutio, ad quem seu quos spectet, numero 8.

Onus soluendi canonem dicitur realis, num. 9.

Possessor emphyteosis, an teneatur, ad solutionem canonis, nu.10. soluenti pro aliquo, quæ actio competat, nume.11.

Ratum haberi non potest, quod meo nomine non est gestum, num.12.

Debitor post mortem non dicitur amplius debitor, numero 13.

Hæredes ex aditione obligantur ex quodam quasi contractu creditoribus, num.14.

Solutio debiti dicitur facta proprio nomine, & non alieno, num.15.

Vendens simpliciter in dubio dicitur vendere proprio nomine, num.16.

Solutio an dicitur facta in vim præcedentis obligationis, etiam quando solutio, & traditio non conuenit

uenit summæ præcedentis obligationis, & obligatio præcedens esset inutilis, num.17.
Soluens nulla habita cessione, an possit agere, nu.18.
Hæredes, & successores emphyteotæ tenentur insolidum, num.19.
Obligationis conditio ex persona hæredum non mutatur, num.20.
Vendens emphyteosim, cum consensu directi Domini liberatur ab omni soludo, num.21.
Creditor consentiens alienationi, an videatur remittere ius suum, num.22.
Cautela pro creditoribus consentientibus alienationibus, nume.23.
Actio personalis non oritur ex contractu Emphyteotico; sed in rem scriptã, quæ concomitatur quemlibet possessorem, num.24.
Obligatio, an sit personalis, vel realis, quomodo cognoscatur, num.25.
Solutio, quæ dicitur propter rem, dicitur onus reale, nume.26.
Personalis obligatio, an se extendat ad fundi possessores, num.27.
Contractus factus ad tertiam generationem, an dicatur perpetuus, vel ad certum tempus, nu.28.
Perpetuum, quod dicatur, num.29.
Prædium emphyteoticum, an dicitur hypothecatum pro canone, num.30.
Possessor quilibet rei emphyteoticæ tenetur ad canonem, num.31.

DECISIO XXXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

CHristophorus Faber, appellatus, creditor Petri Antonij Busfalini de certa summa florenorum, cum sibi innotuerit d. Busfalinum vendidisse certam portionem meliorainentorum cuiusdam petij terræ emphyteoticę cum consensu Illustrissimi, & Reuerendissimi Episcopi Maceratensis Io. Bonaceræ, & Simeoni eius fratri pro pretio florenorum 260. & quod dicti emptores appellantes remanebant debitores dicti Petri Antonij de d. pecuniarum quantitate, egit contra eos, qui cum inficiarentur teneri ad petita saltem respectu petitionis dictarum pecuniarum, quas soluerunt dicto Episcopo Maceratēsi tanquàm anteriori creditori q. Thomæ Busfalini patris dicti Petri Antonij venditoris ad formam conuentionis initæ in d. instrumento venditionis, in quo specialiter fuit promissum soluere dictas pecunias anterioribus creditoribus dicti q. Thomæ.

Dubitatum fuit, an solutum præfato Episcopo diceretur, vt asseritur debitum sępedicti Thomæ.

Et dicebatur, quod sic non solum, quia constat per instrumentum, de quo in actis dictum Thomam vna cum Simeone, & d. Ioanne Bonacera insolidum se obligasse pro se, suisque hæredibus masculis, vsque ad tertiam generationem masculinam dare, mesurare, & consignare d. Episc. in ædibus, seu magazino Episcopat. quolibet anno tempore recollectionis frumenti certã grani quantitatem, & alia, vt in d. instrumento, fol.41.

1 Sed quia ex huiusmodi contractu dictus Thomas videtur obligatus actione personali, vt in terminis emphyteotæ priuati dicit Cyn. numero septimo, & Bartol. in l. fin. C. de iur. emphyt. & Corbol. in suo tract. de iur. emphyt. in titu. de caus. priuatio. ob non solut. canon. limit. 31. num. 1.
2 vers. vel qui, quia emphyteota obligatus ex contractu, vt in casu isto, dicitur personaliter obligatus ad canonem conuentum, l. vlt. in fi. ff. de contrahen. empt. vt dicit Corbo. vbi supra limit. 18. in d. titu. de caus. pri-
3 uat. ob non solut. canon. nume. 10. fol. 259. quæ non sequitur fundum, sed personam, vt probatur in l. fin. §. Lucius Titius, ff. de contrahen. emptio. & per Guid. Pap. decis. 9. quidam homo, num.1. & per d. rationem voluit Alberic. in l. fi. nume. 5. C. de iur. emphyteo. vt inquit idem Corbo. d. limit. 18. nume. 10. & ampliat. 49. de caus. priuat. ob aliena. num. 9. fol. 136.
4 Nec mirum, vt cum petitio, seu census imponatur ad certum tempus, non censetur obligata res super, qua imponitur, sed persona l. Caius Seius, ff. de annu. legat. Guid. Pap. d. decis. 9. quidam homo, nume. 1. & decis. 42. licet de iure in princip. fol. 62. qui in specie in versicu. sed eadem est. dicit idem esse in contractu emphyteotico, se-
5 cus in tributo Principis, l. Imperatores, ff. de vectigal. & commiss. & in rubr. & nig. capitu. sine cens. vel reliq. vt per eundem Guid. Pap. d. decis. 42. in princ. sed contrarium fuit decisum informante D. Iulio Antonello I. C. egregio, quia d. promissio de
6 soluendo creditoribus sępe dicti q. Thomę intelligitur de debitis, ad quæ tenebatur ipse Thomas, dum viuebat, non de maturatis post mortem spectantibus ad successores, & possessores nominatis in contractu
7 emphyteotico, quia vita Thomæ durante Episcopus videtur acceptasse debitorem ipsum Thomam, & obligatos cum eo in soli-

solidum; post mortem vero successores, &
8 possessores, ad quos iure successiuo spectat
solutio emphyteosis, vt in terminis habe-
tur per Afflict. decis. 95. Angel. Galiota. nu.
5. fol. 74. & Vrsil. ibi in addit. num. 3. qui in-
ter alios alleg. Alexan. cons. 79. circa primũ
numero nono, lib. 1. Socin. cons. 119. circa
hanc quæstionem numero 4. volum. 1. Pa-
ris cons. 52. tenetur dominus, nu. 1. & seq.
qui numero quarto, dicit quod in tantum
possidens tenetur soluere, quod nõ potest
se iuuare per conuentionem contrariam.
ratio est, vt ibi numero quinto, quia cum
9 onus sit reale, rem ipsam, & possessorem
10 adeo sequitur, quod alius, quam possessor
ad soluendum astringi nõ potest, & Rym.
cons. 217. fuit in rerum natura, n. 5. faciunt
tradita per Couar. pract. 9. cap. 7. lib. 3. nu. 7.
fol. 240. etiam vbi ageretur de canone præ-
terito. Afflict. d. decis. 95. nume. 3. & ob id
non teneri d. venditorem, qui nõ possidet,
eo magis, quod asseritur d. Bonaceram sol-
uisse dicto Episcopo, quod spectabat ad
Achillem Ruffum successorem Domini-
ci filij d. q. Thomæ, & fratris d. venditoris
11 pro eo, quo vbi haberet aliquam actionem
contra d. Ruffum nempe negociorum ge-
storem, vt per Bart. in l. si pupilli, §. item
quæritur, nume. 6. ff. de negoc. gest. de quo
etiam dubitari potest per ea, quæ tradit ibi
glos. in verbo sed fuit, dum inquit ratum
12 haberi non posse, quod meo nomine non
est gestum, de cuius veritate videri potest
Petr. de Bellapert. in l. ei qui, C. quod cum
eo, numero quinto, lib. 7. fol. 463. eam habe
ret contra eum ad quam spectabat solutio
d. canonis, nempe contra d. Achillem Ruf
fum, & non contra d. q. Thomam; vt de di-
13 tecto prætenditur, nam debitor post mor-
tem non dicitur amplius debitor, l. qui hæ-
di, & l. Meuius in princ. ff. de reg. iur. sed de-
buisse. Paul. de Castr. & alij in l. qui Romæ,
§. Augerius, ff. de verb. obligatio. transfer-
tur enim in hæredes, qui ex aditione hære-
14 ditatis obligantur ex quodam quasi con-
tractu creditoribus, vt per Benedic. de Barz.
in suo tracta. de quarantig. quæst. 9. descen
dam in vers. sed solum., colum. 4. fol. 214.
qui allegat text. in l. 3. §. idem scribit, ff. de
de pecul. qui tenentur actione personali;
cum ex hereditatis aditione dicatur quasi
contrahere. Alexan. consil. 98. viso, & con-
siderato, n. 4. lib. 2. & Rot. Lucan. in nouiss.
decis. 120. moti quia colum. 2. in vers. quia
per aditionem fol. 184.
15 Secundo, quia dictus Ioannes Bonacera
soluit debitum proprium, non autem debi
tum d. q. Thomæ, vt prætenditur, quia in d.

contractu emphyteotico etiam ipse Bona-
cera se obligauit insolidum, vt supra, quo
fit vt solutum dicto Episcopo dicatur solu-
tum proprio nomine, vt in terminis ponit
Bart. in l. si pœnæ causa §. Quamuis de con-
dit. indeb. & in l. 1. §. nunciatio, num. 3. ff. de
nou. oper. nunciatio, & gl. in l. Papinianus,
ff. mand. in verb. & suo nomine in fi. quam
Bald. in l. 1. C. de actio. & obligat. num. 1. ap-
pellat meliorem glo. quæ sit in iure. Rym.
iun. cons. 344. dubitatur in primis, num. 68.
lib. 3. per text. in l. & magis, ff. de solut. facit
Veronens. caut. 225. quando quis emit, nu.
16 1. fol. 61. dum dicit, quod vendens simplici-
ter in dubio dicitur vendere iure proprio,
17 & in vim præcedentis obligationis, quam
ipse bona certa fecit, vt probat gl. in l. quæ-
dam mulier in verbo sufficiebat, ff. de rei
vend. & text. in l. 2. C. de acquir. possess.
Cæphal. consil. 156. fructus agri, nume. 14.
lib. 2 qui dicit id procedere etiam quod so-
lutio, & traditio subsequens non cõueniat
summæ præcedentis obligationis. Cephal.
vbi supra nu. 16. & etiam si præcedens obli-
gatio fuisset inutilis & cons. 198. clarè con-
stat, num. 12. eodem volum. Pancirol. cõs.
30. & si dilucidè satis, num. 17. & consil. 36.
cum Domina Hyppolita, num. 3. volum. 1.
Alexan. cons. 90. viso instrumento celebra-
ti contractus, num. 11. volum. 3. Pedemon.
decis. 58. visis actis sindici nume. 13. fol. 317.
& latè per Mascard. de probat. conclus.
1239. num. 4. & conclus. 1319. nnm. 1. lib. 3.
Qua propter cum soluerit debitum pro-
prium, non solum cessat ius repetendi, sed
retinendi, quod prætenditur iam solutum,
18 & vbi remaneret eo, quod solutio facta
fuit nulla habita cessione non posset exer-
ceri, nec contra correos, per ea quæ tradit
Bartol. in l. Modestinus, ff. de solution. nu.
4. & Menoch. de præsumpt. præsump. 143.
egregia est disputatio, num. 4. lib. 3. fol. 272.
nec contra aliquẽ ex hæredibus, & succes-
19 soribus Correorum, qui censentur teneri
insolidum per ea, quæ tradit Afflict. decis.
153. venditur domus, num. 3. fol. 114. Corb.
in suo tracta. de iure emphyteot. de caus.
priuat. ob non solutio. Can. ampliat. 8. nu.
20 8. fol. 194. quia ex persona hæredum con-
ditio obligationis non mutatur, vt ad lite-
ram dicit text. in l. 1. §. ex his igitur stipula-
tionibus, ff. de verbo. obligat. & particula-
riter contra dictum Petrum Antonium.
21 Nam, cum uendiderit, ut supra, eius por
tionem rei emphyteoticæ, cum consensu
d. Reuerendissimi Episcopi Maceratensis
dicitur liberatus ab omni solido per ea, quę
tradit Afflict. d. decisio. 153. num. 5. fol. 115.
& ibi

& ibi Vrsill. in addit. ex dictis, nume. 1. & 2.
22 quia videtur creditor remittere ius suum, vt probatur in l. si debitor cuius, §. fin. ff. qui bus mod. pign. vel hypothec. so. uat. & in l. sicut, §. si voluntate, ff. eod. Alexand. consi. 189. viso, & maturè num. 12. lib. 2. Rot. Genuens. decis. 190. nomen debitoris, num. 13. fol. 251. quæ dicit ob consensum venditioni præstitum videri renunciatum hypothecæ etiam, quando quis fuerit præsens, & ta-
* cuerit secūdum communem opinionem, de qua ibi, num. 20. fol. 252. in vers. ad septimum, & late per Negusan. in suo tracta. de pignor. 3. memb. 6. par. num. 12. l. 2. C. de remiss. pignor. etiam si talis res emphyteotica alienata per debitorem, cum consensu Domini postea fuerit per debitorem reacquisita, nam etiā tunc non reincidit in obligationem, & hypothecam, vt per eund. Negusan. vbi sup. n. 21. ampliat. 9. & propterea
23 bonum est tali casu sibi reseruare ius solidi, & vti cautela, quam ponit Veron. caut. 257. quando quis fol. 73.

Non obstat primum obiectum factum in allegato pacto de soluendo anterioribus creditoribus Thomæ, ex quo inferebatur rectè fuisse solutum d. Episcopo, quia agebatur de debito sæpedicti Thomæ, quia vt supra dictum fuit, non probatur fuisse solutum debitum d. Thomæ, vt erat necessariū ad docendum de obseruantia afferti pacti.

Nec refragatur, dum successiuè dicebatur propterea teneri d. Thomā actione personali, quæ nō sequitur fundū, sed personā.

Quia vitra alias solutiones adductas per Vrsill. in addit. ad Afflict. d. decis. 95. num. 3.
24 & seq. vers. quibus non obstant fol. 74 posset secundum eundem, nu. 7. dici ex huiusmodi contractu emphyteotico nō oriri actionem personalem, sed in rem scriptam, quæ concomitatur quemlibet possessorē. Ias. in §. quædam institu. de actio. nume. 22. fol. 196. & DD. in rubr. ff. de reb. credi. com
* muni * suffragio insistunt.

Quin etiam non oriri actionem personalem ex dicto contractu, vt fit manifestum ex traditis per Veronens. de seruitu. vrban. prædio. cap 2. num. 6. to. 6. part. 2. fol. 177. à
25 tergo, dum dicit, quod ad cognoscendum an obligatio sit personalis, videndum est, an forma obligationis cōtineat causam, nam personalis obligatio apparet ex eo, quod causa non exprimitur, qui allegat Barto. & Docto. in l. fi. ff. de nou. oper. nuncia. Sed in casu isto promissio canonis fuit facta occasione rei traditæ in emphyteosim, & sic cū
26 causa ergo realis dicitur, quia solutio, quæ fit propter rem, dicitur onus reale, vt in ter minis contractus emphyt. consuluit Cæph. cons. 200. pro resolutioue lib. 2. subdēs propterea nu. 3. grauari non posse, qui rem nō habet, & sic contra singularē successorem datī actio hypoth. vt per Affl. d. dec. 95. nu. 6.

Insuper non facit ad negocium dum vltimo loco dicebatur, quod quādo census, siue pensio imponitur ad certum tēpus, non cēsetur obligata res, super qua imponitur, sed persona, etiam in contractu emphyt.

Quippè respōdetur pluribus modis. Primo esto, quod vera sint præassumpta in dictis obiectionibus, quod d. Bonacera nō potest obtinere, quia aut soluit d. Illustriss. & Reuerendiss. Episcopo proprio nomine, vt præsumitur ex supra deductis, & tūc excluditur, quia non hēt cessionē, de qua supra fuit dictum, aut. fecit noīe d. Thomæ, quē d. Bonacera asserit personaliter esse obliga-
27 tū, & tunc dicitur, quod illa personalis obligatio non se extendit ad fundi possessores, nisi in certis casibus enumeratis per Guid. Pap. decis. 573. actio personalis fo. 865. & d. decis. 9. quidam homo in ver. bene tamen fateor, inter quos non comprehenditur casus, de quo agitur. Aut se extendit ad fundi possessores, & tunc obstat, quod non soluit debitum Thomæ, vt sæpe fuit dictū; vnde patet omni casu ipsum perperā laborasse.
28 Secundo, quod d. cōtractus factus ad tertiam generationem dicitur perpetuus, siue
29 perpetuum dicatur, quod lōgo tpe durat, vt notatur in rubr. & in §. 1. instit. de perpet. & temp. actio. & in l. 1. ff. pro soc. siue quod durat vsq; ad centū annos, vt per Dec. cōsi. 378. viso motiuo in fi. in vers. quarto, & vltimo notandum, & Duran. de art. testā. caut. 57. n. 2. nā vtroq; casu nemo negabit hmōi contractū dici ad longum tempus, cū id totum in iudicis arbitrio consistat secundum
* cōem * opin. de qua testatur. Alex. in d. l. si vir, nu. 25 ff. solut. matrim. relatis per Men. de arbitrar. cas. 5. in fi. n. 12. fo. 82. nec quod dictæ tres generationes verisimiliter non possint durare vsq; ad dictum tempus centū annorū per ea quę tradit Meno. de psūpt, pręs. 49. cū multa lib. 6. n. 28. fol. 108. cum perpetuum dicatur ēt, quod est in potentia perpetua, vt probat Card. in Clem. 2. de rescript. nu... & facit text. in ca. clericos, & ibi gl. in verb. perpetuam de cohabit. cleric. & mul. relatis per Io. de Sylu. in suo trac. de benefic. q. 1. p. 1. n. 63. to. 15. p. 1. fo. 15. & hmōi dictio diuersimodè interpretatur secundū subiectam materiam l. 1. cum ibi notat. ff. pro soc. aut. perpetua, c. de sacr. san. eccl. & Io. de Annibal. in l. nemo potest, num. 567. ff. de leg. 1.

G Quo

30 Quo fit vt res tunc dicatur hypothecata,
31 & quod quilibet possessor teneatur, vt post Hostien. in summ. in titu. de locat. §. quæ actio, num.13. in vers. sed si dixit fol. 954. & Specul. in tit. de emphyteos. §. nunc aliqua de iure, nu. 109. vers. 86. quæritur, fol. 207. in terminis dicit Guid. Papa decis. 432. supra quæst. 108. tetigi, nume. 17. maximè hodie, quod communiter quis in omnibus ferè contractibus obligat se, & omnia bona sua pro obseruatione contractus, vt dicit Vrsil. ad Afflict. d. decis. 95. numero 2. quæ hypotheca, vt dicit idem allegando Aret. consil. 70. in causa quæ vertitur 1. col. & cons. 104. in causa magnifici, 1. col. operatur quod res huiusmodi onere affecta mediante hypotheca pro reddditu in tantũ afficiat nouum possessorem, quod teneatur ad d. redditum, seu canonis solutionem.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXII.

MVRRIVALLIVM.

ARGVMENTVM.

Appellatio an dicatur deserta, quando pars nimium se arctauit in fine anni, & sententia, a qua fuit appellatum, est nulla.

SVMMARIVM.

Pars quando nimium se arctauit in fine anni ad prosequendum, an releuetur probato legitimo impedimento, num. 1.

Fatalia dantur non solum ad prosequendum appellationem, sed finiendum, num. 2.

Iudicis impetratio an sufficiat, nisi etiam pars citetur ante lapsum fatalium, num. 3. & 24.

Inhibitio obtenta ante lapsum fatalium, non releuat, nisi fuerit infra dictum tempus executa, numero 4.

Iudicium incipit à citatione non à commissione de citando, nu. 5.

Appellatio an debeat prosequi infra viginti dies à die, qua fuit appellatum, num. 6. & 25.

Acta faciunt notorium, num. 7.

Sententia notoriè iniusta est nulla, num. 8.

Sententia lata sine causæ cognitione, an valeat, numero 9.

Ponderatum non dicitur, quod est festinatum, nu. 10.

Sententia nulla non est sententia, num. 11.

Iudicans nulliter non dicitur iudicasse, nume. 12.

Sententia nulla non potest exequi, num. 14.

Iudex sæcularis, an teneatur exequi sententiam iudici ecclesiastici nullam, siue iniquam, nec præceptum de eius iniustitia scit, vel suspicatur, numero 15.

Sententia non potest exequi, quando post confessionem, & condemnationem liqueret de innocentia rei, nume. 16.

Bonum ius fouens præsumitur non exercuisse causam ob aliquod impedimentum, num. 17.

Impedimenta ante biennium possunt interuenire, numero 18.

Impedimenti probatio, & reprobatio consistit in facto, nume. 19.

Appellatio in dubio non debet pronunciari deserta, num. 20.

Verisimilitudo est cognata naturæ, & habetur pro lege, num. 21.

Annus secundus an detur probato impedimento, numero 22.

Agere non valenti tempus non currit, num. 23.

Stylus Rotæ circa reproductionem inhibitionis, numero 26.

Stylus habetur pro lege, num. 27.

DECISIO XXXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DIcebatur appellationem interpositã pro parte Angelæ Cæsanellæ vxoris Petri Aromatarij contra Frãciscum, & Cæsarem de Porfirijs esse desertam, siue, agatur de iure cõmuni, siue ex forma constitutionis Marchiæ, cap. 9. lib. 6.

1 Nam si agitur de iure communi, obstat, quod dicta Cæsanella nimium se arctauit in fine anni ad prosequendum, quo casu, etiam probato legitimo impedimento nõ releuatur, maxime vbi non remansit tantũ tempus, quod causa potuerit expediri Fettet. consil. 202. Reuerende Pater, nu. 1. & 2.

2 Ratio esse potest, quia fatale, de quo agitur, videtur datum non solum ad prosequendum, sed etiam ad finiendum ipsam appellationis causam. Franc. in ca. ex ratione, nu. 5. de appellat. fol. 121.

Secundo

3 Secundo quia non sufficit impetratio iudicis, nisi etiam pars citetur, & sic appellãs incipiat causam appellationis exercere infra annum, vt per Vestrium in suã praxi Rotal. cap. vlt. lib. 7.

4 Prout non sufficit coram iudice impetraro obtinuisse inhibitionem, & citationẽ infra annum, vt fuit factum tali casu, nisi inhibitio, & citatio parti infra dictum tempus fuerit præsentata, quia iudicium incipit à citatione, §. omnium instit. de pœn. temer. litig. & ibi gloss. Rolan. consil. 53. inspectis his, num. 16. lib. 4. non autem à commissione de citando, vt dicit Vestr. vbi supra, num. 10. fol. 221.

5

Si agitur ex forma dictæ constitutionis

6 pariter obstat, quod dicta Cæsanella non fuit prosecuta causam appellationis infra viginti dies, vt tenebatur ex forma dictæ constitutionis, infra quod tempus, quod connumeratur à die appellationis, vt ibi, tenebatur procurare causæ commissionem, vt in terminis dicit Grat. cons. 100. & sic in decisiuis, nume. 44. lib. 1. fol. 123. à ter. non autem post infra annum allegãdo. Alexan. consil. 164. viso processu, nume. 6. in versic. quia dico lib. 2.

Sed contrarium fuit conclusum, quia agitur de sententia nulla ex capite notoriæ iniustitiæ, & defectus cognitionis causę, vt de primo patet quia dum Cæsanella ex probationibus factis in intentato remedio reintegran. debebat obtinere fauorabilẽ sententiam, iudex pronunciauit oppositum.

De secundo quia post monitionem factam ad sibi exhibendũ acta adeo festinanter protulit sententiam, quod verisimiliter, non potuit illo tempore intermedio videre processum, & omnia diligenter ponderare, vt de his omnibus clarissimè apparet

7 ex actis, quæ faciunt notorium. Grammat. decis. 36. Solon ex septẽ sapientibus, nu. 57. Mascard. de probat. conclus. 1102. num. 13. & 17. lib. 2. Franc. in c. dilecto, nume. 140. de appellat. & Rym. iun. consil. 798. Reuerendus, nume. 3. lib. 7. fol. 167 à tergo.

8 Quod aut sententia notoriè iniusta sit nulla, in terminis dicit Franc. in dicto c. dilecto de appellat. nu. 154. vers. tu aduerte, & nume. 155. vers. sed certè hoc non videtur verum, fol. 190. & seq. Veronens. caut. 8. si sententia, nu. 1. fol. 5. à tet. & seq. Sigismun. Lofred. cons. 32. Quondam Dominus, nu. 19. Anchar. cons. 6. viso themate, nu. 6.

9 Prout quoque nulla est sententia lata sine causæ cognitione. Decian. cons. 38. quæstio nu. 69. vol. 3. fol. 157. Gabr. conclu. 6. de sent. nu. 5. Ferrat. caut. 60. decreto iudicis, nume. primo, & secundo, fo. 120. Mascard. de probat. 1296. num. 36. lib. 3. fol. 183. à ter. Rot. Bon. decis. 36. causa suspecti, n. 2. quasi

10 quod non possit esse ponderatum, quod est nimis festinatũ vt ibi, & quod sit omissum, quod est de iure diuino. Rot. Bonon. decis. 2. dubitatum fuit, numer. 7. fol. 3. Decian. consil. 14. ex præmissis ergo, nume. 87. vol. 3. fol. 113. & cons. 37. quæritur ergo, nu. 34. eod. vol.

Et sic sententia huiusmodi non potuit, nec deferi, nec facere transitum in iudica-

11 tum, quia sententia nulla non est sentẽtia, vt notat Rip. in l. 4. §. condemnatum, nu. 3. ff. de re iudic. & qui nulliter iudicauit, dici-

12 tur non iudicasse, l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. Grat. consil. 163. requisitus, numero 47. lib. 2. Rymin. iun. cons. 282. & prima consideratione, nu. 61. & 63. lib. 3. fol. 221. Io. Botta cons. 69. credidissem, nu. 24. & 26. Rot. in nouiss. decis. 247. repetij p. 3. fol. 138. etiam si causa fuisset commissa appellatione remota. Cæsar de Grass. decis. 147. Resolutum fuit, num. 7. & 8. de solutio. fol. 163.

Et vbi transitum in iudicatum facere potuisset, idem esset, quia si superuenit causa, per quam constet de iniquitate sñiæ non potest exequi, vt probant Innoc. in c. 2. in fi. de purgatio. vulgar. Fely. in c. inter cæteras, nu. 11. in versiculo amplia etiam de senten. & re iudicat. Affl. decis. 28. latè fuerint, nu. 6. fo. 26. & Capur. Aquent. decis. 114. sententia potest, nu. 1. & seq. p. 3. fol. 33.

13 Hinc est quod sententia nulla non potest exequi, vt per eundem Cæs. de Grass. decis. 107. licet reg. sit nu. 6. de appellat. fol. 115. & decis. 97. si valor, prout fuit resolutum, nu. 1. de sent. & re iudicat. fol. 104. Rot. in nouiss. decis. 1378. Romanus in Vercellẽsi de seq. & re iud. p. 3. f. 275. etiam quod tractatetur de executione trium conformiũ, si tamen nullitas est euidẽs, & manifesta ex actis. Rolan. cons. 29. quæritur an à sñia, nu. 44. lib. 1. Rym. iun. cons. 467. circa primũ, n. 112. lib. 4. & Vin. in suis decis. barẽs. decis. 304. executio instrumenti, nu. 6. lib. 2. fol. 412.

14 Prout nec exequi potest, quando est notoriè iniusta ex actis, vt post Anch. cõs. 211. de iure commu. num. 4 Calder. cons. 8. sñia lata in fi. de re iud. f. 23. Franc. in c. dilecti, q. 12. & 54. de appell. Dec. in c. ex par. il 2. nu. 5. vers. quinto fallit circa med. censuit Rot. in nouiss. decis. 85. pro desertione, num. 1. p. 1. f. 30. vbi dicit ita seruari in Rota, facit quod dicit Ferrat. caut. 53. si coram, numero 21

15 fol. 115. dum vult, quod iudex sæcularis non tenetur exequi sententiam iudicis Ecclesiastici, qñ videt eam nullã, seu iniquã,

vel præceptum, de cuius iniustitia scit, vel suspicatur, & Veron. caut. 255. similem cau
16 telam, numero 5. dum firmat sententiam non posse exequi, quando post confessionem, & condemnationem liqueret de innocentia rei, asserendo hoc se habuisse de facto, & esse perpetuo notandũ: & si aliud videatur in sententia Delegati, cui ordinarius obsequi tenetur, per tex. in cap. Pastoralis 28. §. quia vero, de off. & potest. iud. de leg. quod intellige, vt per Fely. ibi, qui plures tradit limitationes.

Et tãto minus causa appellationis potest dici deserta contra dictam Cæsanellã, quia
17 præsupposito notorio bono iure eiusdem facile credi potest dictam Cæsanellam litẽ non exercuisse, causamque ad finem produxisse, vt tenebatur l. fi. §. illud, C. de temp. appellat. ob aliquod impedimentum in primo anno, cum nõ habeat verisimile, quod euidenter bonum ius fouens, absque impedimento fuisset negligẽs, præsertim, quod
18 ante biennium potuerunt ingruenire impedimenta, quorum probatio, vel repro-
19 batio consistit in facto, & sic est dubium, vt ad literam dicit Bal. in l. eos, num. 7. vers. scias tamen de appellat. quem sequitur ibi Salyc. num. 6. & alij citat. per Pedemon. decis. 28. dubitatum fuit, num. 4. vers. in con-
20 trarium, in quo dubio nunquam causa potest pronunciari deserta, vt dicit idem Bal. vbi supra, & fatentur omnes, quia in dubio pro non desertione est inclinandum.

Nec dicatur, quod opinio Baldi, & sequacium, de qua supra est reprobata, vt latè per Pedemon. dicta decis. 28. nume. 12. in vers. quid dicendum.

Quia non loquitur quando concurrit
21 verisimilitudo, quia verisimilitudo est cognita natura. Bald. cons. 180. mortuo filio, nume. 3. lib. 3. & habetur pro lege Oldrad. consil. 13. cum quæstio esset in fine, & summopere à iudicibus sequẽnda. Rolan. consil. 11. omisso multiloquio num. 70. lib. 3.

Nec quando sententia est notoriè iniusta, cum ista executioni mandari ex supra deductis minime possit.

Ex quibus licet omnia in contrarium adducta possint dici sublata.

Ad primum tamen obiectum posset re-
22 ponderi, quod probato impedimento passim datur secundus annus etiam absq; aliqua declaratione. Pedemon. dicta decis. 28.
23 num. 11. quia non valenti agere non currit tempus.
24 Ad secũdũ, quod quidquid sit de rigore, aliud tamẽ est, amplectendo benigniorem partem, vt per Vestr. in d. sua prax. Rota c. fi. lib. 7. num. 11. qui non negat in huiusmodi specie esse mitius agendum.
25 Ad tertium, & vltimum, quod dicta constitutio Marchię capit. 9. lib. 6. loquitur de causis deuolutis ad Rectorem, & suam curiam, non autem de causis deuolutis ad Sãctissimum prout erat dicta causa Cæsanella, quæ appellauit ad Papam, vnde indoluit
26 Praxis, & stylus, quod dicti 20. dies, infra quos debet fieri citationis, & inhibitionis reproductio, computantur à die aditi iudicis impetrati, seu ad quem ex forma capit. Rotæ, capitu. 21. fol. 6. Causa est deuoluta, à quo stylo non videbatur discedendum, cũ
27 habeatur pro lege, c. quam graui de crim. fals. & stylus omnium curiarum sit seruandus l. fi. & ibi. Angel. C. de iniur. Angel. in repet. l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. & Marc. Anguiss. cons. 98. nu. 1. & seq. Gigas de pension. ecclesiast. q. 22. nu. 14. to. 15. part. 1. fo. 338. & q. 58. num. 2. fol. 350.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Quando statutũ præfigit terminum ad appellandum, & dicendum de nullitate, & causam appellationis, & nullitatis terminandum post lapsum termini, an possit dici de nullitate.

SVMMARIVM.

Statutum quando præfigit terminum ad appellandũ, & dicendum de nullitate, & appellationis causã, & nullitatis terminandum elapso termino, an de nullitate amplius dici possit, num. 1. & nume. 2.

Negligens in non faciendo expedire causam in dicto termino, an dicatur renunciare iudicio nullitatis, & eius allegationi, num. 2.

Renuncians tacitè nullitati non potest contrauenire, nume. 3.

Causa habens initium ordinarium, an potuerit in causa appellationis fieri executiua, num. 4.

Origo, & initium attendi debet, nu. 5.

Principium, quando suadet vnum, & finis aliud indi-

iudicatur secundum principium, num.6.
Causa primæ instantiæ non potest fieri coram iudice appellationis, num.7.
Iudex appellationis de quibus cognoscat, num.8.
Sententia nulla non potest deferi, num. 9.
Non entium nullæ sunt partes, nume.10.
Iurisdictio in causa appellationis non potest prorogari, etiam vtraque parte consentiente, num.11.
Exceptio defectus iurisdictionis reo non opponente, an possit per iudicem opponi, nume.13.
Iudex debet prouidere, ne iudicium remaneat elusorium, num.14.
Nullitas ex defectu iurisdictionis censetur opposita per petentem executionem sententiæ nullæ, numero 15.
Iurans non dicere sententiam nullam, an possit opponere nullitatem ex defectu iurisdictionis, numero 16.
Iuramentum generaliter præstitum non debet extendi, num.17.
Sententia nulla non potest consensu partium ratificari, num.18.

DECISIO XXXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Præsupponitur in facto, quod iudex primæ instantiæ de anno 1593. pronunciauit Fiordilisam filiã, & hæredem q. Hypolitæ Muscardę de Sarnano fore, & esse immittendam in possessionem fundi petiti donec &c. pro scut. 100. & fructibus cõtra Io. Mariam Patig. & Mazzolenum, & litis cõsortes. Item, quod causa huiusmodi introducta coram iudice appellationis, qui tenebatur pronunciarę super causa ad ipsum deuoluta, nempe an bene, vel male iudicauerit iudex à quo, pro nunciauit super noua causa coram ipso introducta vigore eiusdem instrumenti exhibiti contra Petrum Dominicum aliàs *Nanino de monte acuto*, declarando ipsum teneri de euictione d. Io. Mariæ, & Mazzoleno, à qua sententia cum fuerit appellatum, & per iudicem à quo declaratum dictam sententiam fuisse transitum in iudicatum, quia appellatio non fuit prosecuta infra quindecim dies ad formam statuti Anconæ rub.37. collat.2. dubitatum fuit, an dicta sententia debeat confirmari, vel infirmari.

Et videbatur respondendum affirmatiuè, quia de lapsu d. termini statutarij aper-
1 tè constat, cum præfigat d. terminũ ad appellandum, & dicendum de nullitate, & causam appellationis, & nullitatis terminãdum, & ibi in vers. quas causas, & in vers. causę vero nullitatis, elapso dicto termino de nullitate amplius dici non potest, etiam si nullitas esset notoria. Alex. cons.105. ponderatis narratis, num.7. vers. quia respondebo, vol.5. Papiens. in forma executionis sententiæ in verbo sapiens, nume.11. fol. 430. Achill. de Crass. decis. 15. nullitas, etiam ex eisdem actis, num.2. fol.7. Roland. cons.83. videtur prima facie, num.16. vers. secundo respondetur. Cęphal. cons.395. in præsenti casu, num 43. volum.3. Crauet. cons.179. In causa appellationis, nu.4. vbi dicit hoc procedere tam agendo, quàm excipiendo Burs. cons. 73. Dominus de Thedoldis, nu.
1 4. lib.1. & Contard. in l. vnica, C. si de mom. poss. limit.7. ratione nullitatis, numero 67. fol. 192. præsertim vbi pars cępit dicere de nullitate, vt in casu isto, idem Contard. loc. citato, & Gab. de statut. lib.6. conclus.3. nu. 18. ratio est, vt dicit Rolan. pręcitatus quia
2 negligens in nõ faciendo expedire causam appellationis, & nullitatis in termino statutario dicitur renunciare, nedum tacite, sed etiam expresse iudicio nullitatis, & eius allegationi, præter id, quod non debet operari infinitatem, nec quod tacitè renunclans nullitati de nouo possit tali renunciationi contrauenire, vt dicit Burs. qui plures allegat d. cons.73. num.5. lib.1.

Sed Domini dixerunt contrarium, quia
4 dicta causa, quæ habebat initium ordinariũ non potuit per productionem instrumenti fieri executiua in causa appellationis, qa origo, & initium cuiusque entis tanquam radix futuri inspici debet. Bald. in cap. quæ in ecclesiarum, numero 51. de constitu. &
6 etiam quia quãdo principium suadet vnũ, & finis aliud, est iudicandum secundũ principium, & non secundum finem. Io. de Anan. in c. in tantum 4. num. 15. in vers. Adde etiam de Collusio. Rota decis.13. aliàs 465. extra Rotam, num. 4. de probatio. in nou. fol. 48. quia principium potentissima pars est, vt tradit text. in l.2. ff. de orig. iur.

Sed secundũ principium causa non erat deserta, quia regulabatur secundum naturam causarum ordinariarum, non autem executiuarum; ergo non intrat præfatum statutum loquens de causis merè executi-
7 uis, præsertim cũ loquatur de causa appellationis, quæ non potest verificari, quo ad dictum Naninum, contra quem nulla pręcessit prima instantia, sed ex abrupto fuit conuentus coram iudice appellationis, qui nul-
8 liter contra ipsum pronunciauit, cum iudex appellationis non sit iudex nouæ cau-

sæ, sed solum cognoscat, an iudex primæ instantiæ bene, vel male iudicauerit. Barto. in l. 1. numero tertio, C. si aduers. libert. Castren. in l. ab executione, numero tertio, de appellatio. Robert. Marantan. in l. is potest, numer. 151. ff. de acquir. vel omitt. hæredit. num. 151. lib. 3. fol. 461. Aym. consi. 273. nobilis Domine commendarie, nume. 7. Duen. regul. 48. appellatio à diffinitiua, num. 2. fo. 28. a tergo. Natt. consil. 573. vetus extat decretum, num. 35. lib. 3. & Rot. Flor. decis. 9. decoxerat Bernardus, nu. 18. & hoc ex causis comprehensis, & deductis in prima instantia non ex nouis, vt per Rot. Lucan. per Magon. deci. 26. spectabilis Iosephus Guazzilus, nume. 37.

9 Et sic huiusmodi causa non potuit deseri, quia sententia nulla nō confit matur per desertionem nisi cum Iudaica interpretatione. Præposit. in cap. dilecto, num. 62. in versiculo, & hoc expresse de appellatio. etenim, quod non est, non deseritur, & non
10 entium nullæ sunt partes, præsertim, quod nullitas ex defectu iurisdictionis etiam vbi locus esset dicto statuto, sub eo non comprehenditur, vt mox dicetur.

Nec opponatur de prorogatione iuris-
11 dictionis, quia in causa appellationis iurisdictio non potest prorogari, etiam vtraque parte consentiente, quia causæ appellationum sunt misti Imperij, & pertinent ad authorit. superiorum Bal. super feud. de pac. constan. in §. hoc, quod nos, nu. 21. Marant. in suo spec. p. 4. d. 22. fol. 184.

Ex quibus, licet cessetquod supra adducebatur ad probandum desertionem vigore sæpedicti statuti, nihilominus, vt veritas
12 clarius enitescat dicitur præfatum statutū non cōprehendere nullitatem ex defectu iurisdictionis, vt in terminis dicit Franc. in cap. dilecto, num. 135. de appellatio. fol. 98. Bald. in l. scire oportet, §. hæc de his, ff. de excusat. tuto. Nell. inter consi. cōs. crim. diuersorū, consi. 47. In dubio, num. 16. lib. 2. fo. 60. qui dicit, quod nunquàm intelligitur exclusa, sed reseruata, nisi de ea fiat specialis mētio. Vant. in suo tract. de nullit. in tit. quis possit dicere de nullit. nu. 37. 38. & 39. Bertazz. in suis consi. crim. consi. 469. multa fuerunt, n. 6. lib. 2. f. 267. maior est enim vt inquit idem consi. 465. male proculdubio, nu. 24. eo. lib. 2. quacunq. alia nullitate. Rym. iun. consil. 281. & prima consideratione, nu. 70. lib. 3. fol. 221. Calcan. consi. 16. visis elegantissimis allegationibus, nu. 73. in vers. & si statutum
13 vbi quod plus est, dicit talem exceptionem
14 etiam reo nō opponente posse opponi per iudicem, ad cuius officium spectat prouidere, ne iudicium remaneat elusoriū, vt post Alexan. consil. 225. ponderatis his, nume. 2. lib. 6. fol. 151. & alios tradit. Rot. in nouiss. decis. 666. proposita causa, nu. 4. p. 1. fo. 225.
15 Quia intelligitur opposita per eum, qui petit executionem, dum ostendit sententiam nullam. Gozzadin. consi. 72. in causa ex ciuitate Anconę, nume. 6. qui inter cæteros allegat Felyn. in cap. pastoral. de except. nume. 12. qui præter id quod eam ampliat etiam si esset prohibita exceptio de omni specie nullitatis, dicit quod qui iurauit non
16 dicere sententiam arbitratoris nullam, potest dicere de nullitate, quæ est ex defectu potestatis, & alij citati per Gabr. de statu. lib. 6. conclus. 3. num. 17. fol. 356.
17 Ratio est, vt inquit Rym. iun. d. consi. 281. Et prima consideratione, nume. 71. nam ad huiusmodi iuramentum generaliter præstitum non extenditur, & hoc quia talis sen-
18 tentia nulla non potest consensu partium ratificari. Præposit. in d. c. dilecto, num. 100. in versiculo talis sententia de appella.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXIIII.

RECANETENSIS.

ARGVMENTVM.

Solennitas requisita à Constitutione Marchiæ lib. 5. capi. 25. an sit seruanda in contractibus, seu instrumentis dotalibus.

SVMMARIVM.

Contractus dotis factus non seruata forma constitutionis, an valeat nu. 1. 5. 9. & 12.

Iura noua quantumcunque generaliter, & vniuersaliter loquentia non comprehendunt casus habentes specialem fauorem, num. 2.

Dotis augmentum gaudet priuilegio dotis, num. 3.

Dotis augmentum est propriè dos, num. 4.

Dotis augmentum, quando non dicatur ex causa dotis, sed simulatè factum ad euitandas solennitates statuti, & constitutionum, num. 6.

Priuilegium dotis an habeat, quod extra dotē datur, quando adest fraudis suspicio, d. num. 6.

Cauda

Cauda non solet esse maior capite, num.7.
Dotis augumentum quando habet vim donationis, num.8.
Dotis causa, quo ad minores, non est priuilegiata, numero 10.
Verba generalia, vniuersalia, & geminata statuti, seu constitutionis comprehendunt etiam causam dotis, num.11.
Mulier potest se obligare pro dote, num.13.
Forma accipitur pro solemnitate, num. 14.
Cessantibus fraudibus, ad quæ obuiandum disposuit constitutio, cessat ipsa constitutio, nu. 15.

DECISIO XXXIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN vna Recanetensi vertente inter Nicolinam vxorem quon. Petri Traffichini de dicta ciuitate appellantem ex vna, & Bartholomæū Bernabò Macetatensem incolam dictæ ciuitatis Rechanetensis, & Iacobam eius vxorem appellantes ex altera occasione cuiusdam repetitionis dotis factæ per dictam Nicolinam, & Saluiani interdicti occasione præmissa per eandem intentati.

Fuit à maiori parte Dominorum reso-
1 lutum constitutionem Marchiæ capit. 25.
lib. 5. non habere locum in contractibus
seu instrumentis dotalibus per ea, quæ tra-
dit Salyc. in l.fin. in princ. per illum tex. C.
de iur.dot. Ruyn.consi.94. in causa verten-
te, num.4.lib.1. & consil. 26. videtur prima
facie dicendum, nu. 26. lib.3. Afflict.decis.
111.fuit dubitatum, nume.10. cum seq.fol.
84.& ibi Vrsill.in addit.num.2.fol.85.Bald.
Nouell. in suo tractat. de dot. in sexta part.
2 priuil.48.quia iura noua quantumcumque
generaliter, & vniuersaliter loquentia non
intelliguntur loqui in casibus habentibus
specialem fauorem, vt post glos. commu-
* niter * receptam in l. sciendum in princ. ff.
qui satisd. cogant. & in aut.de hæredit.quę
ab intestat. defer. in princ. versic. vocanti-
bus. In terminis consuluit Eugen. cons.9.
casus qui proponitur, numero 26. fol.52.à
tergo. Honded. consil. 18. visis scripturis,
num.57.Bursat.cons.32.D.Io.Petrus nu.10.
lib.1.qui testatur de magis cōmuni. Etiam
3 quod agatur de augumento, quod eadem
habet priuilegia, l. etiam vbi gloss. & Bald.
in prin.C.de iur.dot. Rub. cons.25.Præsup
ponitur in facto, & Tiraq.de retrac.ligniag.
§.1. gloss.18. numero 51. fol. 251. & in l. si
vnquam vers. donatione, numero 181. C
4 de reuocand. donat. quia augumentum
dotis est vere, & proprie, ac substantialiter
dos, vt dixi supra decis. 27. in causa verten-
te, numero quarto.
5 Licet in pręsenti specie aliud semper sen
serim, & existimauerim rectè fuisse iudi-
catum per D.Iulium Leonellum locumte
nentem in ciuilibus meritissimum Illustris
simi, & Reuerendissimi Rectoris prouin-
ciæ, nam etiam præsupposito, quod dicta
constitutio non habeat locum in dote, cu-
ius oppositum voluit Dec.consi.301. In cā,
quæ nume.3. Præsertim quando statutum,
vel constitutio fingit contractum fuisse ex-
tortum per dolum, & fraudem, nam tunc
dicere, quod dos sit priuilegiata, esset dice-
re, quod dos in causa doli, & fraudis debe-
ret habere priuilegium, quod non est di-
cendum, & considerauit idem Dec. loco
citato, nume.11.in versi.si causa dotis, & in
cons.536.in causa, quæ numero 9.vbi dicit,
quomodo debeat intelligi dictum Salyc.in
dicta l.fin. Tiraq.de vtroq. retract. glos. 14.
num.56. & seq. fol. 229. Anchar.quæst.81.
maxima quæstio, lib.3.numero 42. fol.215.
vbi allegando Tiraq. vbi supra, & Gozzad.
consil.103.videtur primo, nume.3. dicit id
habere locum in omni materia siue sit fa-
uorabilis, siue odiosa, & pœnalis, cum cę-
teris nouissime allegatis per Bertazz.in suo
tract.de clausul. claus.7.gloss.19. nume.19.
versiculo, sed contrariam opinionem, vbi
allegat Vbertinum Zuccard. attestantis de
communi, & magis cōmuni, maxime quā-
do contractus dotis non potest dici celebra
tus propria causa, vt in præsenti specie, nam
tunc quando statutum loquitur per verba
generalia, & prægnantia, comprehenditur
etiam casus dotis: secus si loquitur per ver
ba simplicia, & sic non geminata, vel gene-
ralia, vt in terminis distinguendo habetur
per eundem Bertazz.loc.cit. n.20. Non pro
6 pterea habet locū in augumento dotis da-
to post contractum matrimonium, cū con
grua, & competenti dote prout in casu isto
factum fuit, vt constat per publicum instru
mentum celebratum 4.Febr.1564.fo.37.in
quo apparet Baldū Petri Thomæ Traffichi
ni, & d.Petrum Thomā eius filium habuis-
se à Domina Francisca olim Laurentij, &
Bartholomęo eius filio florenos 500. mo-
netæ pro dote d. Nicolinæ filiæ, & sororis
respectiuè, & die 13.Maij 1568.pro augumē
to d.dotis actualiter scuta 750. prout fo.45.
vt in terminis terminantibus decidit Bald.
Nouel.de dot. priuil. 8.p.7. in vers.sed qua-
tenus, num.3.fo.79.& Gabr.cons.10.stante

statuto num. 3. & seq. lib. 1. quia, tunc cum habuerit antea dotem congruam secundũ qualitatem personæ, & conditionem domus, vt expresse fatentur dicti Baldus, & Thomas in primo contractu receptionis dictorum florenorum 500. monetæ fol. 40. quod post quattuor annos in circa fuit auctum, non dicitur ex causa dotis, sed donationis, & simulate in fraudand. constitutiones ad euitandas solennitates eiusdem fuisse appositum titul. dotis, vt post Socin. consil. 66. frustra plenitudini, colum. 3. nu. 16. volum. 1. Aret. consil. 68. viso puncto, numero tertio, dicit idem Gabr. vbi supra, numero 3. & 4.

Et vbi diceretur ex causa dotis factũ augumentum, idem esset, quia vbi est fraudis suspicio, quod extra dotem datur, dotis priuilegio non gaudet secundum Anton. Gubert. costan. in suo tracta. de matrimon. in rub. dotium singularia, nume. 24. to. 9. fol. 61.

Et tanto magis, quia dictum augumentum est excessiuum, & ter eccedit dotem antea constitutam, quod non habet verisi-
7 mile, cum cauda non soleat esse maior capite, præsertim cum agatur de persona, quę non tenebatur dotare, nam cum ista sit prohibita donare non seruatis solennitatibus dictæ constitutionis, nec potuit facere di-
8 ctum augumentum habens vim donationis tanquam nulla necessitate vrgente factum, vt considerauit idem Gab. dicto consil. 10. num. 6. & seq. lib. 1.

Nec constitutio præfata venit ita genera-
9 liter intelligenda, nam dum quęritur an habeat locum in contractibus, seu instrumentis dotalibus, vt supra; posset sic distingui. videlicet quod aut mulier est minor, & tũc non seruata forma dictæ constitutionis, etiam in dote contractus est nullus, nam in huiusmodi statutis prohibentibus minores obligari comprehenditur absq; aliqua dubietate causa dotis, vt post Ancharan. consil. 94. Ista Domina Ioanna, numero secundo, Corn. consil. 282. circa primum conultationis, numero 57. lib. primo, Dec. dicto cons. 301. In causa quæ, numero 12. Rymin. sen. consi. 63. viso themate prædicto, num. 17. & 18. & consil. 447. supponitur in facto, nu. 16. lib. 1. & cons. 498. in præsenti difficultate, num. 1. lib. 3. Alexan. cons. 66. viso themate, nnm. 2. lib. 4. Rymin. iun. consil. 260. Dicam ego requisitus, nume. 5. lib. 3. consuluit Gabr. consil. 20. pro vera resolutione, numero 22. lib. 2. vbi dicit hanc
* esse veram, & communem * opinionem
10 ratio est vt ibi, numero 42. Quia causa dotis quo ad minores non est priuilegiata.

Et tanto magis prædicta vera sunt in terminis sæpe dictæ constitutionis, quia ipsamet constitutio dicit (id seruari debere in omnibus, & quibuscunque instrumentis fiendis, quomodocunque, & qualitercunque per dictos minores vigintiquinque annis, etiam cum duplici iuramento apposi-
11 to super dictis instrumentis per dictos minores præstito.) quæ verba ne remaneant elusoria ob eorum generalitatem vniuersalitatem, ac geminationem comprehendũt etiam causam dotis virtute verborum generaliũ, & vniuersalium, de quibus scripsi infra decis. 100. dubitatum fuit, num. 52. & 55. vt per Dec. dicto cons. 131. num. 11. in fi. & Natta cons. 410. totum controuersiæ pondus, nu. 6. lib. 2. & videtur voluisse Boccac. super dicta constitutione vt minor. glos. 7. num. 56. fol. 166.

Et tanto magis quia dicere oppositum esset affirmare, quod constitutio Marchiæ, cap. 9. lib. 6. fol. 176. loquens de fatalibus nõ habeat locum in causa dotis per ea, quæ tradit Vrsil. ad Afflict. d. decis. 111. nume. 2. & tamen quotidie quia constitutio vniuersaliter loquitur, practicatur contrarium.

12 Aut mulier est maior, & tunc, aut promisit dotem, aut aliquid donauit pro dote: si promisit dotem, non seruata forma constitutionis valet promissio, quia tunc dos reperitur specialiter priuilegiata, vt scilicet possit pro ea obligari iuxta text. in l. si. & l. si dotare, C. ad Velleian. vt in terminis statuti vrbis considerauit. Put. decis. 160. Aloys. de Gadez. lib. 3. fol. 8 6. scripsit Surd. decis. 164. cum patre dotante, numero 3. & 4. fol. 367. facit Dec. dicto consi. 536. In causa, quę nume. 8. fol. 559. & hoc casu puto procedere iura adducta ad probandum, quod causa dotis sub constitutione non comprehendatur. Et etiam quia dum constitutio dicit (eadem forma seruari volumus, & mandamus in contractibus mulierum, et amaiorum) non adsunt illa verba generalia, & vniuersalia geminata posita supra in ca. in quo loquitur de minoribus, in quo vlterius præsumit contractum celebratum per dolum, & fraudem.

Nec dicatur censeri repetita per illa verba eadem forma, quia forma prædicta non potest referri ad verba, sed ad solennitates supra in eadem constitutione requisitas resultantes ex verbis, nam si relatio esset facienda ad verba, omnia verba in ea posita, in huiusmodi contractibus essent de neces-
14 sitate registranda, quod esset ridiculum, & sine proportione; & sic forma pro solen-

nitate

nitate erit accipienda,& non pro verbis.

Si verò non promittit, sed donauit non
seruatis solennitatibus dictæ cōstitutionis,
15 tunc iterum est distinguendum videlicet,
quod aut tenebatur dotare, & valet quia
cessat suspitio fraudis considerate à consti
tutione.

Aut non tenebatur, & tunc non valet, quia vltra supra deducta, sic uidetur colligi ex illis uerbis constitutionis ibi (& in quibuscunque contractibus donationum bonorum, & iurium quorumcunq; per quoscumque tam maiores, quàm minores ad obuiandum fraudibus, quę quotidie fiant.)

Laus Deo, & B.Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXV.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Gabellam, qui soluere non tenentur, an cogantur denunciare, ne bona cadant in commissum.

SVMMARIVM.

Gabellam soluere, qui non debet, an teneatur denunciare, num.1.2.& seq.& 10.
Dolus requiritur ad hoc vt quis incidat in cōmissum, num.3.
Denunciatio, quando non sit necessaria, num.4.
Statutum, & pactum æquiperantur, num.5.
Conuentio, quæ est ex causa onerosa, late est interpretanda, num.6.
Immunitas concessa per contractum est fortior, numero 7.
Consuetudo an excuset à denunciando, num.8.
Consuetudo attenditur in vectigalibus, num. 9.
Præsumptio fraudum cessat, quando agitur cum probo viro, num.11.
Certus certiorari non debet, num.12.
Consuetudo excusat à dolo, num.13.
Denunciatio non requiritur, quando est data libera facultas deferendi, num.14.
Testis vnicus, quando releuet, num.15.
Suspiciones non sufficiunt ad aliquem puniendum, numero 16.
Gabellarij regulariter non sunt homines omni exceptione maiores, nu.17.
Gabellarij sunt, vt plurimorum homines peruersi vulgo canes publici nuncupati, num.18.
Pronunciatur in dubio contra gabellarios, nu. 19.

DECISIO XXXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa vertente inter Alexandrum Varengum appellatum ex vna, & Publicanos dictæ ciuitatis appellantes, ex altera.

Præsupposito tenore Apodixę inter eos celebrato, de quo in actis, in qua duo principaliter continentur videlicet. *Che detto Varenghi paghi scudi quaranta per tutte le robbe messe, & da mettere, & da cauarsi da Macerata, & suo territorio durante li tre anni della gabella di esso Gabelliero. Et questo pagamento sia per tutto quello, che possi pretendersi del suo negotiare per le robbe della sua Bottega solamente.*

Dubitatum fuit, an dicta bona Publicanis nō assignata inciderint in commissum, vt pro dictorum Publicanorum parte prætenditur.

Et dicebatur, quod sic, quia quādo quis
non tenetur soluere gabellam, prout profi
1 tetur dictus Varengus vigore sæpedictæ A-
podixæ, tenetur tamen denunciare, ne col-
ludatur, & fraus fiat gabellæ appositis alio-
rum mercibus, vt in terminis probat Bald.
consi.79.*dauanti da voi*, nume.4. lib.2. Boss. in
titu. de fraud. vectigal. numero 10. fol.386.
& Cæphal. consi.451. multæ excitantur nu-
me. 260. lib.4. Zabarel. in clem. fin. de cens.
nu.. Ruyn. consi.111. circa primum, num.8.
lib. 5. & Ios. Lud. in conclus. vnica de gabell.
vers. isti tamen, fol. 479. lib. 3. qui loquitur
de clericis, scolaribus, & alijs priuilegiatis.
Maximè quod Varengus prædictus vide-
tur fecisse contra pacta, dum retinuit in do-
mo merces, quæ erant pro seruitio Apotecæ, & sic dedisse non modicam fraudis suspicionem.

Sed cōtrariū verius esse existimabatur,
nam, aut prætenditur, quod merces dicti
Varenghi inciderint in commissum ex ca-
pite non denunciationis, & tunc non valet
dicere, non denuntiauit, ergo bona cecide-
runt in commissum, quia non omnis, qui
2 non denunciat, incidit in dictam pœnam,
sed

3 sed tantum ille, qui dolo omittit id facere, vt probat Abb. consl.68. videtur primo, nu. 2. vers. sed ijs non obstantibus, lib.1. Rolan. consi.42. quod merces, num.15. lib.3. Becc. consil.96. viso processu, num 10. Menoch. consl.98. duo præcipuè, nu.22. lib.1. Bertaz. consl. crim.193. sententia, nume.1. lib.1. Sed in casu isto nullus adest dolus, nullaq; adest fraus, neq; aliqua verisimiliter potest considerari, cum dictus Varengus sit probus vir, vt fuit articulatum, & probatum. Bertazzo. dicto consil.193. num.25.

Secũdo quia, cum dicti Publicani essent tuti vigore præfatæ apodixę, non erat necessaria aliqua denuntiatio, quia iam erat conuentum non solum de eo, quod erat soluendum pro gabella mercium ipsius Varenghi; sed de omni eo, quod poterãt prætendere occasione præmissa, quo fit, vt iniuste sine actione, & causa prætendatur dicta bona, & merces incidisse in commissum,
4 quia quando Publicanus est certus de eo, quod habere debet, vt in casu isto, tunc denuntiatio, seu professio non est necessaria, vt probant Bart. in l. interdum, §. diuus, & ibi Paul. de Castr. num.1. ff. de public. & vectigal.

Prout, nec est necessaria, quando quis nõ tenetur ad solutionem gabellæ. Ferret. in suo tractat. de gabell. nu.172. to.12. fo.87. & Firman. p.9. quęst.29. Ancharan. in clemen. pręsenti, de cens. Horat. Lut. de priuileg. scolar. priuil.55. to.18. fol.81. Bertazz. cons.336. Dominus Zaccarias, nu.9. lib.2. & cons.193. sententia, nu.8. lib.1. etiam vbi prout in casu nostro, quis vigore conuentionis, & pacti talem haberet immunitatem, nam sicut disponente statuto, quod quis non teneatur ad gabellam, nõ tenetur aliquis denunciare, vt per Ferrettum vbi supra: ita stante pa-
5 cto, quia statutum, & pactum æquiparãtur. Gloss. in rubr. de decurio. lib.10. præcipue,
6 quod huiusmodi cõuentio, pręter id, quod habet verba satis clara, & generalia, latè est interpretanda, cum sit ex causa onerosa. Dec. cons.48. maturè, nu.5. vers. item hoc non debetur. Natt. cons.397. Perspectis, nu. 9. & 10. lib.2. Bellon. cõs.20. inspectis verbis
7 transactionis, numero 8. Immunitas enim concessa per contractum est fortior, & sic magis seruanda Bertazzol. dicto cons.336. numero 5. lib.2.
8 Tertiò quia cõsuetudo, vt teneantur denunciare illi, qui cõuenerunt, vt supra cum Publicanis, de qua fuit plene per tres testes probatum, excusat ab onere denunciatio-
9 nis dictum Varẽgum, nam in vectigalibus attenditur consuetudo, vt in terminis probat text. in l. si publicanus, §. fi. ff. de publica. & vectigal. Bald. cons.340. si pater, nume.4. vol.5. Becc. cons.96. viso processu, nume.1. Dec. cons.48. maturè, num.2. & Bertazzol. dicto cons.193. num.5. lib.1.
10 Non obstat, dũ dicebatur, quod qui non tenetur soluere gabellam, tenetur saltem denunciare, quia contraria opinio verior videtur secundũ Doctor. supracitatos: præ-
11 sertim quando agitur cum probo viro, in quo cessat præsumptio fraudum, & Publicani sciũt, vt in casu isto, quod merces ipsius Varenghi nõ tenebantur ad aliud, quã ad dictã summam scut.40. in apodixa specificatam, quia tunc cessat omnis dolus, & fraus præcipuè cum non sit credendum publicanos sese decepisse inconueniendo de minori summa, quam ad rigorem soluere debuissent de mercibus, quas ipse Varenghus remittere, & extrahere solet pro commodo suæ apothecæ, quo fit, vt denunciatio tanquam superflua potuerit ommitti,
12 quia certus certiorari non debet stantibus
13 maximè præfata consuetudine, quæ excusat ab omni dolo, & fraude. Bald. cons.211. proponitur post mediũ in vers. prima opinio lib.3. Bertazzol. d. cons.193. nume.5. & verbis vltimis dictæ conuentionis, quæ cũ demonstrent dictam summam scu.40. solui pro omni eo, quod prætendere possent dicti gabellarij, data videtur libera deferen-
14 di facultas, quæ penitus excludit omnem professionem, & denunciationem, vt per Ruyn. dicto cons.112. circa primum, lib.5. num.8. in vers. ista autem denunciatio præcipue, cum probatur per unum testem dictum Varengum fecisse dictam conuentionem pro se exonerando ab onere denũciãdi merces in gabella, absque eo, quod sic
15 plus soluerit, qui etsi tanquam vnicus non probet, concurrentibus tamen præfatis verbis apodixæ, & sæpedicta cõsuetudine non est spernendus.

Prout non obstat prætẽsa suspicio ex eo, quod bona, quæ debebant seruire pro apotheca, fuerunt reperta in domo, quæ non parum distat ab apotheca; quia hoc nõ est contra conuentionem, cum in ea nõ prohibeatur, quod merces, quę debent seruire pro apotheca, non possint custodiri in domo ad effectum, vt postea uendantur in apotheca, nam contra cõuentionem esset, ubi bona reperta in domo ipsius Varenghi essent pro alio, quam pro apothecę commodo, immo cum clare appareat merces repertas in dicta domo esse de comprehensis in apodixa, hoc est usu apothecę ipsius Varenghi, euidenter apparere dicitur non fuisse

fuisse aliquid fraudis, immo quod fuerit saltem tacitè pmissum, quod possint retineri dictæ merces in sua domo, cum nō soleant detineri per domus alienas seu per plateas ad aerem, & pluuias, præter quam quod nō
16 videtur quempiam posse puniri per suspi-
17 ciones, maxime, quod Gabellarij regulariter nō sunt homines omni exceptione ma-
18 iores; sunt enim, vt plurimum homines peruersi vulgo canes publici nuncupati secundum opinionem Ludou. conclu. vnica de gabell. vers. sed isti lib. 3. fo. 478. procedentes secundum morem suum sine iustitia, vel colore iuris, vt dicit Anchar. consil. 264. præmittendum in fin. contra quos in
19 in dubio est pronunciandum. Craue. cons. 231. circa præsentem in fi. & Becc. consi. 96. viso processu in fi.

Causa tamen super huiusmodi articulo non fuit terminata, quia nulliter dicebatur fuisse coram Rota actum vigore Breuis, de quo in actis, cum fuerit extortum sub die 18. Maij 1595. vt in processu, fol. 9. quo tempore sicut ipsi narrabant Pontifici sententia ad fauorem dicti Varenghi non erat lata, vt legitur in processu, fol. 8. in quo apparet fuisse pronunciatum post diem vnum supra 20. à die datæ dicti Breuis, nempe sub die 8. Iulij 1595.

Licet aliquando per dominum Relatorem proposita maior pars, nempe duo ex tribus votantibus informante D. Alexandro Censio I. C. probatissimo pro parte d. Varenghi tenerent dictas merces non incidisse in commissum.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXVI.

EXINA.

ARGVMENTVM.

Contumax an appellet.

SVMMARIVM.

Contumax verus non appellat, num. 1. & 7.
Fallit de æquitate canonica, num. 4.
Contumax verus non dicitur, qui semel domi fuit citatus, num. 2.
Contumax verus quis dicatur, nume. 3. & 8.
Obseruantia Rotæ est fundata in æquitate canonica, num. 5.
Terminus datus ad appellandum, quando currat, à die latæ sententiæ non scientiæ, num. 6.
Apostoli reuerentiales à quo dentur, num. 9.
Iudex quando functus est officio suo, an possit alicui præiudicare, num. 10.
Appellationes interpositæ ad Papam, an intelligantur deuolutæ ad Rotam, nume. 11.
Quid de querelis, recursibus, nullitatibus, & in integrum restitutionibus. vide num. 12.

DECISIO XXXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa Petri Io. Aloysij appellantis ex vna, & Antonium de Fabris, & litis consortes appellatos ex altera dicebatur pro parte dictorum appellatorum appellationem, de qua agitur esse reijciendam, & nullo modo admittendam,
1 quia agitur de causa veri contumacis, cui appellare non licet. Franc. in cap. Nicolao militi in fin. de appellat. Maran. in suo Spe. p. 6. in Rub. & quandoque appellatur num. 284. fol. 457. Marsil. in l. vnica, nume. 162. C. de rapt. virg. & Boer. decis. 206. & videtur, quod non, num. 10. fo. 458. Præsertim, quia cum fuerit ad Papam appellatum per Gubernatorem. Exij iudicē, à quo, fuerūt dati Apostoli reuerentiales, & denegata appellatio, quo ad alios iudices, quo fit, vt Rota dicatur incompetens.
2 Sed contrariū fuit conclusum, quia non potest dici verus contumax ille, qui semel domi fuit citatus, vt in term. dicit Marant. in dicto suo speculo par. 6. in dicta Rubr. & quandoque appelletur, num. 288. fol. 457.
3 Et tanto magis, quia si attendimus ius commune trina citatio requirebatur, l. cōtumacia, ff. de re iud. Minsing. obser. 9. tritū & vulgare cent. 6. fol. 548. Si ius municipale Exij bina citatio erat necessaria, vt ad literam probatur in statut. Exij rubr. 2. de in ius vocan. lib. 2.
4 Quinimmo, vt dicebat vnus ex Dominis idem esset vbi de vero contumaci ageretur, quia de æquitate canonica etiam verus contumax appellat Ferret. cons. 216. verti-
5 tur quæstio. numero 3. in qua æquitate videtur

detur fundata obseruantia Rotæ de qua decis. 16. aliàs 364. cum iura clamitent in fin.
6 de dol. & contumac. in nou. fol. 42. intelligendo, id de decem diebus datis ad appellandum, à die latæ sententiæ, non scientiæ, vt habetur per Lancillor. de attentat. appellat. pendent. limit. 50. num. 146. to. 5. fo. 380.
7 Id tamen non placuit, quia ex forma constitutionis Marchiæ capitu. 2. lib. 6. fol. 365. manifestè contumax non potest appellare.

Non obstat primum obiectum, dum dicebatur verum contumacem non appellare, quia vt supra fuit dictum, non agitur de
8 vero contumaci, qui dicitur ille, qui fuit personaliter citatus Rot. decis. 16. aliàs 364. num. 1. de dol. & contumac. in nou.

Prout non obstat cautela, qua visus fuit d. Gubernator, quo ad dictam appellationem, quia si dando reuerentiales, qui so-
9 lum dantur, à iudice, à quo habente etiam authoritatem dandi refutatorios, cum huiusmodi Apostolos nullus alius dare possit, c. ab eo. & cap. vt super de appellat. Cassador. decis. 8. appellauerat de appellat. fol. 125. dicitur admissa appellatio, vt per Vestr. in sua Prax. Rotal. cap. vltim. nume. 1. lib. 7. fo. 219. Rotæ in aliquo præiudicare non po-
10 terat, cum iam functus esset officio suo, & vigore cap. Rotæ, vt legitur in cap. 21. fo. 6.
11 Appellationes interpositæ ad Sanctissi-
12 mum, intelligantur deuolutæ ad Rotam, prout quoque ex forma eiusdem capituli deuoluuntur querelæ, recursus, nullitates, & in integrum restitutiones.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XXXVII.

EXINA.

ARGVMENTVM.

Appellare an possit Procurator personaliter citatus ad audiendum sententiam, si comparere neglexerit.

SVMMARIVM.

Terminus ad appellandum currit à die scientiæ, non latæ sententiæ, num. 1. fallit, num. 8.

Scientia vera ad exclusionem appellationis requiritur, nume. 2.

Sententia ad cautelam debet intimari, nume. 3. fallit num. 4.

Contumax verus an appellet, num. 5. 7. 8. & 16.

Contumacia, quæ committitur in nō comparendo tantum, an impediat appellationem, num. 6.

Citatus personaliter dicitur verus contumax, numero 9.

Citatus personaliter, non potest allegare ignorātiam sententiæ latæ, nume. 10.

Rusticus personaliter citatus non comparens, an possit appellare, num. 11.

Appellare, an possit Dominus à die scientiæ, numero 12. & 15.

Contumacia Procuratoris an semper noceat Domino, num. 13.

Actio de dolo contra Procuratorem ad damna, & interesse, an detur, num. 14.

Constitutio Marchiæ præfertur iuri canonico, numero 16.

DECISIO XXXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DVm fuit hæsitatum an à sententia lata contra Franciscum Stephani ad fauorem Pauli Paulini possit appellari, Procuratore personaliter citato ad audiendum sententiam non comparente. Respondebatur affirma-
1 tiuè, quia terminus ad appellandum currit, à die scientiæ, non latæ sententiæ. gloss. in c. concertationi in verbo sciuerit de appell. numero 20. Grauat. in addit. ad Vestr. de appell. Apost. ac eiusdem appell. prosecur. c. 3. numero 52. lib. 7. fol. 211. etiam in personaliter citato, vt voluit Ange. in l. à sententia, §. 1. ff. de appell. quem sequitur Angel. Aretin. in l. 1. §. fi. ff. quand. appell. sit, colum. 2. num. de quo meminit Capic. decis. 139. in causa Hieronymi, nume. 1. fol. 120. quia vt ibi per eum duo copulatiuè requiruntur ad hoc, vt terminus datus ad appellandum currat, nempe, vt sciat quis sententiam fuisse latam, & tenorem eiusdē, & ad literam probat text. in clem. causam de electio. in illis verbis (Porrecto videlicet sibi sub scriptura auctentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo consimili si petita fuerit inde facta) & per Franc. in dicto capit. bonæ
2 memoriæ, num. 22. dum dicit ad exclusionem appellationis requiri veram scientiā, quæ est illa, quæ factum cum omnibus suis quali-

qualitatibus demõstrat, vt in terminis probat gloss. in dicto ca. conuentioni in verbo sciuerit. Nart.cons.162. Perspecto num.33. lib.1.& Pedemon decis.174. Vetam num. 4.fol.711. vnde dicit Franc.in dicto cap.Bo-
3 næ memoriæ, nume.22. in versiculo ideo: cautelam esse intimare ipsam sententiam
4 ad domũ,vel personaliter; licet id non teneretur in vrbe vigore statut.lib.1.ca.106.f.73. quo tempus octo dierum datum ad appellandum currit, à die latæ sententiæ,& non scientiæ, nulla habita ratione veri, vel ficti contumacis.

5 Nec dicatur, quod dictus Procurator, tanquam verus contumax non potest appellare tam ex dispositione iuris cõmunis, quam ex forma constitutionis Marchiæ, c. 2.lib.6.fol.365.

6 Quia contumacia,quæ tantum committitur in non comparendo, quando profertur sententia,non impedit appellationem, vt voluit Dec.consi.34 Pro tenui facultate, numero secundo,in vers. quia respondetur vbi allegat Raph. Cuma.in l.ex consensu,§. fi.de appell.& Fulgo.in l. Properandum, §. & si quidem,C.de iudic. & num.3.

7 Et vbi impediretur,admitteretur ad appellandum saltem de æquitate canonica, qua etiam verus cõtumax appellare potest. Ferret.consi.216.vertitur quęstio. num. 3.

8 Sed contrarium fuit conclusum,nam licet terminus ad appellandum currat, à die scientię,vt etiam voluit glo.ad constit.Marchiæ,cap.1.gloss.1.nu.5.fol.362.id non procedit in citato personaliter, vt in casu, de quo agitur, nam tũc terminus ad appellandum intelligitur, à die latæ sententiæ,non autem scientiæ, vt in terminis dicit Fely.in c.quo ad consultationem,nu.24.de re iudicat. Afflict.decis.344.fuit dubitatum, nu.2. fol.280.& ibi Vrsill.in addit. num.4. Capic. dicta decis.139.Lancillo.de attentat.appellat.pende.limit.50.nume.147.to.5.fol.388. qui ex professo defendit hanc partem, respondendo ad omnia obiecta. facit Rot.in nouiss. de dol. & contumac. decis. 16. alias 364.cum iura clamitent,fol.42.& decis.46. alias 500. nota si feratur de appellat. in antiq.fol.84.licet secus sit in muliere,rustico, & minore, vt per Marsil. sing. 377. contumax,& Vrsil. vbi supra,num.5.fol.281. Ra-
9 tio est, quia citatus personaliter dicitur verus contumax,qui nec appellat,l.1.C.quor. appella. non recip.Rot.in nouiss.decis.220. Domini hac propositione,nu.4.p.1.fol.74. nec prout quoque dicitur monitus per iudicem. Veron. cautel. 45. Si vis illaqueare, num.1.fol.16. potest allegare aliquam probabilem causam ignorantiæ; præsumitur enim habuisse notitiam sententię,licet cõtrarium voluerit. Angel.in dicta l. à sententia,§.fin.ff.de appellat.vt dicit Franc.in d.c. bonæ memoriæ,de appellat. nu.22. in vers. si vero,quis fuisset citatus,ad audiendã sententiam,Præter ea quæ inquit Capic. d. de-
10 cis.139. num. 1. talis personaliter citatus ad audiendam sententiam cogitare debuit, quod iudex illam ferret contra ipsum contumacem, etiam si esset rusticus,dummo-
11 do sit sagax,& squadratus glo.in l. athletæ, §.de rusticis,ff.de excusat. tuto.quam sequitur Ias.in l.si quis id ins.colum.nume.32.ff. de iurisd. omn.iud. Ferrat. caut.17. magna est,num.10.fol.91.

12 Nec refragatur, quod saltem Dominus poterit, à die scientiæ appellare pro euitan-
13 do grauamine, cum Procuratoris contumacia non semper noceat Domino,vt latè per Veronens.caut.57. iste articulus fol.19. & seq.quia id non habet locum, quando Procurator est soluẽdo prout in casu isto, vt in terminis voluit idem Veronens. dicta caut.57.iste articulus, numero quinto, fol. 20.Afflict.d.decis.344.nume.tertio,fo.480. Alexan.cons.95.visis processibus, num.10. lib.2.& Ias.in l.1.§.si Procurator, nume.13. in vers.secundo limita, ff.si quis ius dicenti
14 nõ obtemper.nam tunc datur actio de dolo contra Procuratorem ad damna, & interesse. Cæph.consil.185.in causa, nume.5. lib.2.fo.63.Hoc tamen sanè intelligendum inquit Ias. vbi supra, nempe petita prius restitutione in integrum,& obtenta,non autem ipso iure,vt etiam dicit Cæph. loco citato.

15 Secundo quod vbi Dominus posset appellare,vt voluit idem Iason. vbi supra, nu. 14. in vers. sed tene contrarium, qui hanc partem æquiorem appellat, & Vrsil. in addit.ad Afflict.dicta decis.344.nume.6. folio
* 280. qui attestatur de magis * communi. Idem esset in præsenti casu, quia non constat de aliqua ipsius Domini appellatione.

Non obstant allegata in contrarium, & præcipuè quod vltimo loco opponebatur de æquitate canonica, qua etiam verus contumax appellat.

Nam præterquàm, quod ex supradictis remanet sublata, responsiones magis in specie possunt colligi per Grat. dicto consilio 100. numero vigesimoquinto, & seq. & ex constitutione Marchiæ prædicta, capi-
16 tulo secundo, lib.6. penitus excludente verum contumacem ab appellando, quæ vbi disponit præfertur Iuri canonico, vt legitur in eadem constitutione Marchiæ, cap. 38.

lib.

lib. 6. in verſiculo (quinto iura canonica) fol.411. Quare &c.

Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

DECISIO XXXVIII.

CAMERINENSIS.

ARGVMENTVM.

Executio an poſſit concedi, antequam cauſa declaretur deſerta, & à quo iudice ſit concedenda.

SVMMARIVM.

Executio ſententiæ poteſt obtineri etiam antequam cauſa declaretur deſerta, num. 1. & 18.

Pronuncia ſuper deſertione, an ſit neceſſaria, num. 2. 6. & 20.

Executio ſententiæ debet peti coram iudice à quo, non coram iudice ad quem, num. 3 fallit, num. 21.

Appellatione deſerta finitur effectus inhibitionis, numero 4.

Iudex appellationis cauſa deſerta non eſt amplius iudex, num. 5.

Tempora vtilia requirunt inquiſitionem facti, & non currunt ignoranti, vel impedito, nume. 7.

Stylus debet attendi, num. 8.

Iudex non petenti non tenetur ſuum officium impartiri, num. 9.

Fatuus eſt iudex, qui pronunciat ſuper non petitis, numero 10.

Iudex an poſſit pronunciare appellationem deſertam ſi petitum non fuerit, nume. 11.

Iudex de facto an poſſit ſupplere, num. 12.

Vtilitas publica reſultat ex fine litium, num. 13.

Termini ad finiendum lites quare inuenti fuerint, num. 14.

Petitio intelligitur facta cum omni eo, ſine quo res petita obtineri non poteſt, num. 15.

Ratio quando eſt vnica, habetur pro expreſſa, numero 16.

Expenſarum condemnatio eſt facienda, quando appellatio declaratur deſerta, num. 17.

Doctor debet intelligi ſecundum iura, quæ allegat, num. 19.

Sententia declaratoria, an requiratur, quando aliquid inducitur ipſo iure, num. 20.

DECISIO XXXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Executio ſententiæ petita pro parte Reueren. Camilli Mazzutelli contra Sanctem Sperandei, & litis cõſortes, ſub prætextu, quod appellatio ſit deſerta, an poſſit cõcedi, antequam declaratum ſit illam eſſe talem.

Et vbi poſſit, an id à Rota obtineri valeat, Circa primum reſpondebatur affir-
1 matiue per ea quę tradunt Innocen. in cap. ex ratione in prin. de appellat. Card. in Clement. 1. q. 23. de appellat. Roman. ſingul. 163. Hoc neſciunt legiſtæ, nume. 3. fol. 25. Guid. Pap. deciſ. 416. cum materia appellationum, num. 24. fo. 642. & Triuiſ. deciſ. 27. iudex qui ſententiam tulit, nume. 4. fol. 30. qui dicit ſe obtinuiſſe executionem ſententiæ, antequam cauſa fuerit declarata deſerta.

2 Et tanto magis, quia ex forma conſtitut. Marchiæ capit. nono, lib. 6. fatalibus elapſis appellatio intelligitur omnino deſerta, etiã ſine alia pronunciatione.

Circa ſecundũ Reſpondebatur negatiuè
3 quia executio ſententiæ debet peti coram iudice à quo, non coram Rota, quæ eſt iudex ad quem per ea, quæ in terminis tradit Bald. in aut. ſi quis litigan. numero 2. C. de Epiſc. audien. in verſ. quartus, & vltimus eſt caſus. Veſtr. in ſua prax. in titu. de execut. rei iudicat. expenſ. taxa. ac fruct. liquidan. lib. 8. numero 9. fol. 265. qui teſtatur de commu-
4 ni * etiam quod fuerit inhibitum, quia deſerta appellatione finitur effectus inhibitionis, vt dici- Bero. quæſt. 120. apertiſſimi iuris eſt, numero 1. & tenent Doct. in capit. vt debitus in glo. fin. de appellat. & ſequitur Marzar. conſ. 17. tametſi in cauſa matrimo-
5 niali, num. 37. licet contrarium teneat Afflict. ſuper conſtitu. Regn. lib. 2. de appella. rubr. 45. num. 14. verſ. & hoc credo verum fol. 95. & iudex appellationis non dicitur amplius iudex, ſed ille, qui tulit primam ſententiam Franc. in capit. non ſolum, numero 8. de appellat. fol. 119.

Sed cõtrarium cenſuit Rota. Nam tam de iure, quam de ſtylo non poteſt aliqua execu-

executio occasione præmissa concedi, nisi in primis, & ante omnia declaratum fuerit appellationem esse desertam, vt primum probat Barto. in l. eos, nume. 8. C. de appell. Bald. consil. 301. Præponitur, quod Petrus, numero secundo, lib. 1. maximè quando dies sũt vtiles prout in præsenti specie, quia
7 tempora vtilia requirũt inquisitionem facti, & etiam quia tempora vtilia regulariter non currunt ignoranti, vel impedito. Franc. in cap. ex ratione, nu. 101. de appell. qui dicit hoc esse notabile dictum Bald. in dicta l. eos, numero septimo, C. de appellat. singulariter mẽti tenendum, quia alibi nõ reperitur, & Fely. in cap. ex parte il 2. num. 10. in vers. secundo nota de rescriptis, dum expresse dicit, quod si per statutum omnia tempora appellationis sunt vtilia, nũquam sententia potest executioni demãdari nisi primo pronuncietur appellatio deserta, et si essent decursa multa tempora, quia tempora vtilia requirunt inquisitionem facti, id est calculationem, & computum dierũ non computandorum, & facit ratio, qua vtitur Bald. dicto consil. 301. num. 1. lib. 1.

Secundum obseruantia seu stylus eiusdem Rotæ, vt est videre in similibus sententijs aliàs per Præcessores latis, de quibus in
8 Cancellaria, à qua recedendum non videbatur.

Nec dicatur id fieri non posse, quia petitum fuit, concedi executionem, non declarari appellationem desertam.
9 Nam respondetur, quod licet iudex suum officium, non petenti impartiri non teneatur l. fin. C. de fideicomm. Paul. de Cast. in l. vnica, C. vt quæ des. aduocat. nu. 3. Corset. singu. 1. in verbo iudex. Natt. consi. 477. de quatuor, num. 2. lib. 2. Crauett. consi. 260. verba statuti, nume. 6. & Rot. decis. 57. aliàs 599. licet iudex appellationis in antiquis in titu. de appellatio. fol. 50. quæ loquitur in
10 terminis desertionis quia fatuus est ille iudex, qui pronunciat super non petitis, l. fin. C. de fideicom. libertat.

Id non procedit quando de desertione
11 constat ex actis, quia tunc iudex, etiam si petitum non fuerit, potest ex officio declarare appellationem desertam. Franc. in ca. ex ratione, num. 68. de appellat. & Grauat. in addit. ad Vestr. in dicto tit. de execut. rei iudicat. expen. taxat. & fruct. liquid. lib. 8.
12 numero 32. fol. 275. etiam quod aliàs de facto suppleri non potuit, nam vt censuit Rot. in nou. decis. 23. aliàs 365. iudex ad quẽ in fin. fol. 58. dum dicitur iudicem de facto supplere non posse, intelligitur de illo facto, quod iudici notum est, cautela tamen est, quod opponatur quia si iudex non vellet supplere, non facit litem suam, nec tenetur Dec. in l. non videtur 13. nume. 5. ff. de regul. iur.

13 Ratio est publica vtilitas resultans ex fi-
14 ne litium, ob quam fuerunt inuenti, & statuti termini ad finiendum l. Properandũ, C. de iudic. cuius fauore potest iudex supplere de facto. Barto. in l. vnica, nume. 3. C. vt quæ des. aduoc. & ibi Paul. de Castr. nu. 3. & 5. in fi.

Et vbi iudex non potuisset à semetipso declarare dictam appellationem desertã, & de necessitate necessaria fuisset petitio, est aduertendum, quod & id in præsenti specie factum dicitur, nam cum petita fuerit executio præfatæ sententiæ, quæ fecit transitum in iudicatum, cuius ratio nulla alia assignari potest, nisi ex capite desertionis sæpe
15 dictæ appellationis, dicitur quoque petitũ eam debere declarari desertam, cum sine huiusmodi declaratione executio obtine-
16 ri non potuerit; nam quando ratio est vnica, habetur pro expressa. Alexan. consi. 100. visa parte, numer. 8. lib. 4. Dec. cons. 15. pro tenui facultate, numero secundo, in versic. respondet Aym. consi. 201. Præsupponitur num. 28. & consil. 118. in hac causa, num. 8. Bec. cons. 62. quod constitutio regia, num. 10. Petr. Gerard. singu. 7. quando Rubrica, numero 6. & Pedemon. decis. 22. quoniam ex actis, num. 8.

Et propterea cum facto calculo dierum vtilium de desertione præfata constet in actis, merito super ea fuit pronunciatum, & eius vigore concessa executio ad formam constitutionis Rotalis, nume. 28. cum con-
17 demnatione expensarum, quæ debentur, tam ex dispositione iuris communis. Crau. cons. 270. in causa Communitatis, numero septimo, quam ex forma constitutionis Marchiæ, capitulo nono, lib. 6. in versic. iudex tamen.

Non obstat primum obiectum, dum dicebatur posse obtineri executionẽ sententiæ, etiam ante declarationem desertionis,
18 nam quidquid de iure magis verum sit, iura in contrarium allegata non loquũtur de iudice appellationis, sed primæ instantiæ, vt legitur apud Roman. dicto sing. 163. & Guid. Pap. dicta decis. 436. numero 24. secũdum quod debet intelligi tricus loco citato,
19 cum quilibet doctor intelligi debeat secũdum iura, quæ allegat per vulgat. doctrinam Bart. in l. non solum, §. si liberationis, nume. 10. ff. de liber. legat. de qua per Paris. cons.

conf. 71. simplex diuisio, numero decimosecundo, lib. tertio, & consil. 128. in capella, numero vigesimooctauo, lib. quarto, Rymin. iun. consil. 116. quaeritur numero trigesimonono, lib. 2. & alios.

Nec quod secundo loco opponebatur vigore saepedictae constitutionis, capitu. 9. lib. 6.

20 Nam respõdetur quod quando aliquid inducitur ipso iure, licet nõ requiratur sententia dispositiua, requiritur tamen declaratiua in his, quae non trahunt secum executionem. Ias. in l. si quis maior, nume. 25. C. de transac. qui dicit sic intelligi debere omnia iura mundi. Dec. consi. 145. quaeritur in effectu in princ. in vers. tamen videtur. Cranett. consi. 218. in casu proposito, nume. 2. qui alios allegat. idem nouissime sensisse videtur D. Hieron. Marilian. I. C. excellens in repet. l. quoties, num. 511. C. de rei vend. dum dicit, quòd sentẽtia canonis, vel legis non habet iudicis officium exequutiuum, nisi sequatur sententia iudicis cum causae cognitione.

Et tanto magis, quia dum dicta constitutio dicit, quod appellatio intelligatur deserta absque aliqua pronunciatione, dicit quoque fatalibus elapsis, super quo requiritur declaratoria, nempe quod fatalia lapsa sint, quod aperte demonstratur ex subsequentibus verbis dũ dicit. (Iudex tamen possit ab inde in posterum pronunciare, & declarare desertam, & condemnare deserentem in expensis).

Non obstat, quod tertio, & vltimo loco opponebatur de executione, quae debet fieri per iudicem à quo, non per iudicem ad quem.

21 Nam quidquid de iure communi magis verum sit, contrarium disponitur per constitutionem Rotalem, numero quadragesimooctauo ibi (& sententias diffinitiuas, & interlocutorias, vim rei iudicatae sortitas in Rota, vel extra ipsam per quemcunque, etiam superiorem iudicem latas exequi possit, & debeat).

Laus Deo, & B. Mariae semper Virgini.

DECISIO XXXIX.

FANENSIS.

ARGVMENTVM.

Legatum bonorum emphyteoticorum, an subintrneatur saltem, quo ad aestimationem.
Mulier relicta vsufructuaria omnium bonorũ, an teneatur detrahere suam dotem de fructibus.

SVMMARIVM.

Legatum bonorum emphyteoticorum valet, quo ad aestimationem, num. 1.
Dictio nihil est vniuersalis, & omnino negat, numero 2.
Verbum totum, quid operetur, nume. 3.
Legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte non, numero 4.
Mulier an possit acceptando legatum sibi in dote praeiudicare, nume. 5.
Qui sentit commodum debet sentire incommodum, numero 6.
Pluralis locutio an verificetur in vno, nume. 7.
Dos consideratur, vt aes alienum, num. 8.
Dos est deducenda de omnibus rebus haereditarijs, numero 9.
Vsufructuarius omnium bonorum, an teneatur ad debita, num. 10.
Dos quando debeat compensari cum legato, numero 11.
Vsufructuarius omnium bonorum, an teneatur soluere debita tanquam Procurator proprietarij, numero 12.
Debita detrahuntur, tam de legato particulari, quam vniuersali, vsusfructus omnium bonorum, nu. 13.
Legatum non debet esse damnosum, & inutile, numero 14.
Priuilegium dotis, durat, quousque durat dos, numero 15.
Dos non comprehenditur sub generali dispositione, num. 16.
Verbum totum non operatur vltra intentionem, numero 17.
Clausula generalis, an restringatur, num. 18.
Verisimile debet attendi, num. 19.

DECI-

DECISIO XXXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

QVia Ioannes Franciscus de Bertotijs reliquit Margaritæ Amianæ eius vxori vsumfructum omniū, & singulorum bonorum suorum, donec honestè vixerit,& vitam vidualem, & castam seruauerit declarando id velle habere locum, etiam quo ad possessionem Ripaltæ,& terreni,non obstante;quod bona sint emphyteotica Abbatiæ Sancti Paterniani.

Et vlterius disposuit in eodem testamento, quod scuta centum viginti vnum, quæ ipse habebat in contanti erogarentur per dictam Margaritā eius vxorem in impensa funeris, & pro soluendis alijs debitis ipsius testatoris, & si dictæ pecuniæ non sufficerent in soluendis debitis, funeris impensis, & alijs legatis per ipsum factis, soluantur per ipsam vsufructuariam ex fructibus, per eam percipiendis,ita quod heres institutus in dicto testamento in nihilo teneatur, sed tantum onus soluendi debita sit dictæ vsufructuariæ.

De duobus principaliter dubitatum fuit in causa, quæ vertitur inter dictam Margaritam, & Vincentium Bertotium, nempe.

An legatum dictorum bonorum emphyteoticorum valeat.

Secundo,an debeat capere suam dotem de vsufructu omnium bonorum sibi relicto, stantibus verbis præfati testamenti.

Et circa primum Domini permanendo in decisis per Rotam præcedentem coram R. P. D. Formicino,fuerunt pro affirmati-
1 ua, quod scilicet dictū legatum bonorum emphyteoticorum valeat, quo ad extimationem tantum; quia pro hac parte, vt late
* in dicta decisione stat communis * opinio.

Circa secundum respondebatur negatiuè, nam cum verba testamenti sint clara, non est super eis insistēdum, prçcipue cum iubeat hæredē in nihilo teneri, quæ dictio
2 cum sit vniuersalis, & omnino neget, & omnem auferat differentiam, vt post glo. in verbo nihil littera A, Authen.de hæred. & Falcid. in princ. Roman. consil.379. circa primum, nume.2.fol.272.Crauet. consi. 294. verba transactionis, nume. 6. & alios tradit Cæph. consi.86. Magnificus Comes, numero 13.lib.2. apertè demonstrat,hæredem ad aliqua debita non teneri, sed quod vsufructuaria illa trahere, & soluere debet ex fructibus, vt clarius in subsequentibus verbis demonstratur, dum dicit, quod totum onus soluendi debita sit dictæ Marga-
3 ritæ, nam verbū totum demonstrat, quod illud, quod debet fieri,est faciendum sine diminutione alicuius partis, quæ compræhendi quomodocunque possit, vt probatur per text. in l. 2.§. ad filiorum, C. quando,& quibus lib.decimo, Alexan.consil. 5. circa primum dubium, numero 14. & sequen. lib.3. & alios citatos per Tiraq. in l.si vnquam,C.de reuocan. donat.in verbo totum,numer.primo,fol.290.Rolan.de lucr. dot. quæst. 78. quid si maritus, numero 1. fol. 420. & Michael. Graff. in §. Trebellianica quæst. octaua,numero quarto,fo.342.
* qui attestatur de magis * communi.

4 Et tanto magis, quod dictum legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte non, vt ad litteram probat text. in l.legatarius pro parte 38.ff.de legat.1. Etiā,quod in legato sit minus, quam in suo credito. Alexan. in l. si cum dotem,§.si pater, nu.2. ff. solut. matrim. & quod onus legati emolumentum excedat,vt probatur in l. Imperator Antonius 72.ff de legat. 2. Ruy. consil. 79. viso eleganti consilio nume.6.lib.2. Præsertim, quando onus prout in præsenti
5 specie fuit impositū soluto matrimonio, quia mulier vidua sui iuris potest acceptare legatum,& sibi in dote sua præiudicare, secundum Roland. cons. 74. quia de pluribus quæritur numero vigesimoseptimo, lib.2.fol.170.& Eugen.consi.93.verba testa-
6 menti, numero 20. fol. 255. Nam si acceptauit legatum vsusfructus, & sic vtile, onus recusare non debet. Dec.cons.5.36. in causa,quæ agitur numero quinto, in vers. vnde cum ipsa.

7 Præter id quod sæpe dicta testatoris dispositio loquens de pluribus debitis, non potest contentari de vno debito,l.si seruus, §.si pluribus,ff.si quis caut.Corn.consi.276. viso suprascripto themate lib.3. cum similibus vulgatis.

Sed communi omnium Dominorum suffragio contrarium fuit conclusum.

8 Nam cum dos consideretur, vt æs alienum, vt post Bart. in l.à filia,nume.3. ff. ad Trebellian. & alios tradit Tiraquel. in l. si vnquam in vers. susceperit liberos, nu. 114.

H C.de

C. de reuocan. donat. Guid. Pap. decis. 96. Nobilis Antonius, numero primo, fol. 154. & Petr. à Petr. in suo tract. de fid. commit. q. 8. nu. 340. fol. 141. est deducenda de om-
9 nibus rebus hæreditarijs, ita vt vsufructuarius omnium bonorum ad illius solutionem de solo vsufructu, nō teneatur, l. vsusfructus bonorum legat. 69. ff. ad l. Falcid. Paul. de Castr. in l. fi. §. fin autem es, num. 1. C. de bonor. quæ liber. qui loquitur in terminis mulieris relictę vsufructuariæ, & appellat hanc determinationem mirabilem. Dec. dicto consil. 536. in causa, quæ agitur, numero decimotertio, Crauet. consil. 187. testator reliquit numero primo, fol. 364. Gualdens in suo tract. de arte testan. titu. 6. de legat. caut. 42. numero sexto, fo. 367. qui
* attestatur de communi *. Couar. variar. resol. Capit. 2. lib. 2. numero quarto, fol. 113. & Rolan. consil. 74. Quia de pluribus, numero vigesimosexto, lib. 2. fol. 170. qui dicit quod vxor tali casu potest consequi vltra alimenta, & vsumfructum dotes suas,
11 nisi contrarium dispositum fuerit per testatorem, quæ dispositio debet esse specialis, cum aliàs non præsumatur, testatorem voluisse compensare legatum vsusfructus omnium bonorum cum dote, vt inquit Dec. dicto consil. 536. num. 13. in vers. nec etiam dicendum est, & licet Bart. qui com-
* muniter * reprobatur, teneat cōtrarium in l. fin. ff. de vsufruct. legat. vt per Gualdens. Crauet. & Couar. in locis citatis posset dici iuxta considerationem. Corn. consil. 195.
12 circa quod numero tertio, lib. 4. videlicet, quod soluere teneatur tanquam procurator proprietarij, quem refert, & sequitur Bellam. consi. septimo, desiderassem vehementer, nume. 11. nam tam de legato vsus-
13 fructus partis bonorum, quàm de legato vsusfructus omnium bonorum detrahitur æs alienum. Corne. consil. 195. circa quod, licet numero secundo, lib. quarto, præser-
14 tim ad euitandum, quod huiusmodi legatum non reddatur damnosum, & inutile contra ea, quæ tradit text. in l. 1. in fi. C. commun. de legat. & ibi glo. in verbo aliquid littera D, & Alexan. consil. 248. Ponderatis narratis, numero sexto, lib. sexto, folio 168.

Noo obstat dum primo loco dicebatur, quod testatoris verba sunt clara, & vniuersalia, & sic auferre omnem ambiguitatem, nam cum testator nihil particulariter de dote dicat, eam non comprehendit, quia casus priuilegiati, prout est dos, cuius pri-
15 uilegium durat quousque remanet dos,
16 non comprehendūtur sub generali dispositione, vt probat Salicet. in l. fin. C. de iur. dot. cum cæteris adduct. supra decis. 34. in vna Recanetensi numero primo, etiam stante dicto verbo totum, quod non potest
17 operari vltra intētionem ipsius testatoris, quę fuit non comprehendere dotem, cum loquatur particulariter de sumptibus funeris, impensis, & alijs legatis per ipsum factis, in quibus non cadit, nec cadere potest dos, cū illa, vt dictum fuit, in sermonis generalitate non comprehendatur, præter-
18 tim cum etiam clausula generalis restringatur ad rem, seu causam expressam, vt in terminis probat Alexan. consil. 11. viso, ac vt oportet consideraro, numero secundo, lib. 2. quando salua ratione recti sermonis id fieri potest, vt dicit Corn. consil. 144. licet in hac consultatione, numero vndecimo, lib. tertio, & Gabr. de reg. iur. conclus. 4. numero vigesimosecundo, fol. 328. qui plures allegat.

Et tanto magis, quia cum dos esset scu-
19 torum mille, verisimiliter non poterat extingui per summam florenorum 120. quæ asserebat habere in arca, prout poterant ea debita, quæ proportionabiliter, & verisimiliter dicta conueniunt dictæ summæ argu. l. Meuia nepotem, §. fin. in fine, ff. de annu. legat.

Nec dum opponebatur secundo loco legatum non posse pro parte acceptari, & pro parte non, quia etiam eo acceptaro, prout iacet ex præmissis nihil nocet.

Prout non obstat quod tertio, & vltimo loco allegabatur dispositionem testatoris loquente de pluribus debitis, quæ non potest in vno debito verificari.

Nam non propterea sequitur, quod cōprehendatur dos, cum etiam ista ommissa verificetur testatoris dispositio in alijs debitis consistentibus in constructione sepulchri, & satisfaciendo mercatoribus, & alijs, quibus si non in totum, saltem in maiori parte correspondet sæpedicta pecuniarum quantitas in arca per testatorem relicta.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO XL.

RECANETENSIS.

ARGVMENTVM.

Vir quando emit fundum pro vxore, cui dicatur ius quæsitum.

SVMMARIVM.

Vir emens pro vxore, si in possessionem rei emptæ missus fuit, sibi acquirit, & nomen vxoris simulatè appositum dicitur, num. 1.
Simulatio præsumitur, quando titulus est in persona viri, num. 2.
Res empta de pecunia viri, quando nomen vxoris est in instrumento positum, pertinet ad virum, numero 3.
Contractus factus absente vno de contrahentibus, an valeat, num. 4.
Constitutum sequitur naturam contractus, num. 5.
Constitutum ratione incertitudinis nihil operatur, numero 6.
Constitutum ad hoc, vt operetur translationem possessionis, quid requiratur, num. 7.
Possessio absenti per clausulam constituti, cum non acquiratur ante ratihabitionem potest interim ad alium transire, num. 8.
Paria sunt aliquid facto, vel verbis facere, numero 9.
Agens ex veteri ratificatione, an possit obtinere ex noua, nume. 10.
Ratificatio debet esse ante litam motam, num. 11.
Ratificatio debet fieri re integra, nume. 12.
Remedium reintegrandæ non competit, quando quis culpa, & facto suo cecidit, num. 13.
Donasse an præsumatur mulier, quando tacet, & permittit virum suum alicui dare rem suam, numero 14.
Possessio præsumitur ex titulo præambulo, numero 15.
Possessio quando præsumatur iure familiaritatis, numero 16
Præsumitur in dubio pro marito, nu. 17.
Vxor non præsumitur habere proprium, num. 18.
Possessio, an præsumatur vxoris, vel viri, numero 19.
Lex Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor. an habeat locum, quando lis est cum extraneo, numero 20.
Dominium cui acquiratur, quando res emitur, numero 21.
Traditio, tam in coniunctis, quam in extraneis operatur translationem dominij, num. 22.
Ratificatio potest fieri facto, & uerbis, nu. 23.
Possessio circa ratihabitionem fieri non potest, numero 24.
Scientia est probanda, num. 25.
Mulieres uitam quandam sellulariam, & otiosam degunt, num. 26.
Mulier an possit permittendo à uiro bona sua alienari sibi præiudicare, num. 27. & seq.
Donatio expressa quando non ualet ex defectu constitutionis non seruatæ, nec etiam ualet donatio tacita, num. 28.
Taciti, & expressi eadem est uirtus, num. 29.

DECISIO XL.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Matthiæ vxori Iacobi Francisci de Candelara, an competat remedium reintegrandæ in possessione sibi empta à Iacobo eius viro.

1 Videbatur dicendũ, quod non, quia pro huiusmodi emptione dicitur ius quæsitũ ipsi viro in possessione rei immisso, non autem vxori, vt probat Paul. de Cast. in l. multum, C. si quis alteri vel sibi, numero 4. & 5. vbi Bald. in princ. Bero. consi. 178. legitimatus ex rescripto principis, nu. 9. lib. 2. & habetur in l. 1. comm. opin. in titu. si quis alter, vel sibi, num. 4. fol. 644. & nomen vxoris simulatè appositum, vt in terminis consuluit Dec. consi. 544 in casu proposito primo considerandũ est, num. 15. fol. 549. post Socc. consil. 129. tota difficultas; n. 12. lib. 4. & voluit Bald. in l. si filij sui, C. de donat. in-
2 ter vir. & vxor. vbi ad litteram dicit, quod vbi adest tantum titulus in persona mulieris, & traditio in persona viri emptoris, quod presumitur simulatio, & Ryminal. iun. consi. 776. Data fuit & insolutum consignata, num. 9. lib. 7. qui in huiusmodi casu cõcludit rem emptam de pecunia viri pertinere ad virum, licet nomen vxoris fuerit in instrumento appositum.
3 Nec dicatur, quod traditio possessionis

fuit facta dictæ vxori per clausulam constituti in dicto instrumento emptionis positam.

4 Nam respondetur dictum instrumentū fuisse factū absente dicta Matthia, & absq; eo, quod aliquis pro ea acceptauerit, quo casu cum non valeat, vt in fortioribus terminis nempe in donatione facta loco pio, tenent glo. & Doctor. in l. illud, C. de sacr. sanct. eccles. Dec. consil. 35. Præstantissime doctor, num. 1. & Rymin. iun. d. consi. 776. Data fuit & insolutum consignata, nume-
5 ro 2. lib. 7. nec valebit cōstitutum, quod sequitur naturam contractus. Curt. iun. cons. 131. circa ingeniosam dubitationem, num. 12. vt quoque faciunt omnes clausulæ in instrumento appositæ. Roman. cons. 42. visis quæ egregie, num. 3. Tiraq. in suo tracta. de iur. constitu. limita 6. nume. 28. fol. 220. & Mandos. ad Roman. d. cons. 42. in littera C,
6 nam ratione incertitudinis non potest constitutum secum aliquid trahere, vt dicit addit. ad Dec. consil. 226. Magister Ioannes, numero octauo in littera C, in verbo eligit,
7 præsertim, cum ad hoc, quod constitutum operetur translationem possessionis requiratur ratificatio secundum Alex. in l. quod meo in princ. ff. de acquir. poss. vers. illud, quod hic dicitur, dicentem, quod quis constituendo se possidere nomine alicuius, tūc intelligitur transferre possessionē; quando est præsens ille, cuius nomine fit constitutum, & ille constituit se possidere
8 nomine præsentis, secus si quis constituit se possidere pro absente, quia illi absenti non acquiritur possessio antequam habeat ratum, & Dec. dicto cons. 226. num. 8. & seq. & sic interim potuit interuerti possessio, & in alium transire, vt ibi dicit addit. in littera F, in verbo antequam.

Et si diceretur, quod agendo dicta Matthia vigore dicti instrumenti dicitur illud
9 ratificasse, quia paria sunt aliquid facto, vel verbis facere l. Paulus, ff. rem rat.

10 Respondetur dictam Matthiā non egisse ex noua ratificatione, sed ex veteri dum dixit, & articulauit se habuisse possessionē statim secuta dicta venditione absque eo, quod id probaret, & sic non potest obtinere ex noua ratificatione, vt in terminis respondet Ancharan. cons. 318. In quæstione,
11 quæ vertitur, nume. 4. quæ, vt ibi debet esse ante litē motam, sed asserta ratificatio resultans ex productione fuit facta lite mota, ergo nō releuat, quia tunc temporis posses-
12 soribus ius quæsitum erat, & res non erat integra. Alexan. cons. 78. viso, & diligenter ponderato, nume. 23. lib. 5. & Pedem. decis. 119. tertius principalis, n. 24. fo. 48 t. qui plures allegant.

13 Secundo quia dictum remedium reintegrandæ non competit, quando quis culpa, & facto suo cecidit, vt post Innoc. & Doct. in c. sæpe de restitut. spoliato. Alex. cons. 6. circa processum, nu. 10. lib. 3. Dec. cons. 302. & pro tenui, nu. 24. & cons. 449. visis nu. 31. dicit Bec. cons. 13. considerans ijs, nu. 3. fol. 26. Balb. in suo tract. de præscriptio. in vers. celsus, nu. 48. to. 17. fo. 115. & Rym. iun. cōs. 779. Dominns Hisydorus, nume. 87. lib. 7. fol. 124.

Sed dicta Matthia culpa, & facto suo cecidit, quia dum habuit notitiam diuisionis factæ inter dictum Iacobum eius virum, & Marinum eius fratrem de petita possessione, & consignatione facta per eundem Iacobū dicto Marino, tacuit, & id fieri per-
14 misit, quo casu dicitur donasse dictā rem alteri traditam ipsi viro, vt probat Bald. & Bart. in l. de his quæ, C. de donat. inter vir. & vxor. ergo non potest reintegrari.

Sed contrarium censuit Rota, quia apparent probata omnia requisita in intentato remedio, nempe de antiquiori & moderna rei conuenti possessione, vt post Innoc. & alios communiter in d. cap. sæpe de restitutio. spoliato. Lap. allegatio. 61. leratus, num. 6. fol. 44. & alios tradit Alexan. circa processum, nume. 5. lib. 3. Anchar. cons. 42. circa recuperandam nume. 2. & Cassador. decis. 3. petens restitutionem, num. 3. de restitu. spoliato. fol. 70.

Etiam quod testes deponant de possessione trium personarum, nempe, Iacobi,
15 Marini, & d. Matthiæ, quia cum in persona d. Matthiæ sit titulus præambulus emptio-
16 nis, possessio adeo præsumitur ex tali titulo, quod aliorum possessio cēsetur iure familiaritatis, & consanguinitatis, non autē in præiudicium dictæ mulieris, per ea, quæ habentur in l. qui in iure, ff. de acquir. poss. vbi Bart. & Paul. de Castr. nisi fuerit probatū, quod possederint iure proprio, vel sibi debito, vt per eundem Pau. de Cast. vbi sup.
17 nu. 2. seu ageretur de casu dubio, nam tunc
18 præsumitur pro marito, cum vxor non præsumatur hēre proprium, l. quintus, ff. de donat. inter vir. & vxor. quia cū agatur de possessorio, in quo possessio præsumitur esse vxoris, vt per tex. in l. fi. C. quor. bonor. dicit Bal. in l. si vxor tua, numero septimo, C. de
20 donat. infert. & quæstio sit cum extraneo possessore secūdum Alex. relat. in addit. ad Bart. in dicta l. qui in iure, ff. de acquiren. possess. quo casu nō habet locum lex Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor.

vt

vt post Alexan. consil. 101. sub dubio, numero 3. lib. 7. Neuizzan. in Silu. nupt. lib. 4. limil. 1 t. numero 23. Io. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. in §. operatur alium, & quartum effectum limit. 3. numero 20. in fi. Rymin. iun. in §. 1. nu. 137. & seq. instit. per quas person. nob. acquir. Thob. Noni. consil. 66. in causa dominę Pieræ, numero quarto, dicit Granut. theorem. 14 non me latet, nume. 3. in vers. contrarium tamen fol. 70.

Non obstat primum obiectum, dum dicebatur per dictam emptionem à viro factam nomine vxoris esse ius quæsitum ipsi viro in possessionem immisso, non autem mulieri.

Quia vt legitur in præfato instrumento veritas alio modo se habet, nam constat traditionem non ipsi viro, sed dictę Matthiæ fuisse factam, cum constituerit venditor se possidere nomine dictæ mulieris, ex quo cessat omnis simulatio, per ea quæ habentur in dicta l. multum interest, C. vbi quis alter, vel sibi, & per Bero. dicto cons. 178. numero nono, lib. 2. dicentem, quod licet
21 res quando emitur ab vno alterius nomine contractus possit dici nullus, tamen Dominium illius rei acquiritur illi, qui posses-
22 sionem habuit, non emptori, & sic traditio, tam in coniunctis, quam extraneis operatur translationem dominij, & alios supracitatos.

Prout nec obstat dum replicando dicebatur dictum instrumentum fuisse factum absente dicta Matthia, & nemine pro ea acceptante, quo casu clausula constituti, ante ratihabitionem nõ operatur, & quod dicta mulier agit ex veteri, non noua ratificatione, ex qua non potest obtinere, quia de ea non probauit.

Nam ad primum respondetur, quod vir acceptauit pro dicta Matthia eius vxore, vt in dicto instrumento.

Secundo quod si dicta mulier non habuisset scientiam dicti instrumenti emptionis factæ eius nomine per eius virũ, quod non egisset dicto remedio reintegrandæ, nec produxisset præfatum instrumentum venditionis factæ eius nomine per eius vi-
23 rum, per quod dicitur facto inducta ratificatio, quæ vt dixi perinde operatur, ac si verbis facta fuisset, demumque verbis expressis illud ratificasset, prout fecit, dum dixit sibi fuisse ius quæsitum ex præfato instrumento in dominio, & possessione.

Ad secundum Respondetur. Primo, quod d. Matthia non se restrinxit præcisè plus ad veterem, quàm nouam ratificationem, nam eius intentio erat obtinere in intentato remedio reintegrandæ.

Secundo, quod licet testes non dicant præcisè de eius possessione statim secuta venditione, deponunt tamen de ea, vt supra tantum quod sufficit ad obtinendum; cum etenim huiusmodi possessio fuerit ex titulo pręambblo, mediante ea dicitur etiã
24 probatum de veteri ratihabitione, cum citra ratihabitionem talis possessio fieri non potuerit, & sic cessat dictum consil. Anch. 318. num. 4.

Non obstat secundum obiectum, dum dicebatur cessare remedium reintegrandæ in eo, qui cecidit culpa, & facto proprio.

Quia Respondetur dictam mulierem non posse dici cecidisse, ex eo quod tacuit, & promisit facere dictã diuisionem, quia
25 in primis, & ante omnia non apparet probata aliqua scientia dictæ mulieris, quæ cum sit fundamentum intentionis dictorum Thomæ, Marini, & litis consortium
26 omnino probanda erat: regulariter enim præsumitur ignorantia, præsertim in mulieribus perpetuo domi, vitam quandam sellulariam, & otiosam degentibus.
27 Et vbi probata fuisset, idem esset, quia sicut mulier præfata non poterat expressè donare non seruata forma Constitutionis Marchiæ cap. 25. lib. 5. ita nec tacitè, vt su-
28 pra consentire, vt in terminis dicit Boccac. super dicta Constitutione Marchiæ glo. 8. Postquam num. 24. fol. 160. Rym. sen. cons. 63. viso themate numero 27. lib. 1. & Rym. iun. cons. 260. dicam ego requisitus, nu. 4. lib. 3. quia taciti, & expressi eadem est virtus, & non potest reddi ratio, quod magis valeat donatio pręsumpta, quàm tacita, vt post Corn. cons. 185. tria principaliter, nu. 5. & 7. lib. 2. Tiraq. de leg. Connubia. glo. 5. num. 57. & seq. in 3. quæst. dicit idem Boccac. loco citato.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XLI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Confeßio testatoris facta sub his verbis. Dechiaramo che il fitto di Monte Milone appartiene per la metà al ditto Signor Zanobio, & vn sesto à missier Santi Mannotto, & vn terzo à esso missier Antonio testatore; Ma perche il detto fitto si è dato à cottimo à missier Santi Mannotto in questa vltima locatione si dechiara esso testatore participare per la metà, an dicatur clara, vel dubia locatio, & conductio, an sint vnum, & idem. Generalis obligatio, an possit restringi.

SVMMARIVM.

Dubium, quod dicatur, num. 1.
Clarum nihil adeo est, quin impugnari aliquo modo non valeat, nume. 2.
Veritas est certa, & immutabilis licet possit per subtilitates obumbrari, num. 3.
Subtilitates plerunque faciunt errare, num. 4.
Confeßio resistens obiectis dicitur clara, num. 5.
Veritas per obiecta fit clarior, nu. 6.
Consideratio circumstantiarum dat notitiam veritatis, num. 7.
Confitentis intentio colligitur ex verbis, nu. 8.
Præcedentia declarant sequentia, num. 9.
Expressum, quod dicatur, num. 10.
Tacitum, & expressum an differant, nume. 11.
Verisimile habet uim expreßi, num. 12.
Lucrum conductionis ad quem spectet, nume. 13.
Particeps in locatione, non potest dici talis in conductione, nu. 14.
Locator dicitur, qui recipit mercedem conuentam, conductor autem qui soluit, num. 15.
Obligatio omnium bonorum quomodo intelligatur, num. 16. & 26.
Verbum omnia nullam recipit restrictionem, numero 17.
Voluntas declaratur ex sequentibus, num. 18.
Verbum locatio, an possit sumi pro conductione, numero 20.
Locatio vltima non potest dici, nisi respectu primæ, num. 21.
Verba quando plures habent sensus, quæ significatio accipienda, num. 22.
Verba sunt accipienda in suo proprio significatu, numero 23.
Verba silent constito de intentione, num. 24.
Verba seruiunt intentioni, non econtra, num. 25.
Generalitas non debet intelligi, vt alicui parti sit damnosa, seu captiosa, num. 27.
Scientia ad hoc, vt afficiat, qualis esse debeat, nu. 28.
Factum debet intelligi eo modo, quod de iure fieri poterat, num. 29.
Consensus non cadit super ignoratis, nume. 30.

DECISIO XLI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

EXistimabam in proposita dubitatione confessionem factā per Antonium Lentiū in suo testamento, de quo ī actis, esse claram, non dubiam, vt prætēditur pro parte hæredum d. Antonij, & sententiam Domini iudicis, à quo, qui declarauit d. Antonium Lentiū fuisse participem pro medietate, cum Sancte Mannotto in conductione terrarū Mōtis Miloni, & lucrum, & damnum passum in d. affictu pro parte d. Sanctis, & eius hæredum spectare pro medietate ad d. Lentiū, & eius hæredes, & pro alia medietate ad hęredes dicti Sanctis, esse confirmandam, & non annullandam, & reuocandam, vt prætenditur pro parte dictorum hæredum Antonij.

Motus, quia cum verba confessionis factæ per d. Antonium Lentium in eius testamento sint talia, vt ex eis percipi possit eius voluntas, vt melius dignoscitur ex earū lectura, quæ fit huiusmodi verbis (*dechiaramo, che il fitto di Monte Milone appartiene per la metà al d. Signor Zanobio, & vn sesto à missier Santi Mannotto, & vn terzo à esso missier Antonio testatore, ma perche il detto fitto si è dato à cottimo, à missier Santi Mannotto in questa vltima locatione si dichiara il detto testatore participare per la metà)* clara, & non dubia dicitur præfata confessio, etiam si plura de quibus infra mentio
1 fiet obstare videantur, quia dubium dicitur id quod vtram partem cōprehendat, dignosci non potest, vt toto tit. de reb. dub. Grat. cons. 1. species facti, nu. 1. lib. 2. qui numero 2. dicit idem esse, quando sunt hinc inde doctorum opiniones, & consilia, non au-

autem aduersus, quod aliquid obijci po-
2 test, nihil enim est tam clarum quin ali-
quo modo impugnari valeat, etiam si
de mera veritate ageretur, qua nihil cer-
tius, & immutabilius, cap. consuetudo 8. d.
cum secundum Socin. consil. 157. præsens
consultatio, numero septimo, volum. 2.
relat. per Petr. à Petr. quæst. 9. numero 8.
de fideicommiss. fol. 177. possit obumbrari
4 per subtilitates iuris per quas plerunq; con
tingit errare, l. si seruus, §. sequitur ff. de
verb. oblig. vbi late Ias. num. 4. inter cætera
dicens quod debet cauere doctor, & ad-
uocatus, ne iuris rigorem sequatur, nam
potius debet equitatem sequi. Et tamen
semper est eadem, quia non mutatur per
cuiuspiam affirmationem, vel negationem,
l. falsa demõstratio, C. de iur. & fact. ignor.
5 Immo cum huiusmodi confessio resi-
stat obiectis, vt demonstrabitur, nedũ cla-
ra, sed clarissima appellari potest ad instar
6 veritatis, quæ sæpius agitata clarius enite-
scit, vt in terminis probatur in capitu. gra-
ue 35. q. 9. & facit text. in l. numerum, §. fin,
ibi, & notando & disputando ff. de mune-
7 ri. & honor. nam consideratio circumstan-
tiarum dat notitiam veritatis, vt probatur.
23. quæst. 8. in c. occidit Phinees hominem.
Et tanto magis, quod defendere opposi-
tum sub prætextu, quod illa participatio
dimidiæ, quam fatetur dictus Lentius, pos-
sit intelligi respectu Zenobij Carnese-
cha, de quo in eadem confessione pariter
fit mentio nihil aliud est, nisi dicere, quod
ipse Antonius Lentius, qui fecit dictã con-
fessionem, nõ haberet medietatem, quam
confitetur habere, quia retenta medietate
Zenobij, & sexta ipsius Sanctis d. Lentius
haberet tantum tertiam partem. Sed hoc
non est dicendum, quia verba confessio-
nis loquuntur clare de dimidia, ergo.
Nec dicatur, quod licet certa sit confes-
sio circa id, quod d. Lentius declarauit in
vltimo contractu locationis, dum asserit se
participare pro medietate, quod non pro-
pterea est certum, cũ quo participet, nem-
pe an cum Zenobio, vel Sancte.
Quia etiam, quod ad hoc est certa dicta
confessio, nam cum non possit intelligi de
participatione dimidiæ cum Zenobio, de-
bet necessario intelligi de participatione di
midiæ, cum ipso Sancte in dicto fictu Mon
tis Milonis, ne d. cõfessio remaneat frustra-
8 toria, & contraria intentioni confitentis,
quæ colligitur non solum ex verbis eiusdẽ
præcipuè si ponderantur illa verba (*in que-
sta vltima locatione*) quæ cum fuerit inter ip-
sum Antonium Lentium, & Sanctem nõ
potest dici, quod participatio medietatis
asserta sit inter alios, quàm inter ipsos vlti-
9 mo loco contrahentes, tum quia ex præ-
cedentibus declarantur sequentia; tum
etiam quia hoc habet magis verisimile nõ
solum ex præmissis, sed etiam ex verbis A-
podixæ sub quarto capitulo celebratæ in-
ter dictum Lentium, & Sanctem sub die
25. Iunij 1584. in qua apparet non solum,
quod Sãctes participet pro sexta parte, sed
etiam de lucro, & damno; quod certe non
fuisset dispositum, si solus Sanctes, vt præ-
tenditur esset in effectu, quo ad totũ con-
ductor. Vnde duo resultare videbantur.
10 Primum quod istud dicatur expressum,
cum ex verbis sequatur, & ex illis inferatur
rationabiliter etiam si virtualiter colligere-
tur arg. notaturum, & relatorum in c. trans
lato de constit. col. 1. & 2. Bald. in l. ad pro-
bationem, la 1. C. de probatio. nu. 1. Rota
in nouiss. decis. 2034. die Martis nona Iunij
1534. part. tertia, numero tertio, fol. 308. &
expressio requireretur pro forma actus, vt
post Bald. in l. fin. C. de hæred. institu. nu.
9. in 10. apposit. dicit Ruyn, cons. 56. quam-
uis testator nume. 10. & cons. 122. de duo-
bus principaliter numero 11. volum. 2. ra-
11 tio est, quia nihil interest inter tacitum, &
expressum, quando ex verbis colligitur, &
sequitur tacitum l. vni. C. qui ante apert.
tabu.
Secundum, quod non ambo sint con-
ductores, quisque scilicet pro dicta sua ra-
ta conuenit dispositio, de qua in dicta con-
fessione, nempe quod dimidia intelliga-
tur, & sit ipsius Lentij cum d. Sancte, quod
conueniens auget, & confirmat penitus
12 istud verisimile, immo habet vim expressi
non aliàs ac si d. Antonius Lentius particu-
lariter dixisset, se participare pro medietate
cum d. Sancte, cum verisimile idem quod
expressio operetur, l. Titius, §. 1. & ibi Doct.
ff. de liber. & posth. gl. notab. in l. tale pactũ,
§. 1. ff. de pact. Afflict. decis. 44. de tribus mi-
hi, nu. 26. fol. 40.
Sed Domini pro maiori parte tenue-
runt contrarium, quia cum ad fauorem
hæredum dicti Lentij sit Apoca clara, &
aperta, in qua dictus Sanctes sub die 21. Iu-
nij 1584. conducit à dicto Antonio Len-
tio bona Montis Milonis, de quibus agi-
tur, vt latè in eadem Apoca, ad quam om-
13 ne commodum seu lucrum conductionis
debet spectare ad eum, qui conduxit, & sic
ad d. Sanctem, vel eius hæredes, non autem
ad alios seu alios, quem, vel quos talis
locatio non tangit, vt in d. ĩnĩa l. damnum,
C. locat. Bald. in l. licet opposit. 2. C. eodem,

etiam stante dicta confessione, seu declara-
tione facta per dictum Antonium Lentiũ
sub die 16. Iulij 1586. qua prætenditur per
hæredes d. Sanctis fuisse declaratum d. San-
ctem participem pro medietate in condu-
ctione dictorum bonorum; nam dicta con
fessio non videtur adeo aperta, & clara, vt
hęredes ipsius Lẽtij teneãtur pro medieta-
te conductionis dictorum bonorum, testa-
14 tor enim cum declarauerit se participem
in locatione, nõ potest dici particeps in con
15 ductione facta per d. Sanctem, cum loca-
tor dicatur, qui recipit mercedem conuen-
tam, conductor autem, qui soluit, & sic ad-
sit inter istos differentia Bart. in l. 1. §. si quis
seruum, ff. deposit. & in l. si vno, §. cum qui-
dam, ff. locat.

Et tanto magis, quia dum Baccius admi-
nistrator hæreditatis dicti Sanctis Mannot-
ti obligauit Zenobio Carnesecca, & Vin-
centio eius procuratori omnes fructus re-
colligendos in bonis per d. Sanctem con-
ductis à sæpedicto Antonio Lentio, & om-
nia animalia ibidem existentia, prout latè
in instrumẽto super hoc celebrato sub die
septima Februarij 1590. videtur declarasse
nullam medietatem spectare ad d. Anto-
nium, cũ omnia obligauerit, vt supra, nam
16 per huiusmodi obligationem ostenditur
17 nihil voluisse excludere ob vim dicti verbi,
sui natura nullam recipiẽtis limitationem,
cap. solitæ de maiorita. & obed. cap. si Ro-
manorum 27. distinct. Plor. de in lit. iur. nu-
mero 4. fol. 7.

Quæ videbantur subsistere sine difficul-
tate, saltem, ex eo, quod post notitiam om-
nium supradictorum per plures annos per-
manserunt in dicta conductione, quod prę
18 iudicat; quia actus sequens adeo declarat
voluntatem præcedentem, l. sed Iulianus, §.
proinde, ff. ad Macedonian. §. pauonum,
Instit. de rer. diuis. Barto. in l. cætera, §. fi. de
legat. 1. Natt. cons. 192. lata fuit olim arbi-
tramentalis, nume. 4. lib. 1. fol. 15. & Ludo.
de consuetu. conclus. vnica in princ. quod
non potest ad aliam recurri interpretatio-
nem per ea, quæ tradunt Roman. consil.
271. vis tota, nume. 4. fol. 285. & citati per
Mandos. ibi in verbo declaratur littera K,
& Decian. cons. 87. perpensa numero 20. &
21. lib. 2.

Licet æstimauerim ad primum funda-
mentum posse responderi, quod de iure
cõmuni promiscue vti possunt huiusmodi
19 verbis locationis, & conductionis l. vete-
res, & l. idem est, ff. de action. empt. vbi sæ-
pe ponitur conduxit pro locauit, & econ-
uerso gl. in l. 2. §. si conseruatis in verbo lo-
cauit, ff. ad leg. Rod. de iact. gl. in l. si dandi,
C. de vsufruct. Bart. in l. 2. nume. 2. C. locat.
quia contractus locationis, & cõductionis
adeo similes sunt, & tantam inuicem ha-
bent familiaritatem, quod vnus ab alio vix
discerni potest, l. 2. §. 1. ff. locat. §. adeo insti-
tu. de locat. & conduct. quęst. 3. numero 1.
de similitu. locatio.

Quo stante non erit incõueniens, quod
verbum locatio positum in dicta confessio
ne facta per d. Antonium sumatur pro con
ductione, sed illud idem, quod voluit signi
21 ficare ipsemet testator, nempe quod ver-
bum locatio stet pro conductione, vt de-
monstrant illa verba (in questa vltima loca-
tione) nam cum non possit dici vltima lo-
catio nisi respectu primæ, seu alterius ante-
cedentis locationis arg. l. qui soluendi, ff. de
hæred. institu. & l. creditor, §. si pignus, ff.
qui potior. in pigno. habeant. eo quod in
prima fuit postea vigore dictæ confessionis
vltimo loco factę declaratum medietatem
spectare ad Zanobium, tertiam ad ipsum
Lentium, & Sextam ad sæpe dictum San-
ctem, erit conductio tantum, non autem
locatio, quia solus locator fuit Capitaneus
Antonius Narductius, idem dicendum est
de secunda ex voluntate dicti Antonij Len
tij; nam eam vltimam locationem non
vocasset, si vere eã non accepisset pro con-
ductione ad instar primæ, idque clare de-
22 monstrare voluisset, vbi enim verba plures
habent sensus constito de voluntate, acci pi
tur illa significatio, quæ magis conuenit
volũtati, vt declarat Bart. in l. in ambiguo, ff.
de reb. dub. Petr. à Petro in suo tracta. de fi-
deicommiss. quæst. 9. numero 45. fol. 181.

Et tanto magis, quia plus conuenit par-
ticipare in conductione, & sic in dicto affi-
ctu, quàm in locatione accipiẽdo verba in
23 suo proprio, & vero significatu.

Dato tamen sine veri præiudicio, quod
illa verba *in questa vltima locatione* deberent
intelligi de mera locatione, quis defendet
dictum Antonium Lentium nõ subintras-
se ad participandum pro medietate, si ipse
Lentius expresse fatetur in dicta vltima lo-
catione participare pro medietate; & certe
24 cum constet de intentione circa participa-
tionem medietatis, vt supra, quod non est
facienda vis in verbis, nempe an id sit in lo-
catione, vel conductione, quia voluntas
prævalet verbis, & tanquàm regina domi-
natur, l. in conditionibus primum locum
in principio, ff. de conditio. & demonstra-
tio. l. cum quæstio in fin. ff. de legat. 1. Man-
tic. in suo tracta. de coniectur. vlt. volun.
titu. 3. num. 1. fol. 39. Petr. à Petr. in suo trac.
de

de fideicommiss. quæst. 9. numero 26. fol. 179. & est text. in l. nuper 83. ff. de legat. 3. ibi (magis sententiam legantis, quam hoc verbum meum respiciendum esse) in omnibus dispositionib. quia lingua cedit cotdi, & sub iugo mentis verba constituat Eu-
25 gen. cons. 81. Nicolaus, numero 14. & verba seruiunt intentioni, non autem intentio verbis.

Ad secundnm fundamẽtum, quod Baccius nõ poterat præiudicare hæredibus dicti Sanctis, & quod per obligationem omnium fructuum, & animalium non dicuntur obligata omnia, sed tantum portio ipsius Sanctis, quæ poterat obligari nempe dimidia, nam licet, qui omnia dicit, nihil excludat iure vulgar. hoc tamen non se extendit ad ea, quæ quis verisimiliter non cõcessisset, vt late deducit Gabr. conclus. 12. de verb. significatio. fol. 334. nec vbi deficit potestas, quia si hoc esset, quisque per dicta verba posset obligare bona mea me inui-
26 to, quod est falsum. Et propterea illa verba obligauit omnes fructus, & omnia animalia sunt intelligenda de portione, quæ poterat obligari, vt probatur in l. 1. ff. de aliena. iudi. mutand. cau. fact. vbi verba omnibus modis non intelliguntnr generaliter, sed illis modis, quibus potest, vt ad litterã dicit ibi glos. in verbo omnibus littera D, quia generalitas non debet intelligi, vt alicui partiũ sit damnosa, seu captiosa, l. cum aquiliana, ff. de transact. quo fit, vt non procedat, quod dicebatur de d. Sãcte, ad quem totam conductionem spectare affirmabatur.

Et vbi d. Baccius dictis hæredibus præiudicare potuisset, vel aliter dicta verba essent intelligenda. Idem esset, quia non fuit probatum aliquid de asserta notitia saltem verisimiliter, & eo modo, quo probãda erat; etenim si inhæremus verisimili, quis dicet d. Baccium, & hæredes d. Sanctis fuisse tam stultos, quod voluissent participare totum, vbi non haberent, nisi medietatem, cum tanto eorum damno.

Immo vbi aliqua fuisset probata seu colligeretur notitia, prout non probatur, nec colligitur, non propterea poterit dici in a-
28 liquo dictis hæredibus præiudicatum, nam qualibet notitia non sufficit, nisi sit scientia facti cum omnibus suis qualitatibus. Pe demon. decis. 174. Verum quoniam, nu. 4. cum ceteris ibi allegatis fol. 711. Sed ista non adest, ergo.

Et licet dictus Sanctes, & hæredes aliquo tempore in dicta conductione permã-
29 serit, sibi non preiudicarunt, quia id debet intelligi factum eo modo, quod de iure fieri poterat, nempe pro eorum medietate.

Prout nec præiudicat, quod dicebatur de obseruantia allegata, cum fuerit adducta ad interpretationem dubiæ testatoris voluntatis, de qua non est præsens casus, sumus enim super confessione clara, vt demonstratum fuit, aduersus quam nõ oportet insistere.

Et tanto magis, quia non reperitur aliquid quod noceat obseruatũ, & præcipuè post notitiam dictæ confessionis factæ per Lentium in sępedicto eius testamento, sed bene quod post habitam notitiam dictæ confessionis hæredes dicti Sanctis cæperunt agere, quo fit, vt male possit dici obseruatum, quod ignoratur, nam super ignoratis non cadit consensus, neque voluntas. Eiusdem sententiæ supra per me firmatę in causa appellationis fuit Rota Romana coram Reuerendo Patre D. Litta Veneris 19. Decembris 1596. Quare &c.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XLII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Donatio facta pro puella maritanda, an possit impugnari ex defectu formæ statuti non seruata.

SVMMARIVM.

Donatio facta sine interuentu proximiorum, etiam iurata, an valeat, num. 1. & 7.

Executionem petens contractus, in quo non fuit seruata forma statuti, quam pœnam incurrat, numero 2.

Trebellianica an possit detrahi, quando testator iussit debere restitui omnia bona sua post mortem primi hæredis, num. 3.

Trebellianica an possit compensari cum fructibus perceptis, num. 4.

Fructus,

Fructus, quo temporis cursu coequant sortem, numero 5.

Expensæ funeris, testamenti, inuentarij, & aliarũ causarum necessariarũ an debeantur, quæ sint, & quo vtantur priuilegio, num. 6.

Donatio facta pro dote non potest impugnari ex defectu solemnitatis statutariæ non seruatæ, numero 8.

Statuta generaliter loquentia non comprehendunt dotem, num. 9.

Donatio facta pro dote, an dicatur facta ex pia causa, num. 10.

Datum puellę pauperi dicitur Deo datum, nu. 11.

Iura prohibitiua censentur remissa fauore piæ causæ, num. 12.

Causa Redemptionis captiuorum dicitur pia, numero 13.

Legitima competit iure naturæ; Trebellianica vero iuris dispositione, nu. 14.

DECISIO XLII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Diana Petri Leonis, cũ petierit executionẽ cuiusdam instrumẽti donationis sibi factæ à q. Domina Gineura in curia Illu. & Reuerendiss. Domini Gubernatoris dictæ ciuitatis, & sententiam fauorabilẽ obtinuerit contra Hieronymum, & litis consortes de Scalamontibus, quæ postea coram iudice delegato per Breue Sanctitatis suæ commissa, fuit reuocata prout in sententia desuper lata, & ipsa Diana appellãte pariter per Breue Sanctitatis suæ huius Rotæ Auditoribus commissa.

De duobus fuit principaliter dubitatũ. Primo an dicta donatio dicatur valida ex defectu formæ statuti Anconæ de contractu mulierum sub. 41. colum. 2. non seruatæ circa interuentũm. & præsentiam proximiorum.

Secundo præsupposita validitate, an remaneat tot de bonis dictę Geneuræ Donatricis, quod possit dicta Diana in bonis eiusdem obtinere prætensam quantitatem pecuniarum sibi, vt in dicto instrumento donatatum.

Et circa primum dubium videbatur dicendum, quod non, nam in dicto instrumento donationis non interuenit consensus duorum proximiorum à dicto statuto requisitus, quo casu ipso iure non solum
1 contractus irritus est, aliquo iuramento non obstante, cum illud censeatur dolo ex-
2 tortum, sed petens executionem eiusdem, vel ipsum allegans, incidit in pęnam ducatorum quinquaginta, vt aperte disponitur in prętato statuto.

Circa Secundum pars negatiua pariter amplectenda videbatur, quia deductis bonis fideicommisso subiectis ad ipsos heredes spectantibus iuxta formam Testamenti quon. Domini Alexandri Thodini in actis exhibiti, prout fol. 48. de quibus nulla potest detrahi Trebellianica ad fauorem dictæ Geneuræ, & hęred. nam etiam quod
3 ex iussu restituendi omnia sua bona post mortem primi hęredis à dicto testatore facto posset dici prohibita omnis Trebellianicę detractio, vt voluerunt plures citati per Gabr. in titul. ad Trebellia. conclus. 3. fo. 260. & videtur de mente Michael. Grass. in §. Frebellianica, num. 6. fo. 342. licet hoc
* minime substineri valeat, quia magis cõis * est in contrariũ vt per Gabr. & Grass. in loc. cit. dicitur extincta de fructib. perceptis per d. Geneuram iux. tradita in l. in fideicõmissariam hæreditatis restitutionem 18. ff. ad Trebellianc. vbi gloss. & sic per hæredes præfatos, nec peti, nec retineri potest, præsertim cum fructus dictę fideicommissarię hæreditatis fuerint percepti maiori spatio quam viginti annorum, quo tempore non
5 solum coęquãt valorem bonorum, ex quibus fructus percepti fuere secundum glos. in aut. perpetua littera C, in verbo iusta, C. de sacr. sanct. eccles. Roman. cons. 423. pro pleniori discussione numero 1. Iaso. in l. si fundum, la 2. nume. 5. ff. de legat. 1. & Arri. Pinel. in repet. l. 2. in 3. par. cap. 4. & vlt. nu. 2. C. de rescind. venditio. Sed minori tempore cum interesse possit etiam taxari ad sex pro centenario, & quandoq; ad rationem decem, vel octo secundum quod frequentatur in regione, licet fructus, vel vsus minus valeant Rot. Genu. decis. 194 agitato iu-
6 dicio, numero 3. fol. 257. & expensis funeris, quæ, quæ dicantur, & quo vtãntur priuilegio tradit Viu. in suis decis. Baren. decis. 307. expensę funeris, num. 1. lib. 2. fol. 415. testamenti, inuentarij, & aliarum causarũ necessariarum iuxta tradita in l. fi. §. in computatione, C. de iur. deliberan. vbi Bart. nu. 1. Paul. de Castr. numero 1. nihil remanet ex quo per dictos de Scalamontibus hæredes cum beneficio legis, & inuentarij possit dictæ Dianæ satisfieri.

Sed

Sed Domini communiter super vtraq;
dubitatione tenuerunt partem affirmati-
uam, nempe dictum instrumentum dona-
tionis esse validum, & remanere tãtum de
bonis dictæ Geneuræ, quod potest satisfieri
d. Dianæ, etiam computatis omnibus præ-
tensis pro parte dictorum hęredum, vt de
7 primo patet, quia licet contractus sæpedi-
ctæ donatiouis fuerit factus absentibus Ste-
phano, & Alexandro de Benincasis proxi-
mioribus, nõ dicitur propterea contractus
nullus, nam dicti proximiores fuerunt ci-
tati ad formam statuti, & interuenire non
curauerant, quo casu contractus præfatus
celebratus cum pręsentia viri & iudicis de-
creto valet, & tenet, vt legitur in dicto sta-
tuto Anconæ rubr. 43. col. 2. in versicu. hoc
8 insuper. Immo vbi aliquis formæ defectus
sępedicti statuti opponi posset, nõ propter-
ea huiusmodi contractus esset nullus, cum
sit factus causa dotandi dictam Dianam,
9 quia statuta etiam generaliter loquentia
non comprehendunt quod fit ex causa do
tis per ea, quæ tradit Saly. in l. fi. in princ. per
illum text. C. de iur. dot. Ruyn. cons. 194. In
causa vertente, nu. 5. lib. 1. Bal. Nouel. in suo
tract. de dot. in 6. part. priuil. 48. Paseth con-
sil. 163. & si lex hæc municipij Firmani, nu.
14. & Eugen. consil. 9. casus qui proponitur
numero 26. fol. 32. & in casu magis dubita-
li, nempe in terminis Constitutionis Mar-
chiæ cap. 25. lib. 5. quæ loquitur per verba
vniuersalia, aliàs censuit eadem Rota pro
maiori parte in vna Recanetensi 15. Maij
1596. vertente inter Nicolinam vxorem
q. Petri Traffichini de d. ciuitate Recane-
ti, & Bartholomeum Bernabò de Macera-
ta, & Iacobam eius vxorem, vt dixi sup. de-
cis. 34. in vna Recanetensi, nume. 1. quæ in
præsenti specie videtur satis clara, cum di-
cta dos fuerit data pro puella paupere mari
10 tanda, & sic ex pia causa per ea quæ in ter-
minis voluit Nouell. in suo tractat. de dot.
p. 5. nunc me transfero, num. 3. & 4. fol. 14.
11 ratio est, quia datũ puellæ pauperi dicitur
Deo datum, vt post Bald. in l. post mortem,
num. 10. ff. de fidei. Alexan. in l. cum his, §. si
mulier de cond. indeb. & in l. si cum do-
tem, §. eo autem, numer. 10. ff. sol. matrim.
dicit addit. ad Nouel. in verbo paupere, fol.
15. cuius fauor talis est, quod iura prohibi-
12 tiua in contractibus censentur remissa, vt
in simili videtur in contractibus, qui fiunt
fauore captiuorum, de quibus in l. quamuis, & sequen. ff. solut. matrim. Rom. cons.
316. circa propositam consultationem, nu.
7. Tiraq. in suo tracta. de maiorit. par. 4. li-
mit. quarta, nume. secundo, tom. decimo,
13 part. prima, fol. 461. quorum causa pariter
pia est, vt probatur in l. si quis pro redem-
ptione in illis verbis pijssimam administra-
tionem, C. de donat. cum cæteris deductis
per Tiraq. loco citato num. 286. fol. 509.

Et de secundo probatur, quia detractis
bonis dicti fideicommissi absque alicuius
Trebellianicæ detractione, expensis fu-
nerum ascendentium ad scuta triginta, cũ
tertia parte eorum, quæ consistunt in au-
ro, & argento, prout in inuentario ascen-
den. ad scuta trigintaquinque, & tertia
pars dotis dictæ Geneuræ soluta post eius
mortem viro, quæ ascendit ad summam
scuta 153. remanent, etiam vbi dicta Ge-
neura aliud non habuisset nisi propriam
dotẽ, quæ fuit scuta 400. auri ad rationem
paulorum vndecim pro quolibet scuto, vt
apparet ex inuentario hæreditatis dictæ q.
Geneuræ fol. 24. & seq. producto pro par-
te dictorum hęredum scuta 306. de quibus
potest dicta Diana satisfieri. Quo stante
inanis est omnis oppositio fundata in de-
bitoris inopia, præsertim cum dicta Ge-
neura in dote Franciscæ suę matris, quæ
fuit ducatorum quingẽtorum debeat non
obstante quocunque testamento facto per
dictam Francescam ad fauorem dictorum
hęredum de Scalamontibus, casu quò di-
cta Geneura decesserit, prout decessisse as-
feritur sine filijs, habere legitimam, & Tre
bellianicam, & sic medietatem dictæ do-
tis; nam legitima sibi competit iure natu-
14 ræ, Trebellianica vero iuris dispositione.

Quibus stantibus instrumentum præfa-
tum videbatur exequendum prout Domi-
ni exequi manducauerunt confirmando
sententiam primi iudicis prout in Pronun-
cia desuper lata.

Non obstant deducta in contrarium
quia ex supra deductis remanent sublata.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO XLIII.

FIRMANA.

ARGVMENTVM.

A sententia, qua vir condemnatur ad restituendam dotem ob uergentiam ad inopiam, an detur appellatio, & inhibitio desuper obtenta ueniat moderanda.

SVMMARIVM.

Appellatio non datur, quando agitur vigore publici instrumenti, & tractatur de causa dotis, numero 1.

Testes quando examinantur ad perpetuam rei memoriam, quę concurrere debent, num. 2. & seq.

Citatio ad examinandum testes ad perpetuam rei memoriam est necessaria, quando non subest aliqua iusta causa, num. 3.

Testes quando examinantur ad perpetuam rei memoriam, an requiratur aliqua interlocutoria, numero 4.

Appellatione prohibita, an possit appellari ex capite iniustitiæ, num. 5.

Dotis restitutio, quæ fit ex vergentia viri ad inopiam, non dicitur propria restitutio, nu. 6.

Priuilegia non trahuntur ad ficta, & impropria, num. 7.

DECISIO XLIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 Super proposita quæstione Respõdebatur inhibitionem obtentam pro parte Fabij Ricij appellantis contra Bartholomæam Perusini debere moderari, quia agitur vigore publici instrumenti, & de causa dotis, à qua non datur appellatio saltem, quo ad suspensiuum, vt in terminis probat Nouel. in suo tracta. de dot. par. 12. nu. 68. fol. 191.

Licet causa huiusmodi proposita Domini essent in cõtraria sententia, quæ non fuit publicata, quia pars, quæ petebat dictam moderationem, amplius pró ea non institit, ratio autem, qua mouebantur, erat, quia cum fuerit, quæstio super decoctione Ludouici Perusini viri d. Bartholomeę, & ex isto capite dos de qua in d. instrumento per dictam mulierem repetita, non potest dici, quod causa esset executiua, nam dicta asserta decoctio, ex qua pendet restitutio, non probatur per instrumentum, nec in processu, quod peius est, etiam quod non nulli testes super hoc examinati reperian-
2 tur, nam huiusmodi examen cum fuerit factum ad perpetuam rei memoriam, non concurrentibus requisitis, de quibus per Felyn. in capitu. significauit de test. Socci. in suis Fallentijs reg. iur. in verbo testes examinari fol. 56. Papiens. in form. capitulorũ, quando testes producuntur ad ęternam rei memoriam in vers. coram vobis, nume. 1. & seq. fol. 270. Menoch. de arbitrar. cas. 60. 61. & 62. Mynsi. cent. 4. obser. 71. quoniam multis fol. 498. dicitur nullum, præsertim
3 cum inter cætera deficiat citatio, quæ omnino requirebatur secundum Felyn. in dicto cap. significauit, num. 3. & Papiens. loco citato, num. 3. vbi non apparet de aliqua iusta causa, per quam huiusmodi citatio potuisset omitti iuxta tradita per Marsil. in
4 l. de vno quoque, numero 102. & requisita interlocutoria iudicis, per quam prius pronunciari debebat testes valitudinarios, senes, vel debiles, & propterea recipiendos, vt post gloss. Bart. & Doct. in l. Aquilia, §. si deletum. Rolan. consil. 23. ex testibus, numero 21. lib. 4. & Masuer. in addit. Papiens. loco citato in verbo timeat, fol. 270. col 2. nam id non creditur nisi probetur, vt per Rolan. vbi supra num. 20.

Nec quod fauor dotis faciat causam inappellabilem, nã etiam vbi causa non fuis-
5 set talis, ex solo capite præfatæ iniustitiæ dicitur effecta talis, per ea quæ tradunt Angelus in l. quisquis, C. quor. appella. non recip. Romanã in cons. 358. igitur ad primũ, nume. 6. lib. 4. & Ludouic. decis. Perus. 20. Domina Martiana, num. 24. fol. 25.

Et sic cessant omnia quæ supra opponebantur, præsertim cum repetitio dotis fiat ex capite vergentis viri ad inopiam, ex qua
6 non propria, sed ficta restitutio dotis oritur, vt in terminis probant Bart. in l. si constante, nume. 55. ff. solut. matrim. Alexan. 142. viso processu, nu. 13. & seq. lib. 5. Gram mat. dec. 92. in causa honestę mulieris Beatricis, num. 1. Abb. consil. 70. quamuis sit dispu-

sputabilis, nume. 3. lib. 1. qui hanc assignat pro vna ratione, ad decidendum illam magnam quęstionem de iure offerendi aduersus vxorem possidentem vel petentem aliqua bona mariti in solutionem suæ dotis, quando maritus vergit ad inopiam. Vrsi. ad Afflict. decis. 9. Pater, & Filius num. 9. Rol. cons. 9. in præsenti, nu. 39. lib. 4. Afflict. decis. 199. vxor habens, num. 2. Peden. decis. 135. Quæstio difficilis, nu. 9. & Rot. Lucan. per Magon. dec. 55. Ioannes q. Bernardini, nu. 3. ratio est secundum Alex. vbi supra, quia de fructibus debent substentari, vxor, maritus, & filij; & sic non potest dici propria, & vera restitutio, cum nō fiat plene, quæ non videtur habere priuilegium præfatum ne possit appellari; nam priuilegia non trahun-
7 tur ad ficta, & impropria, vt per Io. Campes. in suo tractat. de statut. quæst. 4. tom. 2. fol. 269. à tergo. In hoc tamen non facio aliquod fundamentum, nam & si restitutio ficta sit, agitur tamen de dote vera, quæ semper & vbique præcipua est.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XLIIII.

MONTICVLI.

ARGVMENTVM.

Legatum factum Titio & Saio de centum, an semper intelligi debeat de quinquaginta pro quolibet.

SVMMARIVM.

Legans duobus centum, quinquaginta cuilibet legasse dicitur, numero 1. fallit numero 18. & sequenti.
Interpretatio stricta fit in legatis, nu. 2.
Legata sororum debent esse æqualia, num. 3.
Dotes inter sorores debent esse æquales, num. 4.
Discordiæ, & seditiones suscitantur ex inæqualitate, num. 5.
Inæqualitas est mater discordiæ, & bellorum, numero 6.
Clausula vna testamenti declaratur per aliam, nu. 7.
Filij omnes debent habere eandem legitimam, nu. 8.
Dictio (cuilibet) est distributiua, & non recipit restrictionem, num. 9.
Mater dicitur habere eandem potestatem, quam pater habet, licet potestas sit inæqualis, num. 10.
Aequalitas est seruanda inter filios, num. 11.
Iudex in dubio debet seruare æqualitatem, num. 12.
Aequalitas sæpe ampliat; & restringit testatoris dispositionem, nume. 13.
Mater an possit vni ex filijs plus relinquere, quàm alteri, num. 14.
Prioris denominationis ordo maiorem affectionem demonstrat, num. 15.
Filij præsumuntur omnes æqualiter dilecti, num. 16.
Voluntas testatoris est sequenda, num. 17.
Verba non censentur posita sine effectu operandi, numero 19.
Legatum, quando est ambiguitas verborum, latè interpretatur, num. 20.
Legatum late interpretatur, quando agitur de modico præiudicio, num. 21.
Legatum late interpretatur, quando concurrunt aliæ coniecturæ, nume. 22.
Legatum late interpretatur, quando fit interpretatio secundum propriam verborum significationem, num. 23.
Legatum latè interpretatur, quando est factum personæ, ad quem testator habet magnam affectionem, prout sunt filiæ, num. 24.
Legatum late interpretatur, quando militat ratio seruandæ æqualitatis, num. 25.
Legatum late interpretatur, quando filius est hæres vniuersalis, & filiabus est factum particulare legatum, num. 26.
Legatum dotis late interpretatur, nu. 27.
Dos hodie non datur in modica summa, nu. 28.
Interpretatio lata fit fauore dotis, nu. 29.

DECISIO XLIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Plera vxor quondam Christophori Secchiarij, cum in suo vltimo testamento reliquisset iure legati Iacobæ eius filiæ natæ ex primo matrimonio florenos centū pro eius legitima portioneque hæreditatis in his ipsam instituendo, & Ginebriæ, & Ioannæ filiabus suis natis ex secūdo matrimonio florenos centum de bonis suis pro earum, & cuiuslibet ipsa-

ipſarum legitima, & portione hęreditatis
in his ipſas,& quamlibet ipſarum instituen
do.cum declaratione,vt in dicto teſtamen-
to, quod pro ſeruanda æqualitate inter di-
ctas filias Caneſtrum ipſius teſtatricis æqua
liter diuidatur inter ipſas. Orta controuer-
ſia inter hæredem dictæ Pieræ, & dictas fi-
lias ſecundi matrimonij,fuit dubitatum an
huiuſmodi legatum debeat intelligi de cē-
tum pro qualibet filia, vel de centum inter
omnes.

1 Et dicebatur pro parte dicti hæredis eſſe
intelligendum nō de centum, ſed de quin-
quaginta pro qualibet per text. in terminis
in l.ſi quis teſtamento 82. ff. de legat. 1. l. ſi
pluribus 45.ff.de verb. obligat. etiam ſi per
verba in dicto teſtamento poſita aliqua ori
2 ri poſſet dubitatio, quia in legatis ſtricta ſit
interpretatio Menoc.de arbitrar.q.99.quæ-
ro nonageſimonono, numeru 14.& quod
minimum eſt, cenſetur legatum l. ſi ita ſit
adſcriptum 14.ff.de legat.1. l. qui concubi-
nam,2.q.§.cū ita, & l. nummis 63. ff. de le-
gat.3.Natt.conſ.379. verba teſtamenti, nu.
1.fo.92.& conſ.420.quamuis in controuer
ſia,num.27.liſi.2. fo.127. & Crauet.conſil.
86.diuino ſubſidio,num.7. fol.174.

Sed ponderatis, & conſideratis verbis
teſtamenti contrarium fuit determinatū,
quia per dicta verba dicta teſtatrix nil aliud
videtur voluiſſe diſponere, niſi quod om-
nes filiæ haberent centum pro qualibet, &
non quod filia nata ex primo matrimonio
haberet centum, & aliæ filię natæ ex ſecun
do matrimonio haberet quinquaginta pro
3 qualibet, quia id non conueniret æqualita-
ti requiſitæ in legatis ſororum, quæ debent
eſſe æqualia iuxta legem vt liberis,C.de col
latio. ne contingat vnam habere maiorem
dotem, quàm aliæ contra ea quę poſt Dec.
conſil.26.diligenter num.1.fol.32.& conſ.
59.licet in caſu num.3.fol.68.& conſi. 536.
in cauſa num.10.fol.560.ponit Decian.con
ſil.32.tametſi putem,num.66. volum.2.fo.
4 256. nam dotes, & vt ibi debent eſſe æqua-
les ad euitandas diſcordias, & ſeditiones,
5 quæ ex inæqualitate excitantur, l. cum pa-
ter,§. euictis, ff. de legat.2.& in l.2.C.com-
mun. diuid.Mantic.conſil.286.in caſu prę-
6 ſentis dubitationis.Inęqualitas enim eſt di-
ſcordiarum, bellorumq; mater, vt colligi-
tur ex Plato. 6. de legi.& Ariſt.lib.Ethi.9.c.
28.& capitu. dicimus 16.quęſt.7. de quibus
meminit Eug. conſil. 62. requiſitus, num.
47.fol.175.

7 Et tanto magis, quia præter id quod vna
clauſula teſtamenti declaratur per aliam
Alex. conſil.155.viſis, & accurate conſide-
ratis, nume.4. lib.2. tantum videtur colligi
ex verbis,nam ſi legitima portio primæ fi-
liæ eſt de florenis centum,vt per d. teſtatri-
cem fuit declaratum, eadem debet eſſe le-
gitima portio aliarum filiarum, cum om-
8 nes debeant habere æqualem legitimam,
§.1.in aut.de trient.& ſemiſſ. & in aut. vt li-
ceat matr. & au. in princ. & præcipue ex il-
la dictione cuiuslibet bis repetita,quę adeo
9 eſt diſtributiua, & tribuit cuilibet rem inſo
lidum,vt probat glo.in dicta leg.ſi pluribus
hæredibus,ff.de legat.2. in verb. ſed omnes
coniuncti.Vulpel.in ſuo tracta. ſucceſſ.tam
ex teſtam. quàm ab inteſtat.in §.inſtitutio,
num.16.q.20.fo.164.Decian.conſ.73. circa
primum igitur,num.16. volum. 2. fol.534.
& conſil.4.ſubtiliter adhuc nume.6.fol.80.
quod non recipit reſtrictionem Anchar.q.
9.Minor quidam,num.20.lib.3.fol.119.Sic
10 dictat charitas materna, in qua eſt æqualis
pietas cum patre, licet poteſtas ſit inæqua-
lis pietas cum patre, licet poteſtas ſit inæ-
qualis, l. furioſæ matris, ff de curat. furio.
11 Dec.conſil,391.in caſu propoſito,nume.4
& ſic ſuadet æqualitas,ad quam tenebatur
iuxta textū in l.inter liberas,C. famil.erciſc.
l.1.C.vnd.lib.l.fi.C.commun.vtriuſq.iudic.
& tradit per Dec.conſ.536. in cauſa nu. 10.
de quo meminit dicta teſtatrix non oblita
12 de materna pietate,immo æqualitas, cum
ſæpe ampliet, & reſtringat diſpoſitionem
teſtatoris ſecundum Eugen.dicto conſ.62.
requiſitus nu.41.fo.175.adeo cordi eſſe de-
bet, quod ſecundum eam in dubio iudex
iudicare debet Dec.conſ.22.quo autem nō
teneretur,num.23.vol.2.fol.194.

Præcipue ne contingat, quod vna ex di-
ctis filiabus tractetur tanquam filia, aliæ ve-
ro tanquam priuignę,vt per Eug.vbi ſupra,
num.51.

Nec dicatur aliud eſſe in caſu de quo agi
14 tur, in quo cum mater poſſit vni ex filijs
plus relinquere quam alteri, l.præſentibus
vbi Bart. C.de inoffi.teſtam.Decian.conſil.
35.ex prædictis num.3.lib.1. veriſimile eſt,
quod dicta teſtatrix voluerit relinquere
plus filiæ primi matrimonij, quam filiabus
15 ſecundi matrimonij, quia ordo prioris de-
nominationis ſeruatus ab ea,ordinem cha-
ritatis, & maioris affectionis demonſtrat
Bald.in l. pen.in 3.oppoſit.nu.3. C.de verb.
ſignif.Corn.conſ.210.viſo ſtatuto lib.2.nu-
mero 10.Dec.conſ.504.in caſu occurrenti,
numero 9.Crauet.conſi.147.Catharina Ti-
zardæ,num.2.& conſ. 297. verba legati ha-
bent num.2.Paſet.conſ.33.In cauſa num.5.
& Decian.conſ.63.de nouo reuocatur, nu-
me.20.lib.2.

Nam

Nam duplicitet respondetur. Psimo, 16 quod cum omnes sint filiæ, omnes præsumuntur æqualiter dilectæ. Bald. in l. cum Pater, §. cunctis, ff. de legat. 2.

Secundo, quod tractatur de materia indifferenti, in qua nequaquam affirmari potest voluisse relinquere plus filię primi matrimonij, quam filiabus secundi matrimonij, vt in simili considerat Crauet. d. consi. 297. numero quarto, in vers. quarto considero stantibus precipuè verbis de quibus supra, quæ omnem excludunt dubietatē, 17 ex quibus cum constet de testatricis voluntate dici potest cum Bald. in l. pen. C. de necess. hæred. instituen. in princ. talem mentem esse sequendam sicut venator sequitur leporem, & sicut ducens nauim inhæret temoni.

18 Non obstat dum per iura supra allegata dicebatur dictum legatum debere censeri de quinquaginta florenis pro qualibet filia non de centum, quia dicta iura procedunt vbi simpliciter testator reliquit, seu legauit Titio, & Seio decem, non vbi concurrunt præfatæ coniecturæ, quia legatum potest ex coniecturis declarari. Rym. in. iun. consi. 358. visa mihi fuit, num. 13. fol. 139. lib. 2. & adsunt verba superius specificata, ex quibus constat testatricem voluisse plus relinquere uni, quam alteri, nisi quis forsan insi-19 stere uellet talia uerba fuisse posita casu, & sine effectu operandi contra ea. quæ tradunt Alex. cons. 36. Viso themate, nu. 5. lib. 2. & Crauet. cons. 105. diuino subsidio nu. 7. Itaq; cum constet testatricem uoluisse legare centum pro qualibet filia, nō poterat huiusmodi legatum restringi, sed cuilibet filiæ centum floreni dandi erunt per ea, quę tradit Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 199. in verbo, quod si sufficienter constet fol. 916. & seq.

Prout nec obstat dum dicebatur in legatis strictam fieri interpretationem, ob quā legatum debet intelligi de eo, quod minimum est, quia id non est semper verum, 20 nam quando adest ambiguitas verborum lata fit interpretatio, vt per Mantic. de coniect. vltim. vol. tit. 1. lib. 7. nu. 32. fol. 162. & Natt. viden. cons. 626. pręsens articulus nu. 21. & seq. lib. 4. fol. 160.

21 Prout quoque fit quando agitur de modico pręiudicio considerata persona hęredis Bero. q. 56. testator vxori suę, numero 8. fol. 135. Honded. cons. 63. Plures exorientur dubitationes nu. 66. & Surd. cons. 72. legatum, quod fecit numero 16. lib. primo, qui nouiss. idem comprobat in suis decision. decis. 298. aureorum in Italia, numero duodecimo.

22 Quando concurrunt aliç coniecturę, vt post Roman. sing. 649. regula est quod. Gabr. cons. 98. in specie proposita, numero 46. lib. primo, dicit Honded. dicto consil. 63. nume. 53.

23 Quando interpretatio fit secundum propriam verborum significationem, vt per eundem Honded. dicto consilio 63. num. 60. & Surd. dict. cons. 72. nu. 16.

24 Quando legatum est factum coniunctę personę, ad quam testator habet magnam affectionem prout sunt filię, quia tunc interpretatio fit contra hęredem. Crauett. consil. 297. verba legati, numero primo. Natta cons. 626. pręsens articulus numero 20. lib. 4. Menoch. de pręsumpt. lib. 4. pręsumpt. 106. numero nono, & in suo tracta. de arbitrar. dict. q. 99. quęro nonagesimo nono nu. 15. fo. 77. & in terminis de legato facto filiabus, quod plenius debeat interpretari dicit Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titu. 11. nu. 23. fol. 151. Surd. cons. 170. Bonifacio liberto, nume. 19. lib. secundo. Etiam in pariter coniuncto secundum eundem Surdum dicto consi 72. legatum, quod fecit, nu. 16. & consi. 112. Ambrosius Saluatus, num. 79. & 80. lib. 1.

25 Quando militat ratio ęqualitatis seruandę, quia tunc, vt inquit Ruyn. consil. 212. num. 13. lib. 1. sicut ratione æqualitatis seruandę aliquando in legato nō venit, quod aliàs veniret, ita econuerso eadem ratione in eo venire, quod aliàs non veniret.

26 Et quando vnus filius est hęres vniuersalis, & filiabus est factum particulare legatum, prout in casu isto. Surd. dicto consil. 27 112. numero 79. lib. primo, & tanto magis lata debet fieri interpretatio, quia dicta legata debent seruire pro dote, quę cum ho-28 die non detur in modica summa, strictam non patitur interpretationem, etiam ex 29 coniecturata mente testatoris pręter id quod fauore dotis non attenditur, quod est minimum sed lata fit interpretatio Sur. dicta decis. 298. num. 12.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO XLV.

FANENSIS.

ARGVMENTVM.

Falcidia an possit detrahi ex vsufructu omnium bonorum vxori relicto.

SVMMARIVM.

Falcidia, an detrahatur de legato vsusfructus omniũ bonorum, & quando, num. 1.
Dodrans idest quarta pars, num. 2.
Computatio ad cognoscendũ, an vsusfructus omnium bonorum excedat dodrantem, quomodo sit facienda, num. 3.
Vsufructuaria omnium bonorum an possit accipere legatum propria auctoritate, num. 4.
Interdictum seu remedium, quorum legatorum, an competat contra vsufructuariam omnium bonorum, num. 5.

DECISIO XLV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 EX vsufructu omniũ bonorũ relicto Margaritæ Amianæ falcidiam petitã per Vincentium Bertocciũ detrahi posse affirmabatur, per doctr. Bart. in l. vxori meæ, nu. 2. ff. de vsufr. leg.

Sed contrarium communiter per Dominos fuit conclusum, quia de vsufructu
2 omnium bonorum non detrahitur falcidia, nisi excedat dodrantem idest quartam partem Borgn. de vsufruct. num. 225. Natt. cons. 297. num. 6. lib. 2. Pius in l. Titia, §. Titia cum nuberet de legat. 2. num. 86. qui in specie loquitur de vxore relicta vsufructuaria. Menoch. de adipiscen. remed. 2. nume.
3 67. quem ex facto, cum de muliere quinquagenario agatur facta cõputatione iuxta text. in l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid. excedere minime repertum fuit.

4 Quo stante poterit dictum legatum ex se consequi, absque eo quod contra ipsam
5 competat remedium quorum legatorum, etiam si propria auctoritate dictum vsumfructum occupasset, cum à testatore nullus alius factus sit hæres, à quo legatum petere possit nisi post mortem ipsius. Ias. in l. extraneum, numero quarto, vbi Bald. C. de hæred. instit. Roman. cons. 71. num. 1. & 5. Rip. in l. 1. in princ. num. 18. ff. quorum legat. Socc. consil. 131. in præsenti consultatione, num. 8.

Nec obstat allegata doctr. Barto. in d. l. vxori meæ, ff. de vsufruct. legat. quia debet intelligi vbi legatum vsusfructus omnium bonorum excederet dodrantem, & vltra præcitatos Doctores habetur per tex. in terminis in l. omnium, ff. de vsufruct.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XLVI.

FANENSIS.

ARGVMENTVM.

Statutum requirens in actu certam solemnitatem, an habeat locum quando quis contrahit cum Patre.
Donatio facta ex causa ingressus ad effectum seruiendi Deo optimo Maximo, an sit reuocabilis.

SVMMARIVM.

Contractus minorum solemnitas, num. 1.
Forma statuti est seruanda, aliàs actus non valet, numero 2.
Decretum irritans inducit formam, num. 3.
Contractus donationis, quando quis ignorat valorem eius quod donat, an rescindatur, num. 4.
Donatio inuerisimilis præsumitur fraudulenta, numero 5.
Consensus non trahitur ad ignorata, num. 6.
Scientia valoris bonorum donatorum, an præsumatur, nume. 7.
Mulieres, minores, & rustici sunt certiorandi, nu. 8.

Mulieres minores, & rustici, an certiorentur per generalem renunciationem, num. 9.

Metus reuerentialis cum enormi læsione, quid operetur, num. 10.

Donatio an possit reuocari ex defectu causæ finalis, num. 11. & 32.

Delegatio causæ facta per iudicem in casu necessariæ absentiæ reuerso delegante cessat, num. 12.

Monachus professus si licitè recessit, an recuperet bona, num. 13.

Donans ex causa ingreßus religionis, videtur donasse causa mortis, nume. 14.

Mulier potest dici non ingressa monasterium, quando non fecit professionem, nume. 15.

Beneficium eius, qui est infra annum probationis, non potest alteri conferri, num. 16.

Donans ex causa ingressus religionis si credidißet remanere in sæculo, an verisimiliter donasset, numero 17.

Pater, quando contrahit cum filio, an requiratur solennitas statutaria, nume. 18.

Fraus inter patrem, & filium, ac coniunctos non præsumitur, nume. 19.

Cessante causa cessat effectus, num. 20.

Donatio inter patrem, & filium quando sublineatur, nume. 21.

Proximiorum defectus quando obstet, num. 22.

Remedium læsionis vltra dimidiam habet locum in donatione, num. 23.

Læsio non consideratur in ingredientem religionem, sed magna vtilitas, maximè quando donatio est facta ad fauorem venientis ab intestato, numero 24.

Ingrediens monasterium verisimiliter non cogitat de bonis temporalibus, num. 25.

Clausula ex certa scientia, & nullo iure, vel errore ducta, quid operetur, nume. 26.

Remedium rescissorium non datur vbi præsumitur scientia, num. 27.

Iurans dicitur venisse certioratus, & deliberatus, numero 28.

Minor donans cum iuramento an restituatur, numero 29.

Mulier iurans non venire contra ex capite enormis læsionis, an possit allegare se enormiter læsam, numero 30.

Dolus, metus, & fraus an præsumatur in donatione, in qua interueniunt consanguinei, & iudicis decretum, num. 31.

Ingressa religionem per lapsum anni, an dicatur professa alio non probato, nume. 33.

Causa quæ durat non potest dici cessata, num. 34.

Habiti nouitiorum sola delatio annalis, an inducat professionem, num. 35.

Concilium Tridentinum cap. 17. sessio. 25. an loquatur de tacita, vel expreßa professione, num. 36.

Professio tacita quomodo fiat, num. 37.

Mors, & ingressus Religionis æquiperantur, numero 38.

Donatio causa mortis, quando est irreuocabilis, numero 39.

Clausula ad habendum, possidendum, fruendum, vendendum, alienandum, & quid quid perpetuo placebit faciendum, inducit translationem Dominij, num. 40.

Donatio inter viuos quando facta dicatur, numero 41.

Donatio causa mortis non transit ad hæredes, numero 42.

Donatio in dubio censetur inter viuos, non causa mortis, num. 43.

Ingressus religionem, quando præsumatur voluisse vitam mutare, & cogi possit ad ingrediendum aliam religionem, nume. 44.

DECISIO XLVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN vna Fanensi, quæ inter Alexādrum de Piscis tutorem Andreæ Pilei infantis, & Vincentium Dinam illius Actorem appellantes ex vna, & Camillam Vgolinam de Pileis appellatam ex altera, quæ post ingressum Religionis nuncupata fuit soror Magdalena.

Dubitatum fuit, an donatio facta per dictam Camillam Patri suo ante dictæ religionis ingressum ad effectū seruiendi Deo Optimo Maximo residuum vitæ suæ sit valida.

Et dicebatur ex pluribus, quod non, Pri-
1 mo quia non interuenit consensus duorū
proximiorum ad formam Statuti Fani. ca.
29. lib. 2. in rub. de modo, & forma obseruā
da in contractibus minorum, aderat enim
Franciscus auus maternus d. Camillæ, qui si
fuisset adhibitus ad consentiendum, potuisset informare d. Camillam de magno præiudicio sibi ex d. donatione proueniente.

Secundo quia d. Camillæ non fuit datus
curator ad formam d. statuti, & sic quod
2 gestum est, non tenet ex defectu formæ, à
statuto non seruatæ, vt consuluit Anchar.
consi. 6. viso themate nu. 4. Dec. consil. 528.
pro resolutione casus, num. 12. & consi. 612.
conclusionem num. 3. Ruyn. consi. 107. viso prius testamento, nu. 12. lib. 1. stante ma-
3 xime decreto irritante, quod inducit formam Mandos. in addit. ad Roman. consil.
402. in proposita vers. & non aliter. Gabr.
de clausul. conclus. 3. num. 57. & seq.

4 Tertiò quia dicta Camilla donauit, vt supra absque eo, quod sciuerit valorem eius, quod donabat, & læsionem, quam patiebatur donando, quo casu contractus non tenet, sed tãquam nullus rescinditur. Gramm. decis. 103. Illustris Marchionissa Padulæ, n. 54. & 55. Guiliel. de Benedictis in ca. Rayn. in verbo duas habens filias, num. 265. de testam. Ruyn. cons. 170. De tribus est per ordinem, num. 21. & seq. lib. 1. & cons. 60. De re quidem ardua, nu. 24. lib. 3. quem sequitur Ceph. cons. 142. Magnifica Domina, nu. 26.

5 Immo tanquam inuerisimilis præsumitur fraudulenta secundum eundem Ceph. ibi num. 52. ratio est, quia deficit cõsensus, qui

6 non trahitur ad ignorata.

Et quod dicta Camilla donauerit id cuius valorem ignorabat patet, quia non fecit donationem certæ rei, vel quantitatis, sed vniuersitatis iurium, & bonorum paternorum, & tamen non constat habuisse notitiam valoris eorũdem, vt habere debebat,

7 ad hoc, vt contractus subsisteret, cũ ista nõ præsumatur. Corn. cons. 124. multum diffusè num. 4. qui loquitur in specie de scientia bonorum maternorum.

8 Vnde dicta mulier erat certioranda, vt cõsuluit Curt. iun. cons. 141. Habita diligenti, nu. 16. Prout quoq; certiorari debent minores, & rustici, vt inquit Alex. cons. 42. super præmisso themate, num. 5. qui non ex-

9 cusantur per generalem renunciationem, etiam iuratam, vt ibi, & per addit. ad Alex. cons. 125. visis, & consideratis lib. 1. in vers. curato. quæ loquitur de minoribus donantibus rem in vniuersum, allegando Ruy. d. consil. 107. viso prius instrumento, num. 16. lib. 1. & Alex. in quodam consilio non impresso distinguentem inter donantem vniuersa bona, & rem particularem.

10 Quartò quia concurrit metus reuerentialis cum enormissima læsione, vt probatur ex eo, quod dos materna ascendit ad sũmam scut. 3300. & bona paterna ad longe maiorem summã, & dos sibi assignata pro monasterio tantum ad summam scut. 200. quæ rescindunt contractum, tanquam meticulosum secundum Gramm. d. decis. 103. nu. 49. etiam quod non probarentur minæ, & verbera, vt ibi nu. 50. Præsertim quando renunciatio est facta ad præsentiam Patris, matris, vel fratris, per mulierem, nam tunc concurrente læsione præsumitur facta metu reuerentiali. Eug. d. cons. 29. nu. 76. fo. 88.

11 Quintò quia vbi dicta donatio esset valida, venit saltem reuocanda ex defectu causæ finalis, nã licet dicta mulier donauerit ex causa ingressus monasterij, non tamen ingressa voluit facere professionem, vt requirebatur ad essentiam, & substantationẽ dictæ donationis per ea, quæ in terminis tradit Curt. iun. cons. 141. habita diligenti, numero 13. Soccin. cons. 183. eleganter nu. 3. lib. 2. Dec. cons. 86. viso puncto num. 5. in vers. & ista donatio, vbi additio in verbo resoluatur Allegat. Purpur. in l. fin. nu. 194. C. de pact. Natt. cons. 180. pro decisione nu. 2. lib. 1. Cagnol. in l. 1. n. 37. ff. de reg. iur. Becc. consil. 74. Don Paulus Malisa, nu. 11. & seq. fol. 32. & summa Tabie. in verbo nouitius, numero decimòtertio, part. 2. fo. 417. & facit quod notat Ferrat. caut. 21. multoties, numero 2. fol. 94. dum dicit, quod delega-

12 tio causæ facta per iudicem in casu necessariæ absentiæ per reuersionem delegantis ante causæ expeditionẽ expirat iurisdictio

13 delegati absque aliqua reuocatione; etiam si ingressus fecerit professionem, si licitè recessit, nam tunc si recuperat bona ecclesiæ collata contemplatione ingressus, vt per Natt. dicto cons. 180. numero tertio, recuperabit quoq; collata Patri huiusmodi contemplatione, cum ratio diuersitatis assignari non possit. ratio præmissorum multiplex esse potest.

14 Prima, quia talis donans, vt supra videtur donasse causa mortis, quæ non sequuta professione reuocatur, vt in terminis post Abba. Hostien. & alios in cap. statuimus in fi. de regula. tradit Dec. dicto cons. 86. num. quinto, in vers. nam dum inquit. & summa Tab. vbi supra.

15 Secunda quia dicta mulier potest dici nõ ingressa, cum non fecerit professionem, vt probatur per gl. in ca. 1. in verbo dedicanda ext. de religio. domi & tex. in c. ad Apostolicam, ibi, & vere monachus est censendus extra de reg. Barto. in aut. si qua mulier col. vlt. nu. 20. C. de sacr. sanct. eccles. Dec. consi. 330. conclusio nu. 4. & alios citat. per Tiraquel. de retract. Longiager. §. 1. gl. 8. nu. 34. fol. 88. & sic sibi interim in aliquo præiudicasse non dicitur, nam si quis non est propriè religiosus ante professionem expressam, nec perdit dominium neq; possessionem bonorum suorum secũdum omnes, vt tradit nouissimè Thomas Zerul. in sua Praxi Episcopali, in verbo professio, fol. 58. prout, nec præiudicare poterat per ea, quæ tradit Castr. cons. 433. cum statutum, nu. 4.

16 lib. 1. dum dicit, quod beneficium eius, qui est infra annum probationis non potest alteri conferri, nec confirmari, etiam quod postea profiteatur.

17 Tertia quia nõ est verisimile, quod si credidisset remanere in sęculo, donasset, seu renun-

renunciasset, sed tātum si fuerit transitum ad religionem, vt inquit Socin. dicto consi. 183. numero 3. lib. 2.

Licet secus sit in donatione facta ecclesiæ, quæ ob conditionem non impleтā non reuocatur, nisi specifice id fuerit dictum, vt probat text. in capit. verum & ibi glo. de cond. apposi.

Sed contrarium fuit iudicatum. Quia sublatis assertis nullitatibus, & quod opponebatur de asserto defectū causæ finalis, quæ nullo modo obstat, vt infra in solutione obiectorum demonstrabitur, donatio, de qua agitur remanet valida.

Non obstat primum obiectum dum dicebatur dictam donationem esse nullam ex defectu aui materni proximioris, ac curatoris non dati.

18 Nam respondetur prædicta non procedere quando quis contrahit cum Patre, vt in præsenti specie. Boccac. super Constitu. Marchiæ cap. 25. glo. 3. num. 137. fol. 57. & gloss. 8. Postquam numero 53. fo. 166. & facit Rym. sen. cons. 55. viso processu inquisitionis, num. 17. lib. 1. Quia cum cesset ratio fraudum inter patrem & filium, & coniunctos. Bal. in l. pactum quæst. 21. C. de collat. quem sequitur ibi Ias. numero primo. Roman. cons. 277. non est dubium testamentum, colum. 3. nume. 4. Aym. cons. 39. Proponitur in facto in fin. Cæphal. cons. 467. in præsenti, num. 66. lib. 4. ob quas statutum so-
20 lemnitates inuenit, cessare quoque debet dispositio, & sic donatio huiusmodi susti-
21 nebitur, siue in defectū præfati statuti subintret dicta Constitutio Marchiæ capitulo vigesimoquinto, lib. 5. siue ius commune, quia in dicta donatione interuenerūt duo consanguinei, videlicet Franciscus Negusantius, & Hieronymus Lauri, & decretū iudicis, quod vtroque iure sufficit, nam & si ex forma Constitutionis omnia prædicta requirantur simul de iure communi sufficit iudicis decretum, & auctoritas tantum, vt post lo. Dilect. de att. testan. caut. 1. titu. 1. nu. 4. fol. 5. dicit Michael. Graff. in §. donatio quæst. 3. numero secundo, vers. contrarium, fol. 129.

Nec dicatur adhuc vrgere, quod de proximiorum defectu opponebatur, cū auus, qui proximior erat non interuenerit, quia
22 hoc nihil facit, nisi fuerit in specie probatum quod aderat, & interuenire poterat per Corn. consil. 241. de duobus, nume. 7. lib. 2. Tiraq. in tract. de leg. connub. glo. 8. quæst. 7. numero 51. fol. 471. & Paseth. consil. 147. quoniam in causa, numero quarto, & videtur de mēte dicti statuti, in quo fundatur obiectio, & constitutionis, vt colligitur ex illis verbis ibi (si assistant, vel saltem affinium si consanguinei non assistant.)

Non obstat tertium obiectum dum dicebatur, donationem esse rescindendam, quia facta ab ignorāte valorem eius, quod donatum fuit absque vlla certificatione assertæ læsionis.

23 Nam respondetur, remedium læsionis vltra dimidiam non habere locum in donatione, vt in terminis dicit Crauet. consil. 166. in causa, numero primo, & consil. 114. Ioanna filia, nume. 12. Anchar. cons. 433. in fi. Eugen. cons. 16. cum capitaneus, nu. 58. & seq. qui dicit idem esse in legato, & aliis contractibus in quibus adest clausula, & quod plus valet donatur.

Nec dicatur id habere locum in donatione rei certæ, non autem incertæ, vt dicit Eug. cons. 29. suppositis statu, nu. 73. fol. 88.

Nam pluribus modis respondetur
24 Primo, quod in ingrediente religionem, non potest cōsiderari læsio, sed magna vtilitas, vt in terminis dicit Dec. cons. 31. pro tenui facultate in fin. Crauet. consil. 160. in hac causa, num. 1. Couar. in 3. par. relectio, §. 2. nu. 5. fol. 329. facit Lap. allegat. 106, quidam mercatores, num. 2. fol. 132. præcipue cum donatio, & renunciatio bonorum fuerit facta ad fauorem venientis ab intestato, vt per Dec. loco citato: ratio est secundum
25 eundem Dec. ibi, quia ingrediens monastērium verisimiliter non cogitat de bonis tēporalibus, quibus ipse priuatur cap. cum ad monasterium de statu monachorum, quia hoc esset committere actum cōtinentem in se repugnantiam, vt dicit Ferrat. caut. 9. Riccard. nu. 1. in vers. quia vt dicit fol. 70.

Secundo quod cum in dictæ donationis
26 contractu adsit clausula ex certa scientia, & nullo iure, vel errore ducta, cessat omnis erroris præsumptio, & sic non potest allegari dolus, vel læsio per ea, quæ dicit Alex. cons. 42. super præmisso lib. 1. nume. 7. nam
27 vbi præsumitur scientia nō datur remediū rescissionis, vt per Alex. vbi supra, nu. 9. & in d. cons. 125. visis, & consideratis, nu. 7. & 10. eo. lib. 1. vbi in specie d. nu. 7. dicit, quod clausula ex certa scientia in instrumēto posita facit cessare d. remedium rescindendi. Maxime quod vltra præmissa dixit Domina Camilla se id facere animo deliberato, & spontaneo, quo casu cessant quæ opponebantur de certioratione non facta, quia
28 virtute iuramenti non solum ad id deliberatè venisse præsumitur. Alex. dicto consil. 42. super præmisso, nu. 9. 17. & 22. lib. 1, sed

quod fuerii cettiorata, vt ibi d. nu. 9. vbi alle
gat Archidiac. in ca. quamuis de pact. in 6.
29 Vnde concludunt Doctores communi-
* ter * quod vbi minor cum iuramento do-
nat, non restituitur, licet fuerit læsus, quan-
do donatio est pura, & non correspectiua
ad aliquid, quod sibi datur, vel promittitur,
vt videtur ista Alex. qui testatur de commu
* ni * consi. 125. visis, & consideratis nu. 6. &
8. lib. 1. Petr. de Anch. cons. 433. Postquàm
ista col. pen. in fi. num. 3. Socin. sen. qui pari-
* ter de communi * fidem facit cons. 279. vi-
sa donatione facta, num. 1. lib. 2. Ruyn. cons.
60. De re quidem ardua, n. 24. lib. 3. Meno.
cons. 29. non parum substiti n. 8. lib. 1. Gabr.
cons. 127. Cornelius Gratianus, num. 29. &
Honded. cons. 42. Dominus Vbald. nu. 27.
30 Tertio, quod vbi aliqua læsio considera-
ri posset, illa in casu præsenti non potest al-
legari; nam dicta mulier iurauit non veni-
re contra ex capite ænormis læsionis, vt in
terminis probat Alex. d. cons. 42. super prę
misso, num. 6. lib. 1.

Non obstat quartum obiectum de me-
tu reuetentiali, concurrente cum enormis
sima læsione.

Quia respondetur neutrum præmissorũ
probari, nam pręter id quod Pater cõcessit
dictæ filiæ ante d. cõtractum liberam facul-
tatem disponendi de rebus suis, dicta dona
tio fuit facta absente Patre, notario tamen
pro eo stipulante, cum cõsensu consangui-
31 neorum, & iudicis decreto, qui penitus ex-
cludunt omnem suspitionem metus, doli,
& fraudis, vt in term. probat Veronẽs. caut.
221. tutores semper nu. 4. fo. 59. Bar. Bald. &
Doctor. in l. trãsactionem, C. de transactio.
Barto. in l. frater, à fratre in princ. ff. de cõd.
indeb. immo solum iudicis decretum sub-
stineret cõtractum, cum excludat omnem
doli præsumptionem. Veron. caut. 181. sem
per allegatur fol. 47. & eiusdem vigore præ-
sumantur omnia solenniter acta. Castrens.
cons. 433. cum statutum, num. 2. lib. 1.
32 Non obstat quintum, & vltimum obie-
ctum, dum dicebatur dictam donationem
ex defectu causæ finalis esse reuocandam,
quia licet donauetit ex causa ingressus mo-
nasterij, non tamen ingressa voluit facere
professionem.

Nam respondetur ex hoc non probari
33 defectum causæ finalis, quia cum non so-
lum vltra annum dicta Camilla permanse-
rit in monasterio, quo casu alio non proba-
to dicitur tacitè professa cap. 1. de regular.
in 6. Alciat. cons. 193. quam plurimis allega
tionibus, num. 8. to. 3. lib. 9. Io. Bott. cons. 52.
visa contingentia facti, nu. 30. & Hond. cõs.
94. in causa num. 22. Sed adhuc in eo defe-
34 rendo habitum monachalem permaneat,
non potest dici cessata causa, quę de pręsen
ti durat, sed quod causa, qua mota fuit ad
donãdum habuerit suum effectũ, & quod
ipsa voluerit eidem monasterio se obliga-
re, & illius religionem profiteri, per ea, quę
tradit Abb. in cap. consulti in fi. de regular.
& Menoch. de præsum. præsumpt. 83. nu-
mero 26. lib. 6. & tanto magis cum mensu-
rando tempus, à die ingressus, nedũ semel,
sed quater, & plus tacitam professionem
facere potuisset, si id pluries facere permis-
35 sum foret, vnde ob lapsum tanti temporis,
cum delatione habitus monachalis de ea
aliquo pacto dubitari non potest, nam sola
habitus nouitiorum delatio annalis eã in-
ducit c. ex parte de regula, & d. ca. 1. eodem
titu. etiam si habitus sit indistinctissimus.
gl. in clement. eadem de regular.

Nec dicatur quod d. mulier non potest
dici professa, quia non fuit seruata forma
Conc. Triden. c. 17. sessio. 15. fo. 256.
36 Nam respondetur dictum Conciliũ lo-
qui de professione expressa, non autem taci
37 ta, quę quomodo fiat tradit summa Tabiẽ.
in verbo nouitius, nu. 6. & seq. fo. 415. & Na
uar. in commentar. 4 de regular. vigesimo
quæruntur illa nu. 37. & seq. in qua militat
diuersa ratio: nã tacita professio potest tol-
li per mentem expressam in cõtratium, vt
post Soc. cons. 270. consideratis, num. 3. lib.
2. dicit Decianus consil. 18. supposito in fa-
cto, nu. 5. lib. 3. fol. 127.

Secundo, quod frustra insistitur super
defectu sæpedictæ causæ cum tractetur de
donatione inreuocabili, siue velit quis eam
appellare causa mortis, vt prætẽditur, quia
38 mors, & ingressus religionis æquiperantur
l. Deo nobis, & ibi Bart. C. de episc. & cle. &
in l. 1. ff. de testam. siue intet viuos, nam si
est causa mortis, quia fuit donatum, vt sta-
tim transeat dominium, non potest reuo-
cari. Hostiens. in summ. in titu. de donat.
causa mort. nu. 7. vers. quis sit effectus.

Quod fuerit donatum ad effectum trãs-
ferendi dominium colligitur ex illis verbis
in donatione positis, dum dicitur (donauit
40 Vgoiino Patri suo ad habendum, possidẽ-
dum, fructandum, vendendum, alienandũ,
& quidquid dicto Vgolino, & suis hæredi-
bus, & successoribus perpetuo placebit fa-
ciendum) quæ sui natura important Domi
nij translationem per ea, quæ tradit Alex.
cons. 189. viso, & maturè discusso, num. 10.
lib. d. Menoch. cons. 87. quæ adhuc in con-
trouersiam n. 10. lib. 2. Crot. in l. qui Romę,
§. duo fratres, ff. de verb. obligat.

Si est

41 Si est inter viuos, vt ex pluribus probari posse videtur; & tunc pariter est inreuocabilis.

Primò, quia promisit dictam donationem, quacunq; causa non reuocare, quo casu videtur inreuocabiliter inter viuos donatum non causa mortis, vt ad litteram probat tex. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cau. mat.

Secundo, quia promisit etiam non contrauenire, quo fit, vt donatio dicatur pura inter viuos, & sic inreuocabilis, vt in terminis probat Dec. consi. 305. iuridicam nume. 5. lib. 1. fol. 335. Mantic. de coniect. vltim. volunt. titu. 13. lib. 1. num. 4. vers. Prima igitur est coniectura fol. 13. inter cæteros allegans Natt. cons. 104. Omnipotentis Dei, num. 6. lib. 1. dicentem in hoc non reperire contradictorem, de quo meminit etiam Clar. lib. 4. in §. donatio q. 4. in fin. vers. Sed pone fol. 59. attestando de communi *, præsertim quando interuenit iuramentum secũdum magis* communem opinionem, de qua attestatur Rol. cons. 61. quoniam duæ, nume. 44. lib. 2. relatis cum pluribus alijs per Mantic. vbi supra.

Et quod vtroque casu dicatur donatio inter viuos, dicit Alex. consil. 78. visis quam eleganter, num. 3. lib. 4.

42 Tertiò quia donauit dicto Vgolino eius Patri, & hæredibus, quo casu donatio dicitur inter viuos, cum mortis causa donatio ad hæredes non transeat, vt post Bal. & Salyc. in l. 2. C. de iur. dot. Ancharan. cons. 22. & circa istam, numero 5. & dicto cons. 78. visis quam eleganter, nu. 4. lib. 4. Boer. deci. 353. Præmitto aliqua, num 12. fol. 874. Didac. in Rubr. de test. in 3. par. num. 25. vers. erit & alius casus fol. 22. dicit Mantic. de cõiect. vltim. volunt. titu. 13. lib. 1. nume. 13. fol. 141.

43 Quartò quia vbi res esset dubia, donatio censetur inter viuos, & non causa mortis, vt per Ias. in l. quæ dotis, nume. 26. ff. solut. matrimo. Dec. in l. non omnes, nu. 5. si cert. pet. Rym. Instit. de donation. in princ. num. 319. & Alfan. in suis collect. iur. ciuil. in l. Seia, §. fin. ff de donat. caus. mort.

44 Et sic cum præter causam ingressus monasterij alia verba in dicta donatione fuerint apposita, vt supra, non potest per pœnitentiam dicta donatio reuocari, cum præsumatur absolutè voluisse vitam mutare per ea quæ tradunt Hostiens. Io. And. & Card. in cap. statuimus de regular. etiam per solam susceptionem habitus nouitiorum secundum Lap. allegat. 129. factum super nu. 7. fol. 157. qui vlterius dicit, quod vbi huiusmodi donans posset exire de monasterio non propterea posset redire ad Seculũ, quia mendicantes possunt illum cogere ad intrandam aliam religionem.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XLVII.

MONTISVLMI.

ARGVMENTVM.

Appellari an possit in Prouincia Marchiæ à sententia delegati Papæ ad alium, quam ad ipsum delegantem.

SVMMARIVM.

DECISIO XLVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

A Sententia iudicis spe-
cialirer dalegati à Pa-
pa an possit appellari
ad Rotam.

Dicebatur pro par-
te Fiordelisæ, & litis
consortis hæredum
Marinæ Quiriacæ in
causa, quam habent
contra Beuigniatum Quiriacum de d. ter-
ra Montis Vlmi, quod non, quia cum dele-
1 gatus Papæ sit maior quolibet ordinario,
etiam legato de latere ca. cũ studuisti de of-
2 fic. legat. non potest ab eo appellari ad infe
riorem cap. 2. de consuetu. in 6. gl. in c. non
putamus in verbo officiali de consuet. sed
ad solum Papam per ea, quæ tradit Pet. de
Anchar. cons. 132. in primo dubio, num. 2.
& 4, fo. 49. & Ruyn. cons. 3. circa illud nu. 2.
lib. 4. facit Rot. Lucan. in nouiss. decis. 55. in
causa, col. 1. & 2. fol. 7. vnde dicit Abb. in d.
3 capitulo studuisti, quod cum delegatus re-
neat Vices Papæ, solus Papa potest suã sen-
tentiam retractare.
4 Et tanto magis, quia dicebant non con-
uenire, quod causa redeat ad iudicem gra-
uantẽ, nẽpe ad Rotã, quæ alias in eadẽ cau-
sa iudicauit contra ipsam Fiordilisam.
Sed in contrarium partem communiter
5 inclinabant omnes vigore priuilegij Rotæ,
de quo in constitutione Rotali ca. 21. fol. 6.
vbi appellationes, querelæ, & recursus, nul-
litates, & in integrum restitutiones ad quẽ
cumq; interponendæ, ad eosdem Audito-
res Rotæ deuoluuntur, & ipso iure deuolu
tæ esse intelligũtur, etiam si ad Romanum
Pontificem interpositæ fuerint, quod de-
bet intelligi etiam de causis delegatis, nam
cum supra summus Pontifex in eadem cõ-
stitutione Rotali ca. 20. fol. 5. locutus fuerit
de quauis causa, à Sede Apostolica delega-
ta, vt demonstratur ex illis verbis (Ita tamẽ,
quod iudices Rotales prædicti in quauis
causa etiam à Sede Apostolica delegata.)
6 Et deinde in d. cap. 21. ponat illa verba. In
prędictis causis dicitur expresse, & clarè di-
sposuisse etiam de causis delegatis, nã cum
dicta verba sint relatiua ad præcedentia.
Barto. in l. prima, §. hoc ædicto, numero 2.
ff. de postuland. Dec. cons. 465. seruatis. Cra
uet. cons. 98. nobilis, & potens, numero 8.
cum similibus in quibus de causis delega-
tis tractatum fuit, ostenditur tantum fuisse
7 sancitum quantum in relato continetur,
cum relatum verè, & propriè cum omni-
bus suis qualitatibus sit in referente iur. vul
gatis.

Maximè, quod ita in Rota semper serua
tum fuit, in pluribus causis. &

Primo in vna Maceratensi inter D. Vio-
lantem Alaleonam ex vna, & Iosephum
Blancum ex altera sub die 17. Septembris
1589. in qua fuerat pronunciatum per D.
Coriolanum olim locumtenentem mul-
tum Illustrissimi, & Reuerẽdissimi Guber-
natoris Marchiæ S.D. Papæ delegatum.

Secundo in vna Fabrianensi inter Capi-
taneum Troilum Perulum ex vna, & Cur-
tium Coradinum ex altera sub die 27. De-
cembris 1589. in qua fuerat pronunciatum
per Dominum Hieronymum Herculanũ
olim locumtenentem Curiæ Camerinen-
sis delegatum Papæ.

Tertio in vna Asculana inter Lutium,
& Antonium, ac consortes de Asculo ex
vna, & Ascanium Odoardũ de eodem ex
altera sub die 1. Septem. 1589. in qua fuerat
sententiatum per multum Illustriss. & Re-
uerend. Dominum Ferratinum olim Gu-
bernatorem d. Ciuit. Cõmissariũ Apostol.

Quarto in vna S. Elpidij inter Anibalem
Simbaldum, de eodem ex vna, & Antoniũ,
Hieronymum, Marium, Franciscũ, & Ian-
nottium de Simbaldis de eadem terra sub
die 10. Iulij 1589. in qua fuerat sententiatũ
per Illustriss. & Reuerendiss. Dominum
Franciscum Montorium olim Gubernato
rem Firmi, & Summi Pontificis delegatũ.

Quinto in vna Anconitana inter Magi-
strum Petrum Nicolaum Lõgum ex vna,
& Fiordelisam Saxam ex altera sub die 5.
Septembris 1590. in qua fuerat sententiatũ
per Reuerendiss. Dominum Vicarium Illu
strissimi, & Reuerendiss. Episcopi Anconi-
tani delegatum Papæ.

Sexto in vna Asculana inter Synibaldũ
Cruciani de Asculo ex vna, & Camillum
aliàs Mazzaferro de eodẽ ex altera sub die
1. Iunij 1590. in qua fuerat iudicatum per
Reuerendiss. Dominũ Vicarium Illustriss.
& Reuerendiss. Cardinalis Asculi iudicem
delegatum, à Summo Pontifice.

Septimo in vna Maceratensi, & Montis
Luponi inter Hieronymum de Adrianis
ex vna, & Communitatem Montis Lupo-
nũ ex altera sub die 16. Martij 1590. In qua
fuerat pronunciatum per Illustrissimum, &
Reuerendissimum Dominum Bandinum
olim Gubernatorem, & iudicem delegatũ
Papæ. nunc merito ad Illustrissimum Car-
dinalatus fastigium euectum,

Octauo

Octauo in alia pariter Maceratensi, & Montis Luponi inter præfatum Hieronymum Adrianum, & consortes ex vna, & dictam Communitatem Montis Luponi ex altera sub die 5. Augusti 1590. in qua fuerat sentētiatum per multum Illustrissimū, & Reuerēdissimum Dominum Iacobum Seuerolum olim Gubernatorem Firmi, & Iudicem delegatum Papæ.

Nono in vna Cingulana inter Iulium, & Euangelistam de Romanis ex vna, & Ceciliam, ac Mariam pariter de Romanis ex alia die 23. Martij 1590. in qua fuerat sententiatum per Illustrissimum Dominum Democritum Perbenedictum I. C. doctrina, & experientia probatissimum olim locum tenentem Psouinciæ Marchię, & S. D. Padæ Iudicem delegatum.

Decimo in vna Anconitana inter Hieronymum, & alios de Masculis ex vna, & Melisam, ac consortes de Bartholottis ex altera sub die vndecima Maij 1590. in qua fuerat pronunciatum per Reuerendissimū Dominum Vicarium Auximanum delegatum Papę.

Decimoprimo in vna Auximana inter Thadæum Nellum ex vna, & Cornelium de Durantibus ex altera sub die decima Iulij 1591. in qua fuerat sententiatum per Reuerendissimum Dominum Vicarium Anconæ, & Apostolicæ sedis iudicem delegatum.

Decimosecundo in vna Asculana inter Synibaldum Cruciani ex vna, & Sinodorum Felitiani ex altera sub die 2. Nouembris 1591. in qua fuerat sententiatum per Reuerendissimum Dominum Vicarium Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Asculi iudicem delegatum Apostolicum.

Decimotertio in vna Recanatensi inter Iulium Bonioannem ex vna, & D. Romam Rogerium, & consortes ex alia die prima Decembris 1594. in qua fuerat pronuntiatum per Reuerendissimum Dominum Vicarium Recanetensem Iudicem delegatum Papæ.

Decimoquarto in vna Asculana inter Ioannem Baptistam, & consortes de Lucarellis ex vna, & hęredes Piccioni Chiurę ex altera die vltima Martij 1595. in qua fuerat sententiatum per Reuerendissimum Dominum Vicarium Ripanum iudicem subdelegatum.

Decimoquinto in vna Anconitana inter Marium Tancredum ex vna, & Syluiā Tancredam ex altera die 30. Ianuarij 1596. In qua sententiatum fuit per Reuerendissimum Dominum Vicarium Anconitanū iudicem delegatum Summi Pontificis.

Vt de præmissis apparet ex summario dictarum causarū, de quo penes D. Iō. Simonem de Guidonibus secretarium Rotæ, quod cum venisset casus fuit transmissum S. Consultę. Et contrarium dici non posset, nisi quis vellet de nouo reuangare mundum, vt dicebat Bald.

8 Nec dicatur, quod asserta obseruantia,
9 seu consuetudo non releuat, quia non potest per consuetudinem introduci, quod à maiori appelletur ad minorem, vt in terminis probant dicta gloss. in cap. non putamus de consuetud. Anchar. dicto cons. 132. nu. 4. fol. 50. & Ruyn. dicto cons. 3. num. 3. lib. 4.
10 Nam preter id, quod omni iure prohibetur, inferiorem corrigere facta superioris, vt dicit Anchar. loco citato per tex. in cap. cum inferiore de maior. & obed. id est etiā
11 cōtra honestatem, à qua non sine dedecore discedi posset.
12 Nam cum dicta obseruantia, seu consuetudo habeat originem à sæpedicta cōstitutione Rotali Summi Pontificis, non potest dici ab ea aliquid de nouo introductum sed legi superioris paritum fuisse necessario, metu poenæ, de qua in eadem Constitutione in fin. fol. 18.

Et vbi obseruantia, seu consuetudo mera nūcupari posset, idem esset, cum iura in contrarium allegata non loquantur de cōsuetudine à superiore approbata, & tolerata, vt in præsenti specie proculdubio affirmari posset, nam cum prefatum summarium, dum venit casus fuerit ad sacram cōsultam transmissum, quę ei acquieuit, taci-
13 tè approbatum fuisse dicitur, & id, quod sustineri non potest in vim consuetudinis,
14 sustinetur in vim confirmationis.
15 Non obstat, quod delegatus Papæ sit maior quolibet ordinario, etiam legato de Latere, quia debet intelligi de ordinario non habente auctoritatem iudicandi in causis appellationum interpositis à delegatis, nā
16 tunc cum Papa declaret eum iudicem, dicitur etiam eum declarare superiorem, cū appellatio semper interponatur ad maiorem, dicto c. illud uisti de offic. legat.

Prout non obstat, quod vltimo loco op-
17 ponebatur, nam causa licet sit reuersa ad eandem Rotam, quod est permissum vigore Constitutionis Rotalis ca. 22. fol. 26. non tamen causa fuit reuersa ad eundem iudicem, qui in alia iudicauit, sed ad alium forte extractum ad formam eiusdem constitutionis.

Laus Deo, & B. Maria semper Virgini.

DECISIO XLVIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Executio vigore publici instrumenti concessa, an possit fieri contra tertium possessorem non citatum.

SVMMARIVM.

Cameralis obligatio continet plura fauorabilia, numero 1.
Executio contra tertium possessorem habentem causam à debitore, an fieri possit, nu. 2. & 7.
Clausula constituti, & precarij quid operetur, numero 3.
Executio pro debito vxoris quando fieri possit contra virum non citatum, num. 4.
Bona dicuntur deducto aere alieno, num. 5.
Executio non impeditur, quando aliquid est factum in fraudem, vel paratae exceptionis, vel missionis, nume. 6.
Possessor semper est citandus, nume. 8. & 25.
Executio facta in bonis alterius, quam debitoris non valet, num. 9.
Pactum de ingrediendo propria auctoritate, quando dicatur renunciatum, num. 10.
Via vna semel electa non potest deseri, num. 11.
Iudicium non debet esse ludibrico, num. 12.
Variare an liceat habenti cameralem obligationem, num. 13.
Variare quando licet, de qua variatione intelligatur, num. 14.
Executio, quod possit fieri contra tertium possessorem vigore clausulae constituti, & precarij quomodo intelligatur, nume. 15.
Associatio potest concedi sine citatione, nu. 16.
Matrimonium turbari non debet, num. 17.
Qui omnia dicit, nihil excludit, nume. 18.
Vir non tenetur pro vxore, num. 19.
Cameralis obligatio continet promissionem de non alienando, nec faciendo aliquem contractum, seu aliquem actum praeiudicialem sub poena nullitatis, num. 20.
Nullum quod est, aliquem non parit effectum, numero 21.
Contractus nullus an firmetur iuramento, nu. 22.
Contractus nullus non transfert neque dominium, neque possessionem, nume. 23.
Clausula corruunt vna cum instrumento, & nihil operantur, quando est nullum, nume. 24.
Litigiosi vitium cessat in causa dotis, & alijs casibus exceptis.

DECISIO XLVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IVlia Rogeria de Ferris olim vxor Octauij Rogerij I.C. Maceratensis, cum obtinuerit vigore cuiusdam instrumenti census pro certa florenorũ summa in eo specificata mandatum executiuum contra Eugeniam vxorem Francisci Balzanetti, quod postea fuit executũ in quadam domo dictae Eugeniae possessae titulo dotis per dictum eius virum.

Dubitatum fuit, an potuerit huiusmodi executio fieri contra dictum tertium possessorem non citatum.

1 Et videbatur dicendum, quod sic, quia in dicto instrumento adest Cameralis obligatio, quae inter caetera plura capitula fauorabilia continet.

Primo quod possit propria auctoritate, & sine alicuius curiae, & iudicis licentia, seu decreto, & citatione, seu vocatione ingre-
2 di, & capi possessio, quod extenditur etiam contra tertium possessorem habẽtem causam à debitore, si debitum fuerit liquidũ,
* vt post Barto. & Bald. communiter * in l. 3. C. de pignor. tradit Turzan. in suo tella. commu. opin. in verbo pactum de ingrediendo, praesertim quando adest clausula constituti, de qua infra secundum Io. Gutter. in suo tractat. de contract. iurat. cap. 23. tom. 6. par. 2. fol. 72.

Secundo, quod id possit fieri, etiam manu armata si opus est.

Tertio clausulam constituti, & precarij, vt latè in formula, de qua per Gallef. in suo tractat. camer. obligat. fol. 166. & seq. quae
3 operatur, quod contra tertium possessorẽ, etiam non citatum, & negocio non liquido exequi possit, vt in terminis instrumenti cõtinentis huiusmodi pactum plures allegando scripsit Asin. in sua pract. iudicial. §. 31. limit. 25. numero quarto, fol. 383. & in §. 7. fol. 182. numero primo. Idem in terminis obligationis Cameralis dicit Gallef.

in

in dicto suo tractat. in summ. quæst. post processi. incident num.41. fol. 163.

Secundo quia cum constet sub rogitu Anchisis Stellæ fol.65. qualiter die septima Iulij 1592. dicta Eugenia promisit pro eius dote dicto Francesco Balzanetto, de Cassia incolæ Maceratæ omnia eius bona, constituendo ipsum procuratorem irreuocabilem, & quod sub rogitu Octauij Roberti, fol.29. & seq. sub die 21. Aprilis 1595. eidē viro suo pro satisfactione dotis prędictæ assignauit, & insolutū dedit dictam domū, in qua fuit facta dicta executio, potuit exequi contra dictum Franciscum non citatū, tam ex primo quā ex secundo capite, nam quantum attinet ad primum caput, quan-
4 do, prout in casu isto agitur de debito contracto ante matrimonium, & mulier constituit, vt supra omnia bona sua in dotem,
5 potest contra virum non citatum fieri executio, quia bona dicuntur deducto ære alieno, vt in terminis censuit Guid. Pap. decis. 417. pone vxor, num.2. fo.673.

Prout quoque potest circa secundum caput, nam dicta Eugenia fecit dictam dationem insolutum pro dicta dote post motam litem, quæ inchoauit sub die 14. Aprilis 1595. & instrumentum dationis prædictę celebratum sub die 21. eiusdem, hoc est
6 post septem dies, à die litis ceptæ, quo casu potuit pariter exequi contra tertium possessorem, cum id videatur factum in fraudem, vel paratæ exceptionis, vel missionis secundum Bald. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, nume.4. per text. in l. Chirographis, §. fin. ff. de administrat. tut.

7 Sed cōtrarium fuit iudicatum, quia non potuit fieri executio contra tertium possessorem, etiam vigore hypothecæ in obligatione comprehensæ, vt post Benedictum de Barz in trac. Guara. quæst.9. descendam in vers. aliquando vero, fol.217. Alexan. in l.ā Diuo Pio, §. si super rebus colum. pen. num.30. ff. de re iudic. Felyn. in cap. cum super, vers. amplius dixit, num.15. de re iudic. Ias. in l. quædam, §. 1. vers. tertio nota, nume. 7. ff. de eden. dicit Gallef. in dicto suo tracta. cameral. obligat. quæst. 2. numero tertio, fol.37. & Capic. decis. 128. in causa Dominæ Ramundettæ, num.7. fol.102. maximè
8 non citatum, nam præter id, quod possessor semper est citandus l. cum miles, §. 1. ff. ex quib. caus. maio. Rolan. consil. 5. videtur prima consideratione, numero 18. lib. 2. ad hoc vt possessio ab eo auferri possit secundum Dec. cons. 187. & pro tenui num. 2. qui allegat Paul. de Castr. in l. cum filius familias in fi. ff. de verb. obligat. dicentem, quod fecit remanere confusum vnum magnum aduocatum, qui non considerabat virtutem talis citationis, præsertim, quando fuit, vt in casu isto electa via iudiciaria, vt inquit Afin. in sua prax. iudic. §. 7. ca.49. fol.162. Vrsil. ad Afflict. decis. 326. fuit dubitatum, fol.267. executio prædicta nō potuit fieri contra dictum Balzanettum in sententia lata ad fauorem dictæ Iuliæ, non nominatum. Decian. cons. 109. & prima fronte, num.7. lib.2. fol.685. nec in domo ipsius, vt supra dicto Balzanetto tradita, quia execu-
9 tio facta in bonis alterius, quam debitoris non tenet secundum Baldem in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, nume. 1. qui id intelligit siue sit res alterius, quo ad proprietatem, & possessionem tantum, de qua possessione dubitari non potest, quia ista per testes, vltra præfatum titulum fuit plene probata.

Non obstat primum obiectum fundatum in illo pacto, quod possit propria auctoritate, & sine alicuius iudicis decreto, & citatione ingredi possessionem resultante ex obligatione Camerali, vigore cuius potuit exequi, etiam contra tertium possessorem.

10 Quia per aditionem iudicis factam per dictam Iuliam dicitur dicto pacto, & fauori de ingrediendo propria auctoritate adeo renunciatum, vt post Bald. in l. 2. nume. 29. C. de seruit. & aqu. dicit Menoch. in suo tractat. adipiscen. remed. 5. numero 157. fo. 85. quod non potest amplius reuerti ad dictam facultatem ingrediendi propria auctoritate secundum eundem Bald. in l. ædem, numero 13. C. locat. & in l. 1. num. 1. C. de execut. rei iudicat. Ruyn. consil. 57. circa casum, de quo agitur, numero 3. lib. 4. Negusant. de pign. 4. part. nume. 25. quia si
11 via semel electa secundum Menoch. vbi supra posset deseri, iudicium esset ludibri-
12 co, & creditor posset adire iudicem, & deinde deserere, quod nō conuenit. late Corbol. in suo tractat. de iur. emphyt. de caus. priuat. ob non solut. canon. quæst. 13. numero 2. fol.301.

Et si diceretur prædicta non habere locum stante sæpedicta camerali obligatione, quæ vt legitur in nouella formula de qua per Gallef. in dicto suo tracta. camer. obligat. fol. 166. inter cętera continet hęc
12 verba videlicet (ita tamen, quod processus etiam ordinaria via, seu executiuè in vna ex curijs prædictis inchoatus, quo minus in eadem, vel altera ex dictis curijs etiā executiuè, & simili, & diuersis vijs executiuis procedi possit non impediat, nec retar-

der

det iure dicente, quod vbi iudicium ceptū est, ibi finem accipere debeat, & quod causarum continentiæ non diuidantur.)

Nam duobus modis respondetur. Primo, quod non constat de animo variandi, nec de aliqua variatione, sed solum, quod illa executio, quæ erat facienda in bonis Eugeniç, fuit facta in domo per Balzanettū eius virum dicto titulo possessa, & sic frustra de uariatione disputatur.

Secundo, quod per dicta verba non dicitur concessa facultas agendi propria auctoritate extra iudicium, sed bene in iudicio variandi, vt supra, nam dicta auctoritas agendi extra iudicium propria auctoritate, quando est electa via iudiciaria, non conuenit dictis verbis, (in eadem, vel altera ex dictis curijs) & illud non generaliter secundum Paul. de Castr. in l. si se non obtulit, nume. quinto, ff. de re iudic. qui illud, quod dicitur de variatione intelligit in his, quæ tendunt ad electionem remediorum tendentium ad executionem actionis, non in electione actionum, nam vna electa, alia eligi non potest.

Non obstat secundū obiectum de clausula constituti, & præcarij, quæ operatur quod possit exequi contra tertium possessorem.

15 Nam id procedit vbi pars habuisset intentionem exequendi contra tertium, nō quādo credens facere executionem in bonis principalis contra quem fuit relaxata executio, illam fecit in bonis alterius, vt in præsenti specie, nam huiusmodi factum vltra intentionem operari non debet, præsertim contra non citatum ex supra deductis, & vbi pars in primis, & ante omnia, coram testibus & notario reuocauit præcarium, & declarauit se velle ingredi, & possidere vigore dicti pacti, & deinde ingreditur im-
16 plorando officium iudicis, vt sibi cōcedat associationem si est timor scandali, quod potest concedi parte non citata, vt in terminis dicit Gallesi in dicto suo tract. Cameral. obligat. in summ. 9. post processum incidētium, numero 41. vers. superest, vt ponamus fol. 163. quod in casu isto cum factum non appareat, sed aliud penitus diuersum, cessat argumentum.

Non obstat dum tertio loco dicebatur potuisse agi contra virum tertium possessorem non citatum, tum quia mulier post contractum debitum nupsit, & dedit omnia bona sua in dotem, cum etiam quia dicta mulier dedit particulariter dicto viro suo insolutum pro dote dictam domum lite pendente, quo casu potest exequi contra tertium possessorem non citatum.

Nam ad primum caput, dum dicebatur dictam Eugeniam dedisse omnia bona sua in dotem. Respondetur, id non esse generaliter uerum respectu bonorum, quæ extabant tempore dicti debiti contracti, nam antequam dicta Eugenia dedisset omnia bona sua in dotem dicto suo uiro in transactione, quam fecit dicta Eugenia, cum D. Victoria eius sorore, debita non solum remanserunt dictæ Victoriæ, sed dicta Victoria se obligauit dare dictæ Eugeniæ in tot stabilibus florenos bis mille quingentos, quæ cum esset omne id, quod postea uiro suo dare potuisset, non potest dici, quod dederit omnia bona sua in dotem, quo ad damnum ipsius creditoris, sed particulariter dictam summam, quam dare poterat, quo fit, ut cum remaneat solutio dicti crediti, & bona penes dictā Victoriam, etiam
17 insolidum obligatam, quod non poterat nec possit turbari matrimonium agendo contra uirum sub prætextu, quod ei omnia bona data fuerunt, nam in effectu apparet, quod solum pro dote habuit dictam domum, in qua non consistebant omnia bona, licet secus esset, quando reuera omnia bona sua mulier dedisset in dotē uiro suo absque eo, quod adesset aliqua promissio, & reseruatio pro dicto credito, nam quando aliquid remanet, non potest dici, quod omnia fuerint data in dotem; quia qui om-
18 nia dicit nihil excludit iur. vulga. nec quod intret allegata decisio Guid. Papę 417. nu. 2. vt colligitur ex ratione ibi allegata, ære enim alieno, vt supra excepto, dos data erit viri secundum gl. in l. in rebus in vers. naturali iure, C. de iur. dot. qui non tenetur pro
19 vxore toto tit. ne vxor pro marit.

Nec quicquam facit quod in dicto contractu fiat mētio omnium bonorum, quia ex præcedentibus, & sequentibus constat, quod aliud dare non poterat, nisi dictam summam pro dote, pro qua postea fuit data insolutum dicta domus, in qua domo non potest dici, quod cōsistant omnia eius bona, cum remaneant alia penes dictam Victoriam, quæ propterea promisit soluere dictum debitum, & dictæ Victoriç relinquere, & dare dictam summam pro dote.

Secundo respondetur, quod cum dicta Iulia sit creditrix habens pro se obligatio-
20 onem Cameralem, quæ inter cætera continet promissionem de non alienando, nec faciendo aliquem actum, ex quo possit huiusmodi obligationi, & contentis in ea præiudicium aliquod generari, item quod si aliquid

aliquid tale fieri contingat, id fit omnino irritum, & inane, vt per Gallef. in dicto suo tractat. Cameral. obligat. in nouella formula dictæ obligationis in verbo promisit fol. 167. d. instrumentũ dationis omnium bonorum d. Balzanetto postea factum per Eu
21 geniam est nullum, quo casu ex eo aliquis effectus resultare non potest. Decian. conf. 8. grauia sunt, numero 208. lib. 1. fol. 186. cũ pro non facto habeatur secundum eũdem Decian. conf. 10. sequendo ordinem nu. 34. eodem lib. 1. fo. 307. Fely. in cap. ex tenore, num. 5. cum pluribus seq. de rescript. l. quoties, ff. qui satisd. cogant. l. non putauit, §. nõ quamuis, ff. de bonor. possess. contra tab. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Alexan. conf. 33. viso themate super quo lib. 1. Dec. conf. 499. in causa quæ Parpiani, nu. 14. fol.
22 207. etiam si adesset iuramentum, quia cõtractus nullus non firmatur eo. Anch. q. 20. cum quidam, nu. 1. lib. 1. fo. 13. prout quoq; ex isto capite videtur nullum aliud instrumentum postea factum d. assignationis domus insolutum pro dicta domo promissa.
23 Immo ex huiusmodi contractibus non videtur translatum, neque dominium, neque possessio, vt in terminis probat Curt. sen. conf. 70. super controuersia, nu. me. 2.
24 fol. 129. etiam stante clausula præcarij, & constituti, & alijs clausulis, quæ corruunt, & vna cum instrumento nullius sunt momenti, vt ibi.

Nec dicatur, quod si id est verum executio facta ad instantiam dictæ Iuliæ est valida, cum ob prædictam nullitatem dicantur bona esse dictæ Eugeniæ, & penes eam, nõ autem dicti Balzanetti eius viri.

Nam quid quid de iure magis verum sit, respondetur, quod cum dictus Balzanettus tempore executionis factæ fuerit in possessione, vt per plures testes fuit probatum,
25 quod respectu suæ possessionis ipso no citato non poterat expelli per allegatam doctrinam Bald. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. num. 1.

Ad secundum caput dum dicebatur, quod potuit exequi contra tertium non citatum, quia dicta datio insolutum fuit facta lite pendente, vltra responsionem prçfatam, per quam quoque præsens obiectio sublata remanet, dicitur quod intẽtio dictç Iuliæ non fuit agere contra tertium, vt sæpe fuit dictum, & ex processu constat.
26 Secundo, quod vitium litigiosi cessat in causa dotis, & alijs casibus exceptis in l. censemus in vers. exceptis, C. de lit. vt quoque voluit Abb. in capitulo fin, colum. pen. numero sexto, de aliena. iu. mut. caus. fact. & Capicc. decis. 128. in causa Dominæ Ramundettæ, num. 7.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XLIX.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Habens pecuniam ad censum, à Rectore sub titulo certi Beneficij, an dicatur liberatus redimendo illum ab eodem expresso titulo alterius beneficij, cuius idem pariter Rector erat.

SVMMARIVM.

Soluens alteri, quàm vero creditori, an liberetur, numero 1.

Relatum est specifice, & vere in referente, numero 2.

Relationis natura, quæ sit, nume. 3.

Relatio, quæ fit ad aliquid certum secundum id intelligitur, num. 4.

Solutio facta respectu vnius personæ, an trahatur ad aliam, quando quis repræsentat duas personas, numero 5.

Relatio an operetur, quo ad specificata, & disposita in referente, num. 6.

Relatum an sit in referente si alio modo referatur, quàm sit in relato, num. 7. & 11.

Interpretatio ea sumenda est, quæ includit auctoritatem faciendi, non autem illa, quæ excludit, numero 8.

Frustra quis sibi prospexisse non dicitur, num. 9.

Actus quando non potest in esse produci, nisi certo modo, si simpliciter factus reperitur, an præsumatur factus eo modo, quo fieri debuit, num. 10.

DECI-

DECISIO XLIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

REuerendus Cæsar Carbonus,cum narrauerit in quodam instrumento celebrato sub die 14. Septembris 1570. in actis exhibito se Rectorem Cappellaniæ Sancti Francisci,& dedisse ad censum Ceccho Cappono de Monte Cassiano florenos 222.& baioc. 8. pro dicto beneficio prout sub rogitu Io. Francisci Restorij 5. Ianuarij 1566. in quo apparet ab eo dictas pecunias fuisse datas d. Ceccho pro beneficio sanctorum Petri, & Pauli, & non Sancti Francisci, vt erroneè fuit narratum, & reuendiderit dictum censum sæpedicto Ceccho.

Dubitatum fuit,an ex huiusmodi retrouenditione census Capponus præfatus sit liberatus à dicto censu.

1 Et videbatur dicendum,quod non,quia dicti hæredes non docent dictum Ccecchū redimisse dictum censum à dicto Cæsare Rectore altaris Sanctorum Petri,& Pauli,à quo dictas pecunias habuit, & sic à vero creditore, sed à Cæsare Rectore Cappellaniæ Sancti Franc sci, qui pecuniarum præfati census creditor non erat, l. eius, qui in prouincia vbi gloss. & Bart. ff. si cert. petat. l. qui hominem, §. si nullo, ff. de solut. l. vero Procuratori, ff. eodem Becc. consi. 19. prima facie in princ. & Surd. consi. 43. Rara olim, num. 1. lib. primo.

Nec quicquam facit, quod dictus Cæsar erat Rector vtriusque beneficij, & capella-
2 niæ, & quod virtute dictæ relationis factæ ad dictum instrumentum Notarij Francisci Restorij conrentum in instrumento relato dicatur specificè, & verè in referente contineri, vt in terminis probat Rym. iun. cons. 652, quoniam tota num. 14. lib. 6. fol. 161. Gail. obseruat. 82. responsiones nume. 25. lib. 1. fol. 64. vnde dicitur naturaliter veritatem patentem cōtinere ex coniunctione duarum scripturarnm, vt ait Bald. consi. 348. ea quæ veniunt lib. 2. etiam quod aliquid in hoc sit immutatum, vel additum, quia cum partes ad aliquid se referūt, illud est ostendendum. Deccian. consi. 7. in hac numero 99. lib. 1. fol. 151. quia natura rela-
3 tionis est, vt quid quid continetur in termino ad quem fit relatio, cōtineatur in termino referente, vt dicit idem Rym. iun. consi. 669. Illustrissimi D. Iulius Boiardus, nu. 12. fol. 210. & consi. 790. cum proponatur, nu. 14. lib. 7. fol. 154. Decian. consi. 128. dico nu. 8. lib. 3. & propterea quando duo extrema reperiuntur in actu, si vnum est verum, vel falsum, necesse est, quod & aliud tale sit. Decian. consi. 30. & breuiter lib. 3. fol. 192.
4 & sic relatio huiusmodi, quę fit ad aliquid certum secundum id intelligitur l. an Prætor, §. si iudex, ff. de re iudic. l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. instituto talis, ff. de cōd. institu. Signo. de homode. in l. si insulam, ff. de verb. oblig. num. 28.

Nam ad primum potest responderi consequentiam non esse veram, quia non sequ tur erat Rector, vtriusque Cappellaniæ ergo Restitutio facta Rectori Altaris Sancti Frācisci operatur, quo ad liberationem debiti, quod soluens habet cum altare, seu
5 Cappellania SS. Petri, & Pauli, quia etiam quando quis repræsentat duas personas, solutio facta respectu vnius personæ non trahitur ad aliam secundum Mandel. Albens. cons. 3. pro declaratione, nume. 12. & seq. qui allegat tex. in l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & l. qui cum tutoribus in princ. ff. de transact.

Ad secundum, quod cum constet ex instrumento assertæ solutionis, seu redemptionis census aliud, nempe quod dictus Reuerendus Cæsar Carbonus dedit ad censum dictas pecunias dicto Ceccho sub titulo Sancti Francisci, & eam recepit sub eodem titulo, relatio asserta non operatur, quo ad specificata, & disposita in referēte, vt in terminis tradit Alexan. consil. 56. Viso processu, colum. 3. & 4. in vers. probatur, & in vers. & si dicatur, & in vers. quinimo lib. 2. Paris. consi. 39. non possunt, nume. 18. lib. 1. dum vult, quod relatio Leonis X. ad constitutionem Pauli Secundi non intelligatur de expressè dispositis per ipsum Leonem, & Decian. consi. 62. & quanquam nu. 5. & consi. 95. post redditum, nume. 5. lib. 2. fol. 477. vbi dicit, relatum esse in referente,
7 nisi alio modo referatur, quam fit in relato: ratio præmissorum secundum Alexan. vbi supra, est ad hoc, vt tollatur contrarietas, & repugnantia, & ne videatur quis sibi ipsi contrariari.

Sed non obstantibus supra deductis, & allegatis in contrariam sententiam inclinabant omnes.

Et ad primam oppositionem respondebatur,

batur, quod licet in narratiua sæpedicti instrumenti census dictus Reueren. Cæsar appelletur Rector Cappellaniæ Sancti Frácisci, non tamen eidem tanquam tali solutio facta fuit, quia facta mentione instrumēti census præcedentis, cum die, anno, summa, & nomine notarij, & ad illud habita relatione, in quo apparet dictus Reuerendus Cæsarem tanquam Rectorem dicti altaris Sanctorum Petri, & Pauli emisse dictum censum, à dicto q. Ceccho, eidē tanquam tali restitutio facta dicitur virtute relationis, de qua supra, de qua etiam scribit Peregrin. in suo tracta. de fideicommiss. art. 16. num. 111. fo. 156. Et tanto magis quia in dispositiua dicti instrumēti nō dicitur, quod dictus Rector Cappellaniæ Sancti Francisci retronendat, sed dictus Reuerendus Cæsar, quod cum possit intelligi dupliciter, nē pe tanquam Rector Sancti Francisci, & SS.

8 Petri, & Pauli; ea interpretatio sumēda est, quę includit potestatem, & auctoritatem faciendi, non autem illa, quæ excludit, & sic quod est vtilius, & diligens homo fecisset per ea, quæ ponit Barto. in l. gerit, num. 21. ff. de acquir. hæredit. facit Corne. consil. 45. licet hoc iudicium, nume. 2. lib. 4. præci-

9 puè, ne quis sibi frustra prospexisse dicatur, l. vlt. vbi Ias. ff. si cert. pet. Soc. iun. consi. 94. num. 21. lib. 3. post Ias. conf. 84 consideratis diligenter verbis, nume. 8. & 9. lib. 3. & Menoch. de præsum. presumpt. 4. numero 25, lib. 6. fol. 63.

10 Immo quando actus non potest in esse produci, nisi certo modo, & certa forma, si simpliciter factus requiritur, præsumitur sub illa forma factus, ne pereat, vt inquit idem Menoch. vbi supra numero 13. fo. 62. etiam in eo casu, in quo aliàs interpretatio deberet fieri contra eum, qui legem apertius dicere potuit, quia sumitur contraria interpretatio, vt post gloss. in l. veteribus, ff. de pact. & Ias. in l. stipulatio ista habere in princ. col. 1. num. 3. vers. confirmatur, quia de verbor. obligat. inquit idem Menoch. dicta præsumpt. 4. num. 36. fol. 63. & sic cessat oppositio de eo, qui duas repræsentabat personas ob casus diuersitatem, ex quo diuersificatur etiam ius ex eo otiens, immo in aliquo non obstat, cum quo respectu sępedicta solutio facta fuerit, ex prefata relatione ad instrumentum liquido appareat.

11 Prout quoque responsum fuit ad aliam oppositionem in qua dicebatur, quod relatio non operatur, quo ad specificata, & disposita in referente, dum affirmabatur id debere intelligi, vbi referens facta relatione alio modo, quàm continetur in relato declarauit intentionem suam. Decian. cōs. 62. & quanquam, nume. 5. lib. 2. fol. 477. & cons. 95. post redditum, nume. quinto, eod. lib. fo. 624. vel vbi haberet auctoritatem disponendi, vt in terminis tradit Dec. consi. 325. in casu proposito nu. 2. vbi dicit, quod quando in contractibus aliquid disponitur ab eo, qui habet auctoritatem disponendi, & illud certum sit, attendi debet, nec altera tur per relationem factam ad aliam dispositionem & Odd. cons. 64. quidam Anselm. num. 77. fol. 194.

Immo quod plus est, tali casu non uidetur necessaria productio instrumenti relati. Rym. iun. cons. 387. in causa monachorum, num 27. lib. 4. fol. 144. non autem quādo instrumentum redemptionis dicti census habet relationem ad actum gestum de quo constat, ut in casu isto, quia tūc potius debet attendi relatum, quam referens, etiā in his; quæ pendent à solo consensu referētis, etiam si referens aliter disponat, quia errore labitur cogitans, quod ita se habeat veritas, ut in terminis consuluit Dec. consi. 63. pro tenui facultate mea, n. 6. & 7. Alex. cons. 9. ponderatis his lib. 5. nume. 22. Curt. iun. cons. 92. habita diligenti, num. 19. & Paris. cons. 7. alias uisis consilijs, nu. 5. lib. 3. Ripa. in l. admonendi, nu. 36. uers. ultimo intellige præmissa, ff. de iur. iur. & censuit Rot. in nouiss. decis. 121. licet 17. Iunij, nume. 6. part. 1. fol. 45. & decis. 40. cum ego nume. 7. & decis. 27. in libro num. 3. par. 2. fol. 16. quibus addo Rot. Lucan. in nouiss. decis. 94. in causa spectabilium colum. 7. in uers. nec refert, fol. 145.

Qua difficultate cognita pro parte dicti Lactantij Carboni hæredis dicti Reuerendi Cæsaris conuenti ab hæredibus d. Cecchi allegabatur non esse propterea contra ipsum pronunciandum super petitis, quia etiam ubi solutio uero creditori facta dici posset, non sufficit, cum præfatæ pecuniæ non fuerint consetuatæ pro dicta Cappellania Sanctorum Petri, & Pauli ad formam pacti, ut in dicto instrumento census, de quo in sequenti decisione tractabitur.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO L.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Restituens Rectori Ecclesiæ pecunias habitas ad censum, an dicatur liberatus si neglexerit eas in tuto ponere.

Licentia alienandi nulla, an substineatur ex capite obseruantiæ.

SVMMARIVM.

Defectus iurisdictionis est insanabilis, nume.1.
Licentia alienandi bona Ecclesiæ est de reseruatis Papa, num.2.
Licentia alienandi bona ecclesiæ conceditur prout, numero 3.
Priuilegia cameræ circa alienationes bonorum ecclesiarum sunt reuocata, nume.4.
Pactum contra naturam contractus, an teneat numero 5.
Dictio dummodo, quid operetur, num.6. & 34.
Res, quæ sub aliqua conditione auocari potest, minus valet, num.7.
Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis actio, numero 8.
Pecuniæ ecclesiarum, an debeant reinuestiri in vtilitatem ecclesiæ, num. 9. & 37.
Emens ab ecclesia, an teneatur probare pecunias esse versas in vtilitatem Ecclesiæ, nume.10.
Præsumitur factum ex titulo præambulo, num. 11.
Ratio quando est vnica, & nulla alia assignari potest habetur pro expressa, nume.12.
Exceptio non implementi, quid operetur, num.13. & seq.
Agens ex contractu debet adimplere contenta in contractu, tam circa substantialia, quàm naturalia, & accidentalia, num.14.
Nullitas non implementi, quid operetur, num.15.
Exceptio non implementi, an operetur si opposita non fuerit, num.16.
Statutum prohibens exceptiones opponi, an comprehendat exceptionem non implementi, nu. 17.
Obligatio qualibet eo vinculo, quo ligatur, dissoluitur, num. 18.
Verbum conseruare, quid operetur, num.19. & 24.
Remissio non operatur ubi obstat defectus iurisdictionis, num.20.
Ecclesia præiudicare an possit Rector, nume.21.
Factum non ita facile tollitur, sicut impeditur, numero 22.
Pecuniæ translatæ in alterius dominium, an habeantur pro consumptis, num.23.
Confessio facta in precibus plene probat, num.25.
Confessio inducitur per solam porrectionem precum, nume.26.
Producens dicitur fateri contenta in re producta, numero 27.
Licentia alienandi nulla per subsecutam obseruantiam substinetur, nume.28. & seq.
Contrarietas, quid operetur, num. 29.
Obseruantia, quid operetur, nume.30.
Legati an possint concedere licentias alienandi bona ecclesiæ, nume.31.
Argumentum ab obseruantia, an valeat, num.32.
Consuetum fieri præsumitur factum, num.33.
Conditio in primis, & ante omnia est implenda, numero 34.
Lex, seu constitutio, an respiciat futura, vel præterita, num. 35.
Actus debet intelligi de prima vice, num.36.
Causa, ob quam fuit facta alienatio, durare debet, nume.37.

DECISIO L.

MAXIMO DEO AVCTORE.

CVm Reueren. q. Cæsar Carbonus olim Rector altaris SS. Petri, & Pauli positi in Ecclesia Sancti Io. Montis Cassiani, & Altaris Sancti Francisci siti in eadem terra in Ecclesia nuncupata Plebe, habita licentia alienādi, de qua in actis sub die 13. Martij 1562. vendiderit nonnulla bona stabilia dictorū altarium, & die 27. Iunij 1562. emerit duos annuos perpetuos census, alterum nempe florenorum 22. pro pretio florenorum ducentorum viginti duorum, ad rationem decem pro quolibet centenario ab Antonio Antonij Francisci Buratti, alterum vero viginti sex florenorum, ad eandem rationem à Petro Augustino Nicolai, & deinde sub die quinta mensis Ianuarij 1566. vti Rector dicti Altaris sanctorum Petri, & Pauli d. cēsum ducentorum vigintiduorum florenorum vt supra emptum retrouendiderit eidem

dem Antonio Buratto pro eodem pretio ducẽtorum viginti duorum florenorum, quo quidem pretio eadẽ die nomine eiusdem altaris, & Cappellaniæ emit alium similem censum, à dicto Ceccho Cappono, ac subsequenter die 14. Septembris 1570. illum rursus vendiderit dicto Ceccho pro æquali pretio. Hac venditione stante fuit vltimo loco in præsenti causa vertente inter hęredes q. Cecchi Bartolomei Capponi actores ex vna, & Lactantium Carbonum de ciuitate Maceratæ hæredem q. Horatij Carboni reum conuentum ex altera, dubitatum an dictus Cecchus fuerit liberatus à dicto censu, & dictus reus cõuentus teneatur propterea restituere fructus postea indebitè exactos ascendentes ad summã florenorum quadringentorum triginta duorũ, & triginta sex bolendinorũ, & solutos per dictos actores, nam licet constet eundem Cecchũ redemisse, vt supra d. censum, non tamen constat ipsum adimpleuisse contenta in d. licentia alienandi, qua expresse mandatur censum non debere, nec posse extingui, nisi per emptionem aliorum bonorũ stabilium, seu alterius census perpetui fundati super re stabili; & tanto magis, quia vltra præmissa videbatur valde vrgere pactũ factum inter dictũ Rectorem, & Cecchũ Capponũ à principio constitutionis d. census, quo apparet promissa retrouenditio eiusdem census, dummodo pretium conseruaretur pro dicto altari, quod factum nõ reperitur, sed bene oppositum, cum pretiũ huiusmodi, quod dandum erat ad censum pro dicto altari SS. Petri, & Pauli sub die 14. Septembris 1570. fuerit per eundẽ Rectorem datum ad censum Angelo Valerij in castri, & Tullio Liliano de d. terra Montis Cassiani pro d. altari, & Cappellania Sancti Francisci.

Et dictum pro parte præfatorum hæredum, quod sic, quia sicut non obstat d. licẽtia ob vitium nullitatis ex defectu iurisdi-
1 ctionis, qui est insanabilis, eo quod fuit concessa auctoritate legati, qui nullam in hoc
2 habebat facultatem, cum sit de reseruatis Papæ, vt probatur in cap. ambitiosè in extraua. de reb. eccl. non alien. tanquam Domino omnium ecclesiarũ. Rodoan. de reb. eccl. non alien. q. 19. nu. 120. fol. 90. qui consiteuit eam concedere per triplicem viam, videlicet per breue supplicatione introclusa, per rescriptum in forma dilectus, & per Bullam sacræ Pęnitentiarię, vt per eundem Rodoan. vbi supra quæst. 2. numero 97. fol.
4 97. & aliquando per litteras Camerę Apostolicæ in vim priuilegiorũ, & indultorum Apostolicorum, quæ sunt reuocata, vt ibi nume. 104. fol. 98. non autem, vt reperitur factum in casu de quo agitur.

Ita, & pariformiter non obstat dictum pactum, quia in eo tanquam impeditiuo restitutionis, & redemptionis eiusdem cẽsus nullum potest fieri fundamentũ, libera namq; esse debet facultas redimendi non restricta, & reducta ad aliquam conditionem contra naturam census, de qua in constitutione Pij Quinti, quæ in Bullario est Bulla 80. fol. 1042. vt videtur factum in casu
6 isto per illam dictionem dummodo in d. pacto apposita, quia si hoc esset, minus retrouenderet d. Rector, quã non emit, quia
7 res, quæ sub aliqua conditione auocari potest, minus valet, l. 1. §. si hęres ex pręcepto ad Trebell. l. idem Labeo iuncta l. seq. fam. ercisc. Boccac. in suo tracta. de cens. art. 81. in fi. to. 6. par. 2. fol. 175.

Quibus sic stantibus videbatur posse cõcludi, quod firma manẽte prędicta census retrouẽditione dicatur apparere de prętensa
8 liberatione. solutione enim eius, quod debetur tollitur omnis actio. l. nihil interest, & ibi Bald. num. 2. C. de solution. etiam
9 non probato, quod dictæ pecuniæ pro dicto altari non fuerint cõseruatæ, nam quid quid sit in contractu mutui, depositi, & dũ res ecclesiæ venditur, in quibus, vt inquit Bal. in aut. hoc ius porrectum num. 7. ca. de sacr. sanc. eccles. Rom. consil. 440. non est dubium, nu. 5. fol. 318. contrahens cum ecclesia debet esse solicitus de conuersione rei in vtilitatem eiusdem (licet Innocen. in capitulo primo, de depos. vt refert ibi Abb. numero 9. postquàm dixit id esse speciale in contractibus, qui fiunt gratia concedentis tantum, vt in deposito, item in contra-
10 cto mutui, se restringendo affirmauit solummodo id esse speciale in mutuo) quando agitur de alienatione rerum ecclesiarũ concordant omnes, quod nõ tenetur quis probare pecuniã esse versam in vtilitatem ecclesię, vt pręter supracitatos doctores tradit Mandos. in addit. ad Roman. d. cõs. 440. in vltima additione fol. 319. Dec. consi. 330. conclusio num. 3. fol. 359. & Doct. in d. c. 1.
* de deposit. & est communis * opin. de qua testatur Dec. cons. 36. pro tenui sub num. 8. in vers. tertio principaliter, & Mascard. de probatio. conclus. 1160. num. 19. lib. 3. fo. 72.

Vlterius tamen ponderatis deductis cõtrarium per DD. communiter fuit conclusum, quia cum dictus cẽsus ab initio fuerit subiectus illo oneri, quod non posset extingui nisi per emptionem aliorũ bonorum stabilium seu alterius census perpetui, vt in

sepedicta

sæpedicta licentia, quæ per subsequens pa-
ctum in d. instrumento census appositum
videtur comprobata, etiam quod non fue-
11 rit de ea facta aliqua mẽtio, nam præter id,
quod factum præsumitur ex titulo præam-
bulo l.2.num.3. C.de acquir. possess. Crau.
12 cons.226.numero quinto, quãdo ratio est
13 vnica, prout in casu isto, in quo nulla alia
adduci potest nisi vtilitas, de qua in d.licen
tia, talis ratio habetur pro expressa. Alex.
consl.100.visa parte num. 8.lib.4.Dec. cons.
15.pro tenui facultate, numero 2. in versic.
responder, & cons.372.nume.5. & 6. Becc.
cons.62.quod constitutio, nu.10. Pedemõ.
decis. 22. quoniam ex actis, numero 8. Hu-
iusmodi forma non probata, & adimpleta
obstat agentis exceptio non implementi,
13 quia non prius quis auditur agens ex con-
tractu, quam si probet se pro parte sua to-
tum contractum adimpleuisse cũ effectu,
l.Iulianus, §.offerri, ff. de actio. empt. vbi id
expresse notat Barto.nume.2. Salyc.Bald.in
l.pacta conuenta, C.de pact.in princ. vbi di-
14 cit, quod agens ex contractu debet imple-
re contractum, tam circa. Substantialia, d.l.
Iulianus, §. offerri de action. empt. quàm
circa naturalia, vel accidentalia, aliàs repel-
litur exceptione. Alexan. consil. 49. inspe-
ctis numero 4.lib.2.cons.12.in præsenti, nu.
1.lib.3.cum ceteris adductis per Becc.cons.
45.reuocatur, nume.6.fol.76. Crauett. 151.
neminem extimare, num.10. fol.30. Rom.
cons.244.nu.3.pro euidentia, nu.72. Rym.
iun.consil.636.Magnificus D.Io. nume.18.
lib.6.fol.127.Rota in nouiss. decis.277. tres
15 fuerunt, num.2.par.2.vbi dicit, quod nulli-
tas non implementi non tollit actionem,
sed impedit tantum exercitium actionis,
& si talis exceptio fuisset opposita post sen-
16 tentiam, vel per iudicem parte non oppo-
nente, cum sit fauorabilis. Crauet.d. cons.
151.numero 10. Roman. d.cons.440. nu.5.
Decian.cons.60.seruando ordinem, num.
45.lib.2.fol.465.& consil.1.numero 69. lib.
3.fol.14. & extaret statutum prohibens ex-
ceptiones opponi. Barto.in l. 1. §. & parui,
ff.quod vi, aut clam. Rom.vbi supra nume.
5.& ibi Mandos.in additione in verbo con-
tractus littera E, Rym.iun.d.consil.636.nu.
20. lib. 6.

Nec dicatur ex eo quod d.Rector retro-
uendidit d. Cappono non curando dictas
pecunias conseruari, & reinuestiri ad for-
mam d. oneris & pacti ipso Cappono ap-
probante, quod videatur d. onus, & pactũ
18 remissum de partium consensu, quia quæ-
libet obligatio dissoluitur eo modo quo li-
gatur, l. prout 80. ff. de solution. l. nihil ta-
men naturale 36. ff. de reg. iur. Abb. in ca. 1.
extra eod. numero 2. vel quod sufficit dd.
pecunias reperiri in manibus d. Valerij In-
19 castri, & Iulij Liliani, quia verbum conser-
uare nil aliud præsupponit nisi rem conser
satam, non consumptam. Cæpha. cons.441.
causa ista, quę nu.102. vol.3.fol.582.

20 Nam cæteris omissis respõdetur non
esse locum præsatæ remissioni, vbi obstat
defectus potestatis, vt probat Abb. in d. ca.
1, de reg. iur. in princ. & Cagn. in d. l. nihil
21 tam naturale, numero 8. prout in casu isto,
in quo non poterat Rector prǣiudicare suę
ecclesiæ. Crauet. cons.152. circa testamen-
tum, numero 7. fol. 305. & quidem rectè,
cum nec id Papa possit si vera sunt tradita
per Ferrett. consil.32. considerata subiecta,
num.24.lib.1.fo.32.& num.31.fol. eodem,
& vbi potuisset id debet intelligi in acqui-
rendis, non quæsitis Rymin. iun. cons.453.
cum Dominus Nicolaus, num.31.lib.4. fo.
322. Rolan.cons.15.in pręsenti, num.23.lib.
22 1. fol. 115. quia facilius impeditur quod est
in fieri, quam, quod factum est tollatur, vt
per Rymin. vbi supra numero 32. & in l.
Patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie-
nan. iur.

Prout nec poterat d. Cecchus, qui mul-
to minus cum ipso contrahendo valebat
tollere ius quæsitum d. altari, & cappella-
niæ Sanctorum Petri, & Pauli.

Vnde non refragatur, quod dictæ pecu-
23 niæ non sint consumptæ, quia quo ad alta-
re Sanctorum Petri, & Pauli habentur pro
consumptis, cum reperiantur, vt sæpe di-
ctum fuit ad censum datæ pro altare Sancti
24 Francisci, & sic in dominium alterius tran
slatæ, quod non conuenit cum verbo con-
seruare, per ea quę habentur in l.2. C.de vsu
capio. & ibi Docto. vbi d. verbum conser-
uare importat, ne possit aliquid alienari, &
in dominium alterius transferri, vt factum
reperitur in præsenti casu.

Non obstat, quod primo loco oppone-
batur de nullitate d.licentiæ, quia cum dd.
actores, vt in breue delegationis d. causæ
apparet narrauerint Papæ inter cætera su-
pra in pręsenti facti specie deducta, qualiter
alienatio dictorum bonorum stabiliũ per
d. Reuerendum Cæsarem fuit solemniter
facta, videtur quoq; expresse dictum, quod
dicta licentia desuper obtenta est valida, &
de mandato Sedis Apostolicæ concessa, cũ
aliàs, nec valere, nec dicta bona solemniter
25 alienari potuissent; quæ confessio in preci-
bus facta plene probat contra confitentẽ,
vt probatur in l.cum precum, & ibi notant
Bal. & Saly. C.de liberal. caus. Dec. cõsi. 534.
proce-

procedendo breuiter num.4.versicu.verba supplicationis cũ cæteris adductis per Mascard. de probat. conclus. 368. numero 1. volum.1.fol.286.& numero 21.fol.287.vbi
26 dicit, quod per solam porrectionem præcum factam Principi censetur inducta confessio omnium in eo contentorum. Quæ
27 videntur transire sine difficultate, cum huiusmodi breue fuerit in iudicio productũ per dd. Actores contra d. reum, & sic ratificatum, & approbatũ in omnibus, & per omnia, nam producens dicitur fateri omnia, & singula in re producta contenta secundum Ias. in l. certi conditio, §.si nummos numero 39. ff. de except. & veriorem opinionem de qua per Mandos. in addit. ad Roman. cons. 433. quo ad primum littera H, in verb. non releuat, etiam si productio fuisset cum protestatione Ias. vbi supra.
28 Quo fit, vt prætensa inualiditas sępedictę licentiæ non subsistat, præcipuè cum iam habuerit effectum per spatium triginta sex
29 annorum in circa, & tãto magis, quia modo pretendere oppositum nihil aliud est, nisi fundare se super contrarijs, in quibus, qui se fundat non potest obtinere l. Titiæ, ff. de condit. & demonstr. & Bal. in l.1. C. si seru. exter. nu.5. vers. octauo nota. Itẽ vnum
30 vnum destruere obseruantiam tanti tẽporis per quam potest approbari, quod est minus solemne Becc. cons.6. reuocatur in dubium, nu.17.f.14. & remoueri omnis ambiguitas c. cum dilectus de cõsuet. l. minimè, & l. sed de interpretatione de leg. Bec. cõs. 101. in proposita nu 49. f.188 & Rym. iun. cõs. 413. Dñi Cõseruatores, n.24.li.4. f.232.
Immo vbi d. licentia si in euidẽte posset dici nulla, ratione obseruantiæ debet attendi perinde, ac si valeret, per ea, quæ tradit Alexan. cons.8. & aduerte nu.2. lib.6. vbi ad hoc reputat mirabile dictum gl. in l. qui habebat nu.1. de manumiss. testam. & Rym. iun. cons.500. & in primis n.31. lib.5. fol.65. obseruantia .n. tollit vitium nullitatis, vt in terminis probat Crau. consil.187. Magister Robertus nu.9. fo.271. & Sim. de Pręt. cõs. 77. dubium excitatur, nu.16. præcipuè cum
31 consueuerint Summi Pontifices eorũ legatis dare auctoritatem concedendi licentias hmõi, quas si in euidentem vocant, vt de legato Prouinciæ Marchię apparet ex constitutione Pauli III. vndecimo Kalẽdas Maij 1539. quæ in Bullario est Bulla 19. fol. 383. in vers. ac quibusvis personis fol.384. & constitutione Iulij III. duodecimo Kalend. Martij 1550. quæ in Bullario est Bulla octaua fol. 501. vbi concedit Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali de Sabellis Romano d. Prouinciæ legato omnia spectãtia ad huiusmodi legationis officium, quæ de iure, vel de consuetudine pertinent, & quæ alij legati, & Vicarij exercuerunt, & de alijs Legatis de Latere legitur in constitutione Pauli IIII. tertiodecimo Kalendas Ianuarij 1556. in vers. ac quibus vis f.608. quæ loquitur de legatione Illustrissimi, & Reuerend. Cardinalis Carrafæ ad omnes Italiæ Principes, & in constitutione Pij IIII. octauo Kal. Nouem. 1564 quæ in Bullario est bulla 117. fo. 836. in vers. literasq; in forma, quę loquitur de legatione Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis de Altemps totius status Eccle-
32 siastici Legati de Latere, à qua consuetudine, & obseruantia licitum est arguere, cum
33 id, quod est consuetum fieri, factum præsumatur Bal. in l. neque la 1. nu. 1. C. de nupt. Soc. iun. cons.61. inspectis, & diligenter cõsideratis, nu.34. lib.2. Ludou. concl. vnic. de consuet. in vers. infertur 68 fo.525. & precipuè circa id, quod quis est solitus obseruare, vt in terminis probat Sim. de Præt. cons. 15. omnis actio, nu.78. & Ludou. vbi supra in versic. infertur 127. fol.527.

Non obstat, quod secundo loco opponebatur de nullitate d. pacti reducentis ad cõditionem, redemptionem d. census contra propriam eius naturam, de qua in sępedicta constitutione Pij Quinti.

Nam respondetur non valere consequẽtiam, quia poterat Capponus ipsum censũ redimere ad sui libitum, & esse diligens in curando, quod d. pecuniæ conseruarentur pro d. altari absq; eo, quod esset sublata facultas redimẽdi, vt melius colligitur ex pręfata constitutione Pij Quinti, quæ in Bullario est Bulla 80. folio 143. in illis verbis (Postremo census omnes) quæ precisè loquitur de pacto auferente directè, vel indirectè facultatem redimendi, non autem de pacto hoc permittente, & approbante, sed aliquid iustum, & honestum, quod vtriq; ex contrahentibus prodesse potest disponente, & excitante. At pactum prędictum est huiusmodi, ergo potius laudandum, & approbandum est, quàm paruifaciendũ, & annullandũ, maxime quod cõcordat cum d. licentia alienandi, quæ voluit prouidere indemnitati d. altaris SS. Petri, & Pauli.

34 Et tantò magis, quia illa dictio (dummodo) in eo apposita regulariter non facit, vt supponitur conditionem, l. cum ab eo, C. de cõtrahen. empt. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius nu.4. in vers. quid de dictione dummodo, ff. de cõditionib. & demõstrat. Alexan. cons. 20. viso Processu libro 2. folio 20. Bertran. consil. 201. consideratis du-

bijs, numero quinto, lib. primo. Menoch. consil. 134. Inter multa, quæ num. 36. lib. 2. licet quando iungitur ei, quod venit implendum antequam actus perficiatur signi ficet conditionem, non modum l. thais, §. sticus ff. de manumiss. testam. cum cæteris allegatis per Crauett. consil. decimo, Antonia. Menoch. cons. 60. longo studio, numero quadragesimoseptimo, lib. 1. & Vulpel. in suo tracta. de præposit. aduerb. & coniunct. significat. in dictione dummodo, & talis non est casus, de quo agitur, quia non possunt dictæ pecuniæ reinuestiri, & sic cõseruari pro dicta Cappellania, nisi prius præcesserit retrouenditio; quod non esset si ageretur de conditione, quæ in primis, &
35 ante omnia debet impleri.

Dato tamen sine veri præiudicio, quod dicta cõstitutio annullaret penitus dictum pactum, prout reuera non annullat, non propterea aliquid nocet, quia præterquam
36 quod quælibet lex, seu constitutio respicit futura Innocen. in cap. cum omnes de constitu. numero primo, in versicu. quia constitutio, non autem preterita, nisi de preteritis expresse fuerit facta mentio, vt post Dec. in capitulo fin. de constit. qui hoc tradit cũ quatuor ampliationibus, & decem limitationibus. Alexan. consil. 96. viso processu numero tertio, lib. secundo, & alios tradit Affl. super const. in fin. Prohem. numero decimoseptimo, fo. 31. & Crot. in repetit. leg. omnes populi, numero 131. ff. de iust. & iur. volum. 1. fol. 104. cum d. Bulla expresse loquatur de censibus in futurum creandis, vt ibi legitur in d. vers. Postremò & in vers. & licet vbi declarat non extendi ad contractus iam celebratos, non comprehendit præsentem casum, in quo dictus contractus fuit celebratus ante dictam constitutionem, nempe Sabbati 5. Februarij 1566. Constitutio verò postea 14. Kalendas Februarii 1568. promulgata.

Non obstat dum vltimo loco opponebatur, quod in alienationibus rerum ecclesiarum non tenetur quis probare pecunias
37 esse versas in vtilitatem Ecclesiæ; & vbi tenerentur, quod id debet intelligi de prima vice, non vltra.

38 Quia prædicta non procedunt, vbi à principio fuit dispositum, prout in casu, de quo agitur, quod pecuniæ rei venditæ semper debeant reinuestiri, quia tunc quotiescunque fit retrouenditio census debent pecu-
39 niæ perpetuo in tuto poni ad hoc, vt duret causa ob quam fuit facta alienatio, & concessa sæpedicta licentia aliẽnãdi per ea, quæ dicit Abb. in cap. vt super num. 11. in versic. ego crederem de reb. eccles. alienan. vel non. & Rym. iun. consil. 348. concessiones, numero 12. lib. tertio, fol. 384. à tergo, & vlterius seruetur, quod in dicto pacto fuit conuentum, præsertim quod obiectum de prima vice non facit ad rem, cum Doctores allegati, ad id loquantur de mutuo, non autem de alienationibus rerum Ecclesiarum, vt ex eorum lectura dignoscitur, quæ diuerso iure censentur, vt ex præmissis satis concludenter videtur probatum.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LI.

MVRRIVALLIVM.

ARGVMENTVM.

Pater diuidens bona inter filios assignando cuilibet suam portionem, quem contractum facere dicatur, & an in eo requirantur solennitates Constitutionis Marchiæ, cap. 25. lib. 5.

SVMMARIVM.

Dans, vt sibi detur, facit contractum innominatum, num. 1.
Contractus innominatus, an possit esse inter Patrem, & filium, num. 2.
Conuentiones inter Patrem, & Filium sunt seruandæ maximè, quando sunt iuratæ num. 3.
Donatio fit ex mera liberalitate, num. 4.
Assignatio, quam facit Pater filijs, an dicatur contractus innominatus, num. 5. vel mera donatio, numero 13.
Donatio ob causam dicitur contractus innominatus, num. 6. & 12.
Stipulatio facit contractum nominatum, num. 7.
Contractus innominatus raro reperitur, num. 8.
Stipulatio posita super contractu innominato assumit naturam illius contractus, num. 9.
Contractus innominatus an debeat fieri cum solennitatibus dictæ constitutionis Marchiæ cap. 25. lib. 5. num. 10.
Donatio est contractus nominatus, num. 11.
Donare sibi ipsi nemo potest, num. 14.

Diffe-

Differentiæ esse debet inter dantem, & accipientem, num.15.
Donatio inter Patrem, & Filium validatur iuramento, num.16.
Obligatio naturalis oritur inter Patrem, & Filium, num.17.
Donatio inter coniunctos facilè præsumitur, quando adest iuramentum, num.18.
Verba dare, & concedere important donationem, numero 19.
Donator in donatione potest ponere pactum, conditionem, & modum, & facere illam ad tempus, & reuocabilem, prout sibi videtur, nu.20.
Donatio, quæ fit ex mera liberalitate non potest censeri ob causam, num.21.
Contractus qui fiunt nullo iure cogente, an omnes dicantur donationes, nume.22.
Respondere quando possit per inconuenientia, numero 23.
Reseruatio an excludat donationem ob causam, numero 24.
Actus agentium ultra intentionem non extenduntur, num.25.
Donatio quando fit ad effectum; quod soluantur certa debita, dicitur ob causam, num.26.
Commodum qui habet debet sentire incommodum, num.27.
Patris bona intentio, & liberalitas ex quibus colligatur, num.28.
Lites oriuntur in diuisionibus, num.29.
Fratrum malorum copia non deest, & gratia rara est, num.30.
Vniuersalis sermo, quæ comprehendat numero 31. & seq.
Verbum qualibet actio comprehendit etiam officium iudicis, num.32.
Actio impropriè est officium iudicis, num.33.
Donatio causa mortis, quæ est impropriè donatio, an comprehendatur sub constitutione loquente per verba vniuersalia, num.34.
Legatarius largo modo dicitur hæres, numero 35.
Donatio ob causam an comprehendatur sub constitutione vniuersaliter loquente, num.36.
Constitutio facta ad obuiandum fraudibus extenditur etiam si materia esset odiosa, num.37.
Fraudum præsumptio non cadit inter Patrem, & filium, num.38.
Constitutio loquens vniuersaliter de quibuscunque personis comprehendit etiam Patrem, numero 39.

DECISIO LI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Contractus diuisionis, & assignationis, quem fecit q. Andreas Cacianellus de d. terra inter Io. & Sansonem filios suos, cum pactis, & cõdictionibus, de quibus in instrumento desuper celebrato, quo nomine nuncupari debeat, & an valeat sub prætextu, quod non fuerunt seruatæ solennitates, constitutionis Marchiæ in capit.25. vt minorum lib.5. fol.154.

1 Dicebatur esse contractum innominatũ do, vt des, quia dum dictus Andreas fecit dictam assignationem, filij præfati promiserunt eidem non solum dare certam quãtitatem farinæ, olei, vini, & pecuniarũ, sed soluere debita per ea, quæ habentur in l.naturalis, §.1.ff.de præscript. verb. Bart. in l. Aristo ait, num.1. in vers. vides ergo, ff.de donat. Ias. in l.iurisgentium num.9. ff. de pact. & Corn. cons.349. in hac cõsultatione, nu.
2 4.& seq. lib.1. qui contractus cadere potest inter Patrem, & filium, cũ fieri inter ipsos
3 possit omnis cõtractus citra donationem, & valeant cõuentiones inter eos initæ, præsertim stante iuramento, vt inquit Alexander cons.20. ponderatis his num.1. & 2. lib. 3. qui d. num.2. loquitur in terminis instrumenti diuisionis dicens non posse infringi sub prætextu, quod sit donatio excedens summam quingẽtorum aureorum, in qua requiritur insinuatio, præsertim cum agatur de commodo Patris, vt post Oldrad. d. consil.139. & alios dicit idem Alexan. loco citato, nu.3. non autem donationem, quia
4 prædicta non conueniunt donationi, quæ fit ex mera liberalitate l.1.ff.de donat.
5 Nec dicatur, quod non potest esse dicta assignatio contractus innominatus, nec donatio ob causam per ea, quæ tradit Corn. cons.228. quod dictus ser Antonius, nume.
6 11, & 15. lib. 4. quæ etiam dicitur cõtractus innominatus secundum gloss. in l.si vt proponis in verbo resoluuntur, & ibi Barto. numero 9. C. de condit. ob caus. vigore stipulationis in dicto cõtractu assignationis appo-
7 sitæ, quæ facit contractum nominatum, vt voluit Bart. in dicta l.si vt proponis, nu.11.
8 qui propterea dicit, raro reperiri contractũ innominatũ, cum notarij in omni publico

instrumento apponant stipulationem.
9 Nam respondetur, quod stipulatio inter
posita super cōtractu innominato assumit
naturam ipsius contractus innominati su-
per quo interponitur, vt notabiliter scripsit
Bar. in l. cum mota, nu. 6. C. de transact. An-
gel. & Imo. in l. stipulationes non diuidun-
tur, ff. de verb. obligat. qui id reputant sin-
gulare relatos per Alex. cons. 76. visis dubi-
tationibus, num. 2. lib. 5. & Natt. cons. 609.
ex instrumento num. 16. lib. 3. fol. 146.
10 Et propterea non fuit necesse adhibere
solennitates requisitas in dicta constitutio-
ne loquente de contractibus nominatis,
etiam quod dicta diuisio, & assignatio pos-
set vocari donatio ob causam, & constitu-
tio prædicta loquatur de donationibus per
11 verba vniuersalia, quia cum donatio sit cō-
tractus nominatus, habens specificum, &
elegans nomen, vt tradunt Bart. & alij in l.
iurisgentium in prin. ff. de pact. non potest
12 extēdi ad donationem ob causam, quę di-
citur contractus innominatus, vt in termi-
nis dicit Natt. cons. 609. ex instrumento, n.
15. 16. & 20. lib. 1. Signorōl. cons. 8. quæstio
præsupponitur. Alexand. consil. 26. viso, &
considerato in fin. lib. 2. Corn. cons. 45. licet
in hoc iudicio num. 2. in ver. & sic lib. 4. Ti-
raq. in l. si vnquam in vers. donatione largi-
tus, C. de reuocan. donatio. nu. 11. & seq. &
nouiss. Surd. decis. 290. Episcopus num. 20.
fol. 681. ratio est secundum Alex. d. consil.
26. nume. 5. lib. 2. quia verba statuti debent
proprie intelligi.
13 Sed Domini cōiter dixerunt, dictam di-
uisionem, & assignationem esse simplicē,
& meram donationem, non autē ob cām
quamuis, consideratis verbis sæpedictæ cō-
stitutionis, quæ loquitur de quibuscunque
contractibus donationū ad obuiandū frau-
dib. possit dici comprehēsa ēt donatio ob
causam, vbi talis illa foret nuncupanda.
Vt primum probari videtur ex pluribus.
Primo quia licet Pater dum diuidit bo-
na inter filios in potestate existentes, nihil
agat, quia dicitur donare, vt habetur latè
per Marsil. sing. 674. Aliqui sunt patres qui,
fol. 174. Natt. cons. 273. in causa & quæstio-
nē lib. 2. fol. 26. Socc. reg. incip. donatio fa-
cta à Patre Duen. reg. 223. donatio facta in
princ. fo. 122. Menoch. cons. 84. hæc propo-
sita dubitatio, num. 10. lib. 1. & Cæph. cons.
494. bona ser Benuenuti, numero 18. lib. 4.
fol. 183. quæ non cadit in seipso, hoc est in
14 filio, qui natura vna, & eadem persona cū
patre dicitur l. fi. C. de impuber. cum nemo
sibi ipsi donare possit l. si quis pro eo, §. 1. ff.
15 de fideiuss. & debeat esse differentia inter
dantem, & accipiētem Gayl. pract. obseru.
16 obseruat. 38. donatio nume. 3. validatur ta-
men huiusmodi donatio vigore iuramen-
ti in ea interpositi, vt per Natt. loco citat.
Alexan. consil. 181. perspectis instrumentis,
nu. 5. lib. 5. Soc. cons. 107. in causa mota n. 4.
* lib. 3. qui attestatur de cōmuni * Ruy. consi.
96. visis, & bene ponderatis, nu. 8. lib. 5. Po-
dem. decis. 126. Pater bona sua nu. 3. fo. 503.
* qui testatur de communi, * prout quoque
facit Gayl. dicta obseruat. 38. nu. 7. fol. 150.
Grat. cons. 7. in hac causa, n. 7. lib. 2. & Cæph.
* qui d. cons. 494. nu. 20. attestatur de magis *
communi, facit Gabr. consil. 3. donationis
in genere, num. 4. lib. 1.
Et quod huiusmodi donatio valeat vigo
re iuramenti dicit Rym. iun. cons. 239. pri-
ma tamen num. 9. lib. 3. fo. 46. & Seraph. de
priuil. iuram. priuil. 112. licet ipse in fine di-
* cat communem * opinionem non esse ve-
ram. ratio est secundum Gayl. d. obseruat.
38. num. 8. & sequen. quia inter Patrem, &
17 filium oritur naturalis obligatio, quæ red-
ditur efficax per iuramentum ca. quamuis
de pact. in 6. Bar. in l. si quis pro eo num. 12.
18 ff. de fideiuss. item quia donatio facilè inter
coniunctos præsumitur, quando adest iura
mentum Surd. cons. 112. Ambrosius Sal-
uiatus, nu. 47. lib. 1. & cons. 173. causam, quā
nu. 36. lib. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præ-
sumpt. 32. num. 1. præcipuè cum donatarij
essēt successuri ab intestató, vt in casu isto,
vt per Surd. loco citato, num. 37.
19 Secundo quia Pater in dicta diuisione
vsus fuit verbis donationem importanti-
bus nempè (dare, & cōcedere) vt de verbo
dare tradit Grat. cons. 7. in hac causa Bono-
niensi num. 21. lib. 2. & Menoc. de præsum-
pt. præsumpt. 30. nu. 39. cap. de collat. & pro
batur in §. sic itaq; instit. de action. de ver-
bo concedere tradunt Dec. in dicta l. si do-
natione dicto num. 39. & in cap. cum vene-
rabilis in vlt. notab. de exceptio. Menoch.
loco citato, num. 41. & Rymin. iun. consil.
73. quoniam in eadem causa nume. 8. lib. 1.
fol. 312.
Nec quod onera apposita in dicta dona-
20 tione faciant eam ob causam, quia dona-
tor potest opponere in donatione pactū,
condictionem, & modum, & facere illam
ad tempus, & reuocabilem, & prout sibi vi-
detur à principio contractus antequam sit
ius quæsitum donatario, & valebit talis do-
natio inter personas non prohibitas, Gabr.
cons. 3. donationis in genere, n. 2. lib. 1. Sigis
mund. Lofred. cons. 5. omissa facti serie, nu.
6. & seq. Sue. iun. cons. 129. in causa Achillis
num. 26. & 27. lib. 3. & Cæphal. consil. 440.
Magni-

Magnificus Dominus, nu. 59. & seq. lib. 3. Et tanto magis quia plura concurrunt.

Primo Pater cum non teneretur ad faciendam dictam diuisionem, & donationem medio iuramento eam facit ex mera
21 liberalitate, quo casu non potest censeri donatio ob causam, per ea quæ tradit Cor. consil. 45. licet in hoc iudicio, numero tertio, lib. 4. Crauett. consil. 85. Ioanna Borseta de Vxellis, num. 6. & Decian. cons. 3. Dominus andiens nu. 19. lib. 1. fo. 86.

Nec dicatur dictum fundamentum non
22 subsistere, quia si esset verum sequeretur quod venditio, & cæteri contractus, qui à principio fiunt nullo iure cogente essent donationes, vt dicit Oldrad. consil. 139. ad habendam num. 4. fol. 52.

Quia huiusmodi argumentatio procedit Sillogistice nõ demonstratiue, nã quod fit ex mera liberalitate est mera donatio iuris dispositione, & tamen venditio, & cæteri contractus non sunt eodem iure donationes, & sic non releuat quia Sillogisticus modus arguendi si sufficeret posset quilibet eodem modo adducendo aliquod inconueniens respondere, & tamen clarum est, quod ex puris particularibus affirmatiuis in secunda figura nihil sequitur secundum Arist. 1. prior. cap. 7. vnde cessabit argumentatio Oldrad. in se habens plus subtilitatis, quàm veritatis.

Secundo, quod asserta promissio de soluendo dictam quãtitatem farinæ, vini, olei, & pæcuniarum quolibet anno cum appellatione in dicto instrumento diuisionis refer
24 uatio, quę excludit omnem prætensam donationem ob causam, in reseruatis cade
25 re non potest, actus enim agentium vltra intentionem non extenduntur.

26 Tertiò, quod non verificatur dictam donationem fuisse factam ad effectum soluẽdi certa debita, quæ vt præsupponitur faciunt eam censeri ob causam, vt post Crauett. consil. 136. anno, nu. 2. fo. 69. Nam licet fuerit dictum in d. donatione, *che la bottega sia di Sansone, con i debiti, & crediti della bottega, & di casa*, non propterea donatio dicitur facta ex causa solutionis certi debiti, cum aliquid certum nõ specificetur debitum, nec probetur, sed solum datam fuisse d. apothecam, cum pacto prædicto magnam æquitatem habente conuenit, n. quod ille, qui sen
27 tit commodum sentire etiam, & incõmodum, si quod est rei donatæ, quod vt supra dictum fuit non facit donationẽ ob cãm.

Quartò, quod d. discussio inter filios fuit facta ad effectum eis procedendi, dum erat compos & sanus mente, ex quo cũ colliga
28 tur principaliter liberalitas, & bona intẽtio
29 Patris, qui ad fugiendas lites, & iurgia, quæ in diuisionib. quotidie oriri solent ob quosdam
50 malos, & auaros fratres, quorũ hodie non deest copia, & gratia rara est arg. eorũ quæ tradit Roma. cons. 68. visis mihi, nu. 4. vers. his tamen non refragantibus fol. 48. vt supra disposuit; pura, & mera, non autẽ ex causa donatio censenda est, præsertim cum principaliter tractetur de vtilitate filiorum in vita Patris habẽtium dominium, & possessionem rerum donatarum.

31 Secundum vero probatur, quia in d. vniuersali sermone cõstitutionis comprehenduntur etiam ea, quæ lata significatione, & impropriè veniunt. vt probatur per gl. iuncto textu in l. 2. C. de quadrien. præscript. in
32 vers. quaslibet alias, quæ vult, quod illa verba, quælibet actio comprehendat etiam of
33 ficium iudicis, quod est impropriè actio. Alex. cons. 155. visis, & accuratè nu. 3. lib. 2. & cons. 17. in causa, & lite nu. 6. & seq. lib. 6. vbi dicit, quod dispositio vniuersalis comprehendit etiam personas, quæ impropriè dicuntur personæ, vt ciuitas, vel Castrum, vt etiam voluit Crauet. cons. 294. verba nu. 1. & 2. vbi non solum vult comprehendi omnes personas vtcunq; magnas, & excelsas, puta Reges, & Principes immo & Imperatorem, vt inquit gloss. in clement. 1. de iudic. in verbo quibuscumque, sed casum improprium Corn. cons. 41. videtur in hac consultatione lib. 1. & Boccac. in d. constitutione vt minor gloss. 7. nume. 26. fo. 141. qui propterea gloss. 8. num. 26. fol. 261. vult
34 sub constitutione comprehendi donationem causa mortis, quæ non est proprie donatio Curt. iun. cons. 184. præsupponitur in facto nume. 6. lib. 2. qui pariter propter vniuersalitatem verbi quibuscunque dicit cõ
35 prehendi etiam legatarium, qui largo modo dicitur hęres, sed quodammodo quasi hæres l. id tempus, §. 1. ff. de vsucapio. vnde secundum gloss. in verbo hæres est vsu capitu. iacente hæreditate, sicut hæres, & non solum legatarium, vt etiam voluit Ruyn. cons. 52. ex his, quæ per iudicem, nu. 6. lib. 1. sed extraneum heredem, si dictum est de hæredibus quibuscumque, vt post Bald. in l. 1. num. 37. ff. de rer. diuis. dicit idem Curt. iun. dicto cons. 184. in fin. & etiam causam dotis, vt in termin s voluit Dec. consil. 301. in causa quæ Ferrariæ, num. 3. & seq. Tiraq. de vtroq. tetract. glo. 14. n. 56. & seq. fo. 229. Ancharan. Regiens. quest. 81. numero 42. lib. 3. fol. 215. Crauet. d. consil. 294. verba transactionis, numero primo, in vers. videmus etiam.

36 Vnde non ab re diu poterit comprehendi donationem ob causam, quæ vt dictum fuit impropria est donatio, vt in terminis donationis ob causam consuluit Ruyn. d. cons. 52. ex his, quæ per iudicem nume. 6. lib. 1. præsertim cum dicta constitutio in-
37 troducta fuerit ad obuiandum fraudibus, nam tunc recipit extensionem, & ampliationem, etiam si materia esset odiosa, vt in terminis dicit Dec. dicto cons. 301. num. 1. per text. in l. 1. §. pecunia de calumniat. & in l. sed Iulia in princ. & l. mutui datio, ff. ad Macedon. vt in cap. quanto de priuileg. & cap. si ciuitas de senten. excommu. in 6. & considerauit Ruyn. dicto cons. 52. nu. 6. lib. 1.

38 Nec dicatur inter Patrem, & Filium nō posse cadere dictam cōsiderationem fraudum per ea quæ tradit Bald. in l. pactum q. 21. numero 16. C. de collation. Roman. cons. 277. non est dubium, colum. 2. nume. 4. & seq. Crauet. cons. 39. proponitur in facto numero 14. & Cæph. cons. 467. in præsenti, nu. 66. lib. 4. & consequenter dictam constitutionem in casu isto, in quo Pater contraxit cum filio locum non habere.

Nam respondetur, quod cum constitutio considerauerit etiam fraudes, quæ quotidie fiunt contra Cameram Apostolicam, & aliàs quascunque priuatas personas, non
39 excipitur pater, nec alius quispiam, præsertim cum loquatur vniuersaliter de quibuscunque personis per ea, quæ dicit dicta gloss. in clement. 1. de iudic. in verbo quibuscumq;, & in terminis post Barbat. cons. 41. immortalem colum. 2. num... in vers. & si bene lib. 4. tradit Dec. in l. pactum in fin. C. de collatio.

Non obstat, dum dicebatur dictam diuisionem, & assignationem bonorum factā per Patrem filijs, suis esse contractum innominatum.

Quia & si aliud pateat ex præmissis, probatum quoque videtur etiam contractum innominatum comprehendi sub constitutione sæpedicta, dum probatum fuit donationem ob causam vigore vniuersalis sermonis comprehendi.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Salarium an debeatur pro tempore quo quis fuit absens cum licentia.

SVMMARIVM.

Salarium dicitur solatium, & honor Doctorum, numero 1.
Salarium dicitur etiam honorarium, num. 2.
Honor sumitur pro honorario, num. 3.
Honorarium datur ad remunerandum, num. 4.
Salarium, quod Rotę Auditoribus datur quolibet mēse, an dicatur datum ex causa laboris, num. 5.
Qui non laborat non manducat, num. 6.
Salarium datum Rotæ Auditoribus, an censeatur datum tantum pro tempore, quo laborauerint, nume. 7. vel ratione peritiæ, & dignitatis, nume. 12. & seq. seu ex causa laboris, num. 19.
Salarium absenti, cum licentia debetur, num. 8.
Doctores dicuntur legere, dum vacant de licentia superiorum, num. 9.
Famulus conductus an debeat habere salarium temporis, quo fuit absens cum licentia, num. 10.
Salarium an debeatur absenti sine licentia, numero 11.
Officium aduocationis, vel assessoris, legationis, & doctoratus an respiciat laborem, vel scientiā probitatem, nume. 12.
Locatio, & conductio cadit in Doctore, aduocato, Prætore, & similibus, nume. 13.
Legere, docere, & consulere non sunt opera seruilia, num. 14.
Locari non potest probitas animi, & intellectus, numero 15.
Legalis sapientia precio nummario æstimari non potest, num. 16.
Scientia, & dignitas haberi non potest sine magnis laboribus, num. 17.
Scientia, & probitas intellectus omnem meretur prorogatiuam, num. 18.
Auditores Rotæ quales esse debeant, num. 20.
Salarium Rotæ Auditoribus fuit datum pro alimentis, num. 21.

Absens

Absens cum licentia habetur pro præsente, numero 22.
Lex quod non dicit, non potest ab alio suppleri, numero 23.
Mors, & cessio non indigent aliqua licentia, numero 24.
Verbum discedere an importet licentiam, nu. 25.
Salarium amittit negligens redire in termino sibi præfixo à licentiante, num. 26.
Verbum discedere de sui natura intelligitur sine animo redeundi, num. 27.

DECISIO LII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

AVditor Rotæ absēs pro certo tempore, cum superioris licentia, an possit habere salariū.

Præsens quæstio pluries disputata tempore solutionis eiusdem, quæ potest nuncupari de solatio, & honore Doctorum, accipiendo solatium pro salario, vt exposuit glo. in l. restituendæ in vers. solatijs littera K, C. de aduocat. diuers. iudic. & salarium pro honore, nam salarium dicitur honor, vt post Alberi. in l. 1. in princ. ff. si mens. fals. mo. dix. dicit Bolognin. in aut. habita, C. ne fil. pro patr. num. 261. lib. 7. fol. 429. & etiam honorarium, vt probatur in l. 3. C. de postulando, & exponit ibi gloss. in verbo ho-
3 norarij, vnde honor sumitur pro honorario apud Vulpianum in l. si remunerandi
4 ff. mandati, quod datur ad remunerandū, vt probatur in dicta leg. 1. ff. si mens. fals. mod. dixer. & in dicta l. si remunerandi.

Videbatur decidenda ad fauorem Communitatis debentis præfatum salarium,
5 nam cum illud Auditotibus Rotæ sit datum quolibet mense, vt legitur in constitutione Rotali capit. 70. fol. 13. videbatur datum ex causa laborum, qui fiunt in illo mense, quo fit, vt non debeatur pro tempore absentiæ, in qua nihil fuit laboratum, vt voluerunt Caccialup. in l. diem functo, num. 45. in fi. ff. de offic. assess. Ceph. consil. 70. in facto præsupponitur, num. 7. lib. 1. & Surd. cons. 42. in hoc ducatu, num. 20. lib. 1.
6 nam qui non laborat, non manducat, vt inquit glo. in l. quamuis alienus in verbo deneganda littera T, ff. de damn. infect. & Bal. in capitulo primo, nume. secundo, in versi. adde quod. de testi.

7 Et tanto magis quia expresse disponitur in capitu. Rotæ 74. fo. 13. salarium non deberi Auditoribus nisi pro tempore, quo laborauerint, vt ibi legitur sub his verbis (& ad tollendum omne dubium, salarium siue publicum stipendium prędictum ipsi Auditores percipere debeant pro eo duntaxat tempore, quo officium huiusmodi exercuerint, ita quod adueniente casu, vel mortis, vel cessionis, discessus alicuius ipsorum Auditorum, nec ipse, nec eius hæredes prætendere, nec petere possint huiusmodi salarium, nisi pro tempore, quo officium exercuerint, nisi forte aliquid deberetur pro residuo.

Licet contrarium verius visum fuerit per ea, quæ in terminis tradit gloss. in l. desertorem, ff. de re milit. §. si ad diem commeatus in littera K, in verbo si ad diem, quæ ad litteram dicit, quod rediens infra tempus statutum à licentiante, vel à lege percipit interim salarium, quod perdit, si negligit redire. Bald. in l. si ea conditione, C. de conditione insert. in fin. Barto. in l. hac lege, C. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. in princ. & ibi text. in vers. vt qui liberam. Roman. sing. 453. Doctor fol. 72. qui miratur de Baldo non allegante text. in dicta l. hac lege, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. sed tantum dicta glo. Dec. consil. 70. pro tenui, numero secundo, in vers. nam certum est Bologn. consil. 71. visa, & diligenter, numero quinto, Cataldin. de Boncomp. in suo tractat. de sindicat. numero 71. tom. septimo, fol. 354. Paris. de Put. in suo tractat. sindicat. in verbo licentia, numero tertio, tom. septimo, fol. 283. Cæphal. consil. 71. ad fauorem præstantus Medici, numero 12. & cons. 70. in facto præsupponitur, numero quarto, lib. 1. Roncagal. in l. quinta. Nemo est, num. 30. de duob. rei. fo. 386. Surd. dicto cons. 42. in hoc ducatu, numero primo, lib. 1.

Et quod absens cum licentia pro tempore absentiæ debeat habere salarium, dicit nouissimè Fab. de Ann. cōs. 42. hæc de qua agitur, num. 25. fol. 62. Rip. in suo tracta. de pest. in titu. de priuileg. contract. caus. pest. nu. 121. fo. 50. vbi dicit, quod doctores dicū-
9 tur legere eo tempore, quo vacant de licētia superiorum, & Io. Baptista de Sanct. Seuerin. in l. diem functo, numero quadragesimoquinto, ff. de offic. assessor. lib. primo, fo. 251. subdens aliud esse in famulo so-
10 lum conducto pro respectu laboris, & operarum, nam huic quando datur licentia pro aliquo tempore fit defalcatio salarij, vel dictum tempus repletur per

tantundem temporis, quod abfuit prout in simili dicit Barto. in l.i vno, §. item cum quidam circa fi. ff. locat. Immo secundum d. Io. Bapt. vbi supra ita debet censeri taeitè actum tempore petitæ licentię. Idem quod supra citati Doctores censuit Cagnol. in l. diem functo, ff. de offic. assessor. nume. 189.
11 fol. 206. lib. 1. dicens vlterius, quod quando non impeditur per absentiam, seruitium, vt accidit tempore vacationum, quod debet habere salarium etiam si fuerit absens sine licentia, vt seruatur Paduæ, vbi doctores tempore vacationum pro libito discedunt, & habent salarium. Immo secundum Bald. in l. ea conditione, nume. 1. C. de condit. insert. & in l. liberti, libertiq; nu. 15. C. de oper. libert. illud habere debet, etiam pro tempore in eundo, & redeundo, etiam si recederet hora tarda, quia tota dies sibi cedit, vt videtur de mente Bart. in l. de diuisione in fi. ff. solut. matri. & Bald. in d. l. liberti libertiq; d. n. 15. in vers. nō tamen si quis, C. de oper. libert.

Præsertim cum præmissa, quæ de iure sine aliqua dubitatione transire videntur de cōsuetudine recepta, ac approbata fuerint, dum venit casus huiusmodi pluries, & pluries.

Quam partem secutus Perillustris & Reuerendissimus D. Iacobus Seuarolus Vice Legatus huius Prouinciæ Marchiæ meritissimus, & nunquam satis laudatus iussit salarium, de quo quęstio erat, mihi cū effectu solui debere prout solutum fuit.

12 Non obstat, dum primo loco opponebatur, salarium huiusmodi auditoribus constitutum esse ex causa laboris, quia vt dicit Bart. in l. 1. §. diuus, nume. 5. ff. de var. & extraord. cognit. officium aduocationis, vel assessoris, & legationis & doctoratus respicit nedum laborem, sed probitatem scientiæ, vel intellectus. Immo respicit principaliter probitatem intellectus, vt dicit Cæphal. dicto cons. 70. num. 7. lib. 1. & cons. 71. ad fauorem præstantis Medici, nume. 2. eodem lib. 1. Rip. in dicto suo tracta. de pest. in titu. de priuileg. contract. caus. pest. nume. 117. fol. 50. num. 115. vbi dicit, quod veteres
13 non crediderunt inter doctorem, aduocatum, Prætorem, & similes locationem, & conductionem esse: Sed magis operam beneficij loco præbere vt probatur in dicta l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.
14 Hinc est, quod legere, aut docere, aut etiam consulere sub tertio præcepto decalogi obseruationis festorum non continetur, quia opera seruilia non sunt secūdum Iacob. de Graffijs ca. 34. de tertio præcepto decalog. numero 16. fol. 136. & sic cum id, quod datur, detur ad remunerandum, honorarium appellari, subdens postea eodē,
15 num. 117. absit, quod honoris consecutio dicatur operarum locatio, & quod probitas animi, & intellectus locari possit, maxi-
16 me nostra legalis sapiētia, quę pretio nummario neque æstimari, neque dehonestari debet. Cagnol. in d. l. diem functo, num. 166. fo. 203. qui dicit, quod licet salarium dicatur fructuum laborum principaliter, ta-
17 mē debetur propter dignitatem, vel scientiam, quæ non possunt haberi sine magnis laboribus, l. vnica, in fi. C. de professo. qui in vrb. constant. lib. 12. l. fi. C. vbi Senat. vel Clariss. ibi sudoribus magisteriæ potestaris factus clarus. Et quod salarium debeatur propter dignitatem loquens de Præside dicit Sapia in dicta l. diem functo, nume. 5. ff. de offic. assess. vol. 1. fol. 260.
18 Quare scientia, & probitas intellectus omnem meretur prærogatiuam. Aut habita, C. ne fil. pro patr. Cagno. in dicta l. diem functo, nu. 165. fol. 203.
19 Et quod salarium prędictum non possit, nec debeat censeri debitum ex causa laboris vltra superius deducta in terminis iuris communis, manifestè colligitur ex constitutione Rotali cap. 7. fo. 2. & 3. in illis verbis
20 (statuimus, mandamus, & ordinamus, qd dicti Auditores debeant esse iuris vtriusq; Doctores excellentes, ac insignes vsu, & petitia iudicandi præstantes, clerici, & non vxorati, qui in eadem ciuitate Maceratensi per integri anni spatium cum eorum familia non habitauerint.)

Quibus si salarium debitū foret ex causa laboris, frustra fuissent apposita d. verba respicientia probitatem intellectus, cum satis fuisset eos fuisse aptos ad laborandum, vt sunt baiuli, fabri, murarij, pistores, & cęteri eorum operam locantes, quod profecto non sine infamia, & dedecore affirmari posset, præsertim cum non exigua esset metamorphosis videre auditores cum dictis qualitatibus vocatos reductos ad instar prędictorum.
21 Et ex eadem constitutione Rotali cap 7. fol. 13. in qua declaratur salarium assignatū Prætori, & Auditoribus quolibet mense dari, vt habeant vnde substentari possint, & sic eum appareat de causa expressa, non est recurrendum ad causam laborum oppositam, quia ista tanquam mendicata, & nouissimè nūmaria auiditate introducta, nec iuri communi, nec Rotalibus Constitutionibus, nec dignitati clericali, ac Auditorum personis conuenit. Licet huiusmodi ca-

di capitulum circa tempus solutionis sala-
rij ex quodam abusu fuerit male interpreta
tum, nedum quia salarium, quod debetur
pro alimentis est soluendū in principio, l. fi.
ff. de liber. agnosc. Bart. in suo tracta. de ali-
ment. nu. 32. & Soc. cons. 10. quamuis quæ-
stiones supradictę, num. 14. lib. 1. cum simil.
vulgat. sed quia quando salarium debetur
ex dispositione legis, vel statuti, debet ab
initio præstari, vt tradit Bart. in l. 1. §. diuus,
nume. 5. ff. de var. & extraordi. cognitio. &
Alexan. in l. diem functo, num. 6. ff. de offic.
assesso. Idem ibi num. 5. tenent Iacob. de S.
Georg. & Cagno. in d. l. diem functo, num.
* 123. lib. 1. fo. 196. vbi testatur de communi *
licet ipse teneat contrarium.

Prout nec obstat allegat. cap. Rotę. Quia
22 illud non habet locum in eo, qui abest cū
licentia; quia præter id, quod iste talis, vt su-
pra fuit dictū, habetur pro præsente, & ser-
uiente Bart. in dicta l. hac lege num. 2. C. de
proxim. sacr. scrin. lib. 12. & Rip. in dicto
suo tractat. de pest. in titu. de priuileg. con-
tract. caus. pest. nume. 121. fol. 50. vt etiam
de supra memorata cōsuetudine fuit com-
probatum, cum nulla mentio licentiæ in-
eo fiat, ea subintelligi no potest; quia quod
23 lex non dicit, ab alio suppleri nō debet, præ-
sertim cum illa verba (ita, quod aduenien-
te casu, vel mortis, vel cessionis, discessus
alicuius ipsorum Auditorum) non possint
sine admiratione, & forsan risu recipere
dictum supplementum, cum mors, & ces-
24 sio non indigeant aliqua licentia, & ver-
25 bum discedere aliquam non importet li-
centiam, vt de se patet.

Secundo dicitur, quod vbi dictum Capi-
tulum Rotæ haberet locum, etiam in disce
dentibus cum licentia, quod illud deberet
intelligi de discedentibus non redeuntibus
in termino licentiæ, nam negligens redire
in termino statuto à licentiante, vel à lege
ammittit salarium secundum dictam glo.
in l. desertorem, §. si ad diem commeatus
in littera K, in verbo si ad diem, ff. de re mi-
27 lit. nam verbum discedere de sui natura
intelligitur sine animo redeundi, vt colligi
potest per illud Ciceronis in Caton. (ex ista
vita sic discedo tanquam ex hospitio, non
tanquam ex domo, commorandi enim na-
tura diuersorium nobis, non habitandi de-
dit.)

Sed sic est, quod agitur de redeunte in
termino licentiæ, ergo.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

De notorio non iure apparere quando dicatur, attentata prætextu notorij non iuris reuocari debere, an intelligatur etiam de prophanis.

SVMMARIVM.

Bona ecclesię non possint detineri sine licentia Papę, num. 1.

Bona ecclesiæ sine præfata licentia alienata libere ad ecclesiam reuertuntur, num. 2.

Dictio libere quomodo interpretetur, nume. 3.

Dictio libere operatur sine aliquo extrinseco, numero 4.

Dictio libere est ab omni necessitatis obseruantia, & solennitate astracta, num. 5.

Iudex non debet aliquem auctorizare in suo delicto, num. 6.

Attentata, quando constat de notorio non iure, an debeant reuocari, n. 7. etiam in prophanis, n. 9. & 21.

Attentatorum reuocatio non est facienda ad instantiā eius, cuius non interest, nu. 8.

Notorium ius non habenti possessio non restituitur, sed sequestratur, num. 10.

Notorium non ius, an possit dici probatum per instrumentum, num. 11.

Negatio an excludat notorium, num. 12.

Notorium non ius alicuius ante conclusum in causa, an constare dicatur, num. 13.

Confessio partis in iudicio admissa facit notoriū, n. 14.

Solennitates omnes interuenisse an præsumatur, nume. 15.

Licentia, & beneplacitum Apostolicum, an præsumatur ex cursu 40. annorum, num. 16.

Certum, & clarum non dicitur id, in quo cadit disputatio, num. 17.

Notorium quid sit, num. 18.

Confessio est interpretanda ad fauorem confitentis, numero 19.

Confessio non nocet, nisi fuerit clara, & manifesta, num. 20.

Notorietas qualibet, an sufficiat, num. 22.

DECI-

DECISIO LIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

AN dicatur constare de
notorio nō iure DD.
Appellātium de Fer-
rettis ad effectum re-
uocandi attētata pro
parte Reuerend. Ca-
nonicorum Regula-
rium Sancti Ioannis
Baptistæ de Ancona,
& vbi constaret, an id habeat locum in pro-
phanis.

Circa primum dubium videbatur dicen
dum pro parte dictorum Reuerendorum
Canonicorum constare de notorio non iu
re dictorum de Ferrettis ex pluribus.

1 Primo quia detinent bona præfatę eccle
siæ nulla præuia licentia Pontificis, & Sedis
Apostolicæ, quo casu concessio facta eisdē
per dictos Canonicos, de qua in actis, dici-
2 tur nulla, & bona libere ad ecclesiam re-
uersa, vt probatur in cap. ambitiosè in ex-
tran. ad reprim. hoc est sine contradictio-
3 ne, & aliquo impedimento, vt per Alexan.
consil. 12. viso themate, num. 2. & cons. 14.
viso, & considerato, numer. 3. lib. 2. & alios
citat. per Vulpell. in suo tract. de prępos.
aduerb. & coniunct. signific. in dictione li-
bere in princ. numero 56. seu ipso iure, vel
ipso facto, vel absque alicuius iudicis licen-
tia, vt voluit Corn. cons. 165. circa primū,
4 num. 23. lib. 2. quia dictum verbum libere
operatur sine aliquo extrinseco, vt inquit
Philosophus 1. Methaphisices, & Beat. Th.
secunda secundæ quæst. 19. capit. 24. de qui-
5 bus meminit Corn. loco citato, num. 24. &
ab omni necessitatis obseruantia, & solen-
nitate est astractum, vt voluit Bald. in cap.
quę in ecclesiarum colum. 2. num. 4. versic.
ibi liberam extra de constitu. per text. in l.
1. ff. de testam. milit. & Tiraq. in l. si vnquā
in verbo reuertatur nume. 135. C. de reuo-
cand. donat. fol. 321. quod non esset si sub
dicto attentatorum prætextu dicti de Fer-
rettis bona de quibus agitur, retinere pos-
sent.

Secundo, quia non constat fuisse obten-
tum beneplacitum Apostolicum infra tē-
pus specificatum in cōcessione eisdem de
Ferrettis per dictos Reuerend. Canonicos
facta, vt erat necessarium ad docendum de
eorum bono iure, & excludendum eorum
notorium non ius, euidenter apparens.

Circa secundum dubium videbatur, di-
cendum attentata esse reuocanda, etiam in
prophanis, quando constat de notorio non
6 iure, quia iudex non debet aliquem aucto-
rizare in suo delicto, vt post gloss. tenet In-
nocen. in cap. significasti de diuort. num. 2.
Rot. decis. 13. aliàs 348. nota quod si constat
de restit. spoliat. in antiq. Aegid. decis. 101.
si constat de non iure Cassad. decis. 3. pe-
tens, numero 4. de restit. spoliat. & Lan-
cellot. de attentat. par. 3. in titu. de reo. &
exceptio. contra attent. compet. capit. 24.
quæst. 1. num. 22. fol. 428. saltem ad euitan-
dum occasionem peccati, quod commit-
teret petens reuocationem percipiendo
fructus rei restitutæ indebitè, & sine aliquo
iure Rot. decis. 2. aliàs 55. ad instantiam il-
lius vt lit. penden. in nouis fol. 33. & dicta
decis. 2. aliàs 13. Fuit dubitatum de restitu.
spoliat. in nouis. fol. 36. nam propter peri-
7 culum animæ notorius defectus iurū im-
pedit reuocationem attentatorum. Franc.
in cap. bonę de appellat. numero 15. Paris
cons. 12. in isto num. 7. & 8. lib. 4. Didac. ca-
pit. 23. pract. quæst. nume. 4. in fi. fol. 464. &
Lancellott. vbi supra, num. 27. fol. 428.

8 Nec facere reuocationem ad instantiā
eius, cuius non interest, quia iste est repel-
lendus cap. cum inter Canonicos de elect.
cap. veniens il 2. de test. Innoc. in cap. con-
stituti de fil. presbyter. vt per Lancellot. in
dicto cap. 24. q. 1. num. 24. fol. eodem.

9 Et quod attentata etiam in profanis non
debeant reuocari in terminis voluit Franc.
Marc. decis. 80. quæritur an princeps, nu. 1.
part. 1. qui loquitur quando obstat noto-
rius defectus tituli, & eruditissimus D. An-
tonius de Matthæis in repet. §, nihil com-
mune. l. naturaliter, ff. de acquir. possess. in
6. fallent. nume. 49. & quidem recte, cum
etiam in prophanis militet eadem ratio.

Sed Domini pro maiori parte dixerunt
non constare de notorio prætenso non iu-
re dictorum de Ferrettis ad effectum impe
diendi prætensam attentatorum reuoca-
tionem, & vbi constaret, id non habere lo-
cum in prophanis, in quibus reuocantur
10 attentata, licet notorium ius non habenti
possessio non restituatur, sed sequestre-
tur.

Vt primum videbatur probari ex pluri-
bus.

11 Et primo, quia per dictum instrumentū
non potest dici probatum notorium asser-
tum non iuS per ea, quæ tradit Lancellot.
loco citato, numero 72. in versicu. contra-
rium

rium tamen, & numero sequenti.

12 Secundo quia cum Ferretti negauerint constare de asserto notorio bono iure dictorum RR. Canonicorum, non potest dici constare de eorum malo iure, cum huiusmodi oppositio fuerit ante conclusum in causa, vt post gloss. in ca. significauerunt, & ibi Abb. de test. num. 4. dicit Alex. consil. 99. visis processibus, nume. 8. lib. 5. & ante

13 conclusum in causa non dicatur constare de notorio alicuius non iure. Alexan. cons. 99. nume. 4. Put. decis. 24. notoriè sub rubr. de restit. spoliat. cum possit de suo bono iure doceri, & probari de præsentia Apostolica approbatione, vt per Lancellott. in suo tractat. de attentat. in dicta 3. p. q. 1. cap. 24. num. 78. tom. 5. fol. 429.

Nec dicatur hoc esse impossibile, quia fatentur in præcibus datis Summo Pontifici, de quibus in actis, hodie non constare de dicto Apostolico beneplacito, quod sufficit ad docendum de notorio non iure,

14 quia confessio partis in iudicio admissa facit notorium cap. cum olim de verb. signific. cap. ex parte eodem titu. cum simil. vt per gl. fin. in dicto cap. & ibi Innocen. Ferrett. cons. 4. dirigat verba mea numero 5. in vers. seu per confessionem Bald. in l. à procedente, C. de dilat. numero 2. Fely. in rubr. extra de probat. & in cap. significauerunt, num. 4. de test. lib. Afflict. decis. 176. quedam mulier. numero 4. & decis. 372. fuit lata sententia in fi. nu. 8. Grammat. decis. 36. Solon. ex septem sapientibus, nume. 37. & Mascar. de probat. conclus. 1102. num. 2. lib. 2. quia non propterea dicunt, quod de eo ante cõclusum in causa non posset doceri, quia si

15 omnes solennitates præsumuntur interuenisse, nisi probetur contrariũ Decian. cons. 41. Pro fundamento, numero 99. lib. 2. fol. 322. præcipuè quando allegatur ab eo in cuius fauorem oritur, secus si negetur Rot. in nouiss. decis. 67. die 29. Aprilis, num. 5. p. 2. fol. 42. & adest cursus quadraginta annorũ,

16 quo beneplacitum, & licentia prædicta presum tur, possibile quoque est, quod reperiri posset, & tanto magis quia cum forsan se possint defendere ex titulo præsumpto, cessat asserta notitia non iuris, quę verificatur, quando res est ita clara, quæ non habet aliquam oppositionem, quod non potest affirmari in casu isto, in quo Ferretti plura se defendendo adducunt, penitus dictum as-

17 sertum notorium excludentia, nam sicut non dicitur clarum, & certũ illud, in quo cadit disputatio Felyn. in capitu. inter cæteras colum. ante pen. numero 8. vers. tertia declaratio. de re iudicat. ita nec notorium

18 dici potest, quia notorium est probatio in dubitata, & finita nulla egens discussione vt latè per Mascard. conclus. 1101. numc. 3 lib. 2. quæ non recipit dubitationem, nec potest impugnari vt ibi, num. 7.

Præterea est considerandum, quod dicti Ferretti in precibus præfatis præsupponũt beneplacitum interuenisse, dum petunt dictam concessionem bonorũ de nouo quatenus opus sit confirmari, quo fit, vt ista confirmatio nouiter petita ad cautelam nõ possit nocere, etiam vbi posset dici dubia,

19 quia confessio venit semper interpretanda ad fauorem confitentis, non autem contra. Butrius in capitu. ex litteris il 1. in fin. de sponsal. Alexan. cons. 183. viso puncto, nu. 7. lib. 5. Dec. cons. 403. viso tenore, num. 16. Socin. iun. cons. 39. perspectis, numero 71. lib. 1. Rymin. iun. cons. 23. Illustris, & generosus comes, nume. 107. lib. 1. & cons. 204. & primo super allegato, nume. 55. lib. 2. & non nocet nisi fuerit clara, & manifesta. Roman. cons. 321. in casu ad fi. Aym. consil. 157. Nobilis Bertrandus, num. 9. vers. Quarto respondeo Bursat. cons. 197. considerando ea quæ in facto, numero 19. lib. 2. Alb. cons. 14. Præsupposita communi conclusione, nume. 3.

21 Secundum per distinctionem, quam facit Cassad. decis. 3. petens restitutionem, numero quinto, in vers. & per hoc de restitu. spoliat. f. 70. inter beneficialia, & prophana, quam refert, & sequitur Lancello. in d. suo tractat. de attent. in cap. 24. de reo. & except. con. attentat. compet. quæst. 1. num. 10. to. 5. fol. 427. Lap. & alij in c. ad decimas de restitu. spoliat. in 6. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 3. vers. quam obrem fo. 464. vbi di-

* cit hanc teneri frequentiori doctorũ consensu, & Lancell. loco citat. num. 51. & seq. fol. 428. & facit Rot. decis. 1. aliàs 47. nota, quod vbi aliquis de ordine cognitionum in antiq. fol. 25. Mille. in suo repert. in verbo possessorio reintegrandæ, fol. 335.

Tertium per ea quæ dicit Cassador. dicta decis. 3. numero 5. & Couar. pract. quæst. d. cap. 23. numero 3. dum volunt attentata, quando constat de notorio non iure in prophanis esse per iudicem ex officio reuocanda, absque restitutione possessionis, & deinde faciendum sequestrum, vt quoque voluit Lancellot. d. cap. 24. quæst. 1. nume. 58. fol. 428. & seq.

Non obstant primum, & secundũ obiectum, quia vt supra fuit dictum, nõ constat de asserta notitia non iuris.

Et vbi constaret, nõ qualibet notitia sufficeret, sed illa, quę non requirit altiorem inda-

indaginem, vt per Ferrett. conſ. 4. dirigat verba mea, num. 5. & Pedemon. deciſ. 116. ex actis agitatis, num. 8. fol. 468.

Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

DECISIO LIIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Legatum annuum factum eccleſiæ, an extinguatur ſpatio centum annorum.

SVMMARIVM.

Legatum annuum factum ciuitati, vel eccleſiæ non finitur ſpatio centum annorum ſed perpetuo durat, num. 1. 3. & 12. contrarium num. 2.

Quid quando ſumi poteſt aliqua coniectura voluntatis teſtatoris, num. 4.

Animas quorundam, & ſi breui tempore de purgatorio liberatas fuiſſe legatur, quorundam tamen pœnæ duraturæ ſunt vſque ad diem iudicij, num. 5.

Perpetuum durat pluſquam centum anni, numero 6.

Perpetuum, & ſpacium centum annorum differunt, num. 7.

Verba apta ad infinitatem reſtringuntur ſecundum mentem, & ſecundum ſubiectam materiam, numero 8.

Dictio perpetuo quomodo ſecundum propriam naturam intelligi debeat, num. 9.

Infinitas eſt euitanda, nume. 10.

Verba quando ſunt apta ad infinitatem toleratur infinitas, nume. 11.

Anima cunctis rebus eſt præferenda, num. 13.

Opinio Soti, qui dicebat neminem in Purgatorio vnquam fuiſſe viginti annis, immo forte nec decem eſt reprobata, num. 14.

DECISIO LIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

PVccius Petri de Agugliano ciuis Anconæ cum de anno 1485. ſub die quinta Octobris fecerit teſtamentum, in quo inter cætera legauit Eccleſiæ Sancti Auguſtini dictæ ciuitatis ſalmas tres grani quolibet anno cum pacto, quod fratres dictæ Eccleſiæ tenerentur in anno dicere officium mortuorum pro anima ipſius teſtatoris.

Dubitatum fuit, an poſt curſum cētum annorum pro parte dictæ Eccleſiæ potuerit agi contra Hieronymum Giachelli, & litis conſortes pro prætenſa frumenti quantitate, vt factum fuit.

1 Et dicebatur, quod ſic, quia legatum annuum etiam ſimpliciter, vt in caſu iſto ciuitati, vel eccleſiæ relictum non finitur ſpatio centum annorum, ſed perpetuum eſt, vt poſt Ruger. Accurſ. Alberic. & Cuman. in l. annuam, ff. de annuo legat. Dyn. in l. in ſingulos, numero 2. ff. eod. tit. Pannor. in c. vlt. ad fin. de teſtam. Rip. in l. 2. numero 4. ff. ſolut. matrim. Alber. in l. annuus vſusfructus, ff. de vſufruct. qui dicit vidiſſe in praxi frequentiſſime hanc opinionem ſeruari, voluit Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 9. numero 10. in verſic. tertio infertur fol. * 251. qui dicit ſibi hanc videri veriorem, quem in terminis poſtquam plures, quos allegat ſequitur Simon. de Præt. de interpret. vltim. volunt. dubit. 2. ſol. 8. lib. 4. nu. * 12. fol. 476. vbi atteſtatur de communi * ſententia Modernorum, vt Rymin. iun. conſ. 219. ex orta fuit quæſtio, numero nono, & ſeq. lib. 2. qui num. 14. non ſolum atteſtatur * de magis * communi, ſed numero 40. mirando ſe de doctoribus dicit, quod contraria opinio ſtare non poteſt.

2 Sed cōtrarium verius videtur, nam poſt lapſum centum annorum dicitur extinctū huiuſmodi legatum, vt facta dinumeratione doctorum conſuluit Turrett. conſil. 26. præſuppoſito pro vero fol. 56. qui nume. 6. pro parte affirmatiua allegat decem, & nouē doctores, & pro negatiua viginti octo * atteſtando de communi *, & æquiori inter quos adeſt Alexan. conſil. 60. omiſſo multiloquio, numero 1. lib. 1. Cæphal. conſ. 268. bona quæ remanſerunt numero 26. lib. 2.

Surd.

Surd. cons. 123. exigeret presens consulta-
tio, num. 16. lib. 1. Idem obiter sensit Vulp.
in suo tract. de præpositio. aduerb. & con-
iunct. significat. in dictione perpetuo, num.
2. fol. 76.

3 Licet mihi prima opinio affirmatiua ma
gis placeat, quia est fundata in l. annuam,
& in l. annua, §. Attia fideicommissum, ff.
de annuis legat. quæ loquuntur in termi-
nis terminantibus, & non possunt nisi cum
magna cauillatione, & falsa interpretatio-
ne euitari, vt habetur lib. 6. commun. opin.
in titu. de annuo legat. num. 7. p. 2. fol. 152.
vbi etiam dicitur, quod ad omnia ferè obie
cta respondetur per Rymin. iun. dicto con-
sil. 219.

4 Nec dicatur hoc non habere locũ, quan
do potest sumi aliqua coniectura in contra-
rium, vt in præsenti specie in qua cum testa
tor fecerit dictum legatum præfatæ eccle-
siæ ad hoc, vt teneatur in anno dicere offi-
cium mortuorum pro anima ipsius testa-
toris, videtur voluisse, quod huiusmodi le-
gatum non sit sempiternum per ea, quæ
tradit Simon. de Præt. in dicto suo tractatu
de interpret. vltim. vol. dub. 2. sol. 8. lib. 4. nu
mero 13. fo. 476. qui dicit tali casu posse for
san procedere opinionem glo. & Barto. in
l. si vsusfructus municipibus, ff. de vsufruct.
legat. & sequ. de cuius dicto valde dubito,
nam & si legatur, vt dicit idem Sim. loco
5 precitato, quod cuiusdam anima spatio tri-
ginta dierum, & alia 15. dierum spatio libe-
ratæ fuerint de Purgatorio, legitur quoque
in Summa Theolog. moral. lib. 7. de indul-
gent. cap. 6. numero 1. fo. 355. quorundam
animarum poenas duraturas esse ad diem
vsque iudicij vbi gloss. in littera I; refert A-
dam in sermone pro defuncto dicentem
quosdam detineri in Purgatorio centum
aut 300 anni, & Surium in vita Sancti Luz
bergæ dicentem, quod quidam Innocen-
tius Papa est in Purgatorio detinendus vsq;
ad diem Iudicij, & facit, quod dicit Bellar-
min. cap. 9. de Purgat. lib. 2. in rubr. de tẽp.
quo durat Purgat. propè fin. fol. 1943. dum
refert Bedam lib. 5. historiæ cap. 13. dicen-
tem cuidam ostensas fuisse Purgatorij poe-
nas, dictumque illi esse animas, quæ in Pur-
gatorio degunt, saluandas omnes in die iu-
dicij, licet aliquæ orationibus, & eleemosy
nis viuentium, & precipuè altaris sacrificio
iuuẽtur, vt etiam ante diem iudicij liberen-
tur.

Nec dicatur, quod illa verba perpetuita-
tis posita in dicta l. annuam, & l. annua, §. at-
tia, ff. de annu. legat. possunt intelligi de spa
6 tio centum annorum, nam perpetuum du
rat plusquam centum anni secundum Par-
pal. in l. 2. num. 2. ff. solut. matrim. qui pro-
pterea dicit Barto. male fuisse locutum, dũ
7 sensit contrarium, est enim differentia in-
ter perpetuum, & spatium centum anno-
rum, vt pulchrè scripsit Barbat. consil. 20.
quare viso puncto, col. 1. lib. 4. in vers. & sic
apparet, vbi plura dicit de dictione perpe-
8 tuo; nam tunc verba apta ad infinitatem re-
stringũtur secundum intellectum ad certum
tempus secundum Bero. d. consil. 155. nu.
22. & seq. lib. 1. & secundum subiectam ma
teriam. Ceph. consil. 400. causa ista, num. 21.
lib. 3. Rym. iun. d. cons. 219. numero 33. lib.
2. & Vulpel. in suo tract. de prepos. aduerb.
& coniunct. significat. in dictione in infini
tum in princ. fol. 49.

9 Et quod verbum perpetuo debeat intel-
ligi in infinitum secundum propriam natu
ram d. verbi post Alberic. in suo dictio. in ver
bo perpetuo Bald. cons. 279. factum tale est
col. 1. num. 3. lib. 1. Butr. cons. 48. in nomine
Iesu, num. 5. qui exponit d. verbum sine fi-
ne dicit Rymin. iun. d. cons. 219. nume. 32.
10 lib. 2. seu quod infinitas est euitanda, capit.
cum in multis de rescript. in 6. l. 1. ff. de viu-
11 cap. quia quando verba sunt apta ad infini-
tatem, toleratur infinitas Bero. cons. 155. cir
ca id num. 1. lib. 1.

12 Et propterea magis cautum fauore ani-
mæ, & verum puto dicere legatum præd.
durare vltra centum annos absque tempo-
ris præfinitione, cum ista via sit tutior, & ha
beat pro se tacitam testatoris voluntatem,
qui verisimiliter si fuisset interrogatus, idẽ
13 dixisset fauore animæ suæ, quæ cunctis re-
bus est preferenda, & tanto magis, quia pre
ter id, quod hec pars est æquior, & beni-
gnior secundum Rym. d. consil. 219. num.
38. anima testatoris semper indiguit, indi-
get, & indigebit oblationibus, & sacrificijs
dictorum fratruum, donec in extrema die
iudicij sententia salutaris, vel horrenda pro
feratur, quibus per d. test fictiuam interpre
tationem priuari non debet; nam eodem
tempore duo orirentur inconuenientia,
primum quod verba legis apta ad infinita-
tem restringerentur; secundum quod taci
ta voluntas destrueretur, quod non est di-
cendum, nã cessante dicta præstatione ces-
sabit d. officium, quo testator priuari non
debet. Immo vt melius dicam non potest,
nam si ipsa obligatio dicendi officium fa-
uore redemptionis animæ durat in secula
sæculorum; idem de ipso annuo legato cẽ-
sendum est, ne remaneat obligatio sine sua
annua præstatione contra mentem testato
ris, & inæqualitas ac iniustitia inter eos, qui
tenen-

tenentur, vt sup. ad celebrationem d. officij, & eos qui ad annuum legatum grauati fuere à testatore. Et vbi circa hoc aliqua posset oriri dubitatio, non propterea est recedendum ab opinione, quæ fauet piæ causæ, vt post Bald. in cap. in præsentia, colum. penul. in versiculo ex hoc pono talem conclusionem de prob. voluit Tiraquel. in suo tract. piæ causæ, priu. quin si. & si diceretur hoc eidem non nocere, quia secundum opinionem Soti nemo fuit in Purgatorio vnquam viginti annis, immo forte, nec decem, de quo meminit Iacob. de Graffijs in suis decision. lib. 4. cap. 15. in rub. quis ab excom. absol. pos. & de Iubileo, numero 63. fol. 407.

14 Respōdetur dictam opinionem esse reprobatam, vt per Belarmin. in ca. 9. de Purgat. lib. 2. in rubr. de tempore, quo durat Purgatorium in vers. præter hos errores, fol. 1943. & in d. summa Theolog. moral. paulo ante locum supra citatum.

Rota tamen licet nōn pronunciauerit quia partes deuenerunt ad concordiam, hæc scripsi, quia sentiebam, ut supra.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LV.

FIRMANA.

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur, quando quis habet tres sententias fauorabiles.

SVMMARIVM.

Sententias tres conformes habenti executio negari non potest, num. 1.

Sententiæ, quando dicantur conformes, num. 2.

Appellatio à tribus sententijs datur, quando sunt difformes, num. 3.

DECISIO LV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 CLarū est, quod si Florellus de Florellis haberet tres sententias conformes, vt prætenditur, quod illæ essent iuxta petita contra Antonium Mariā exequendæ per text. in l. 1. C. ne liceat tert. prouocare. in versic. eisdem capitulis, cap. sua nobis extra de appellatio. Alexan. cons. 77. in causa, & lite, nume. 1 lib. 2. Dec. cons. 385. iuridicam esse arbitror numero 2. Crauett. cons. 183. diuino subsidio, num. 1. vbi plene declarat, quā-
2 do sententiæ dicantur conformes. Thesau. decis. 122. tertio prouocare, nu. 1.

Sed quia hoc non videtur verificari in facto, contrarium fuit resolutum; nam licet adsint tres conformes, quo ad creditum salmarum tresdecim olei, non tamen verificatur conformitas trium, quo ad modū exequendi circa valorem ad rationem quā-
3 ti plurimi, vt vltimo loco fuit pronūciatū; nunc enim ratione difformitatis prædictæ datur appellatio per ea, quæ in terminis tradit Couar. pract. quæst. cap. 25. nu. 6. in vers. ego vero quoties poterit, & Crauet. dicto cons. 183. nu. 1. & seq. Afflict. decis. 362. fuit maximè excitatum, & ibi Vrsil. in addit. numero primo, & seq. Gabr. de execut. rei iudi. conclus. 1. num. 5. fol. 143. & alij citati per Stracc. in addit. ad Crauet. dictū cons. 183. fol. 79.

Nō obstat, quod supra obijcebatur, quia cessante conformitate ex diuersitate prædicta respectu sententiæ nouum grauamen inferentis appellatio de necessitate erat admittenda, prout admissa fuit secūdum opinionem Angeli in dicta l. 1. C. ne liceat. Tertio prouocare, de qua meminit Couarru. vbi supra post Bartholom. Socc. consil. 39. capio primum, num. 18. lib. 4. Franc. in c. directè de appellat. n. 6. Marant. de ord. iudic. p. 6. in rub. & quandoq; appelletur, nu. 281. fol. 456. & Crauett. dicto cons. 183. nume. 4. in vers. rursus, Thesaur. dicta decis. 122. nu. 7. Ratio est secundum Angelum loco citato, quia tunc ab illo grauamine nunquam extitit appellatum, & sic est opus appellatione.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LVI.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Fatalia in cauſis minoribus an computentur, prout in maioribus.

SVMMARIVM.

Dies tantum, in quibus Rota ſedet, an calculari ſoleant, quando opponitur appellationem deſertam, num. 1.
Rota quando ſedere ſoleat, num. 2.
Cauſis in minoribus quotidie procedi poteſt, nu. 3.
Dies vtiles, qui dicantur nume. 4.
Annus conſiſtit ex 365. diebus, num. 5.
Menſes tres fatales in cauſa appellationis dati non capiunt nonaginta duos dies vtiles, nu. 6.
Negligentia probatur ex lapſu fatalium, nume. 7.
Conſuetudo an operetur vbi adeſt lex, num. 8.
Capitula Rotæ ſunt ſeruanda, nume. 9.
Correctio debet non ſolum fieri verbis expreſſis, ſed vt euitetur, dantur variæ ſolutiones, & varij intellectus, num. 10.
Cauſæ maiores, & minores, an pari paſſu ambulare poſſint, nume. 11.
Cauſæ minores citius expediuntur, num. 12.

DECISIO LVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa Ceſaris Turioni appellantis ex vna, & Dionoræ Treſcanæ, & litis conſortis appellatorũ ex altera. Appellatio interpoſita per dictum Cæſarem, an ſit deſerta.

Præſuppoſito calculo exhibito, in quo à die decima nona menſis Auguſti 1593. Vſque ad trigeſimã diem menſis Octobris incluſiuè ſunt decurſi inter dies Rotales, & vtiles dies 232. & excomputatis diebus feriatis in honorẽ Dei, ac meſſium, & vindemiarum, dies cẽtum, & quinquaginta.

1 Videbatur reſpondendum affirmatiuè, quia de conſuetudine, & ſtylo Rotæ cur-
2 runt tantum dies, in quibus Rota ſedere ſolet, & non alij dies vtiles; quæ regulariter ius reddit alterius diebus videlicet Lunæ Mercurij, & Veneris, vt latè in conſtitu. Rot. cap. 52. fol. 10.

3 Licet negatiua verior eſſet, quia cũ agatur de cauſa, cuius ſumma eſt infra centũ aureos, in qua quotidie procedi poteſt, vt ad literam legitur in conſtit. Rotal. cap. 28. fol. 7. per lapſum dictorum centum quinquaginta dierum appellatio remanet deſer-
4 ta, præſertim cum de iure cõmuni omnes dies in quo iudex ſedet, & copia eius haberi poteſt dicantur vtiles, prout quoq; vigore conſtit. Marchiæ dicuntur omnes termini, vt de primo probatur in l. iure mariti, C. de adulte. l. 1. in princ. ff. de diuerſ. & temporal. præſcriptio. & interdum dies ſeſſionum, vt per gloſſ. ad conſtit. Marchiæ, cap. 16. lib. 5. in verbo vtilium, num. 1. fol. 344. & Rodoano in ſuo tractat. de reb. eccleſ. non alienan. q. 23. de reſtitu. in integr. quæ ob læſion. competen. eccleſ. verſ. & poſſet nu. 6. to. 15. p. 2. fol. 514. de ſecundo in conſtitu. March. cap. 10. lib. 6. fol. 377.

Immo cum ex forma conſtitutio. Marchiæ capit. 9. lib. 6. fol. 176. cauſa huiuſmodi debuerit expediri infra tres menſes, qui ſiue intelligantur de diebus triginta, vel 31. pro quolibet menſe, vel pro quarta parte
5 anni vtilis, qui annus conſiſtit ex tercẽtum
6 ſexaginta quinque diebus, quę nõ capit nonaginta duos dies vtiles, vt in terminis dictæ conſtitutionis habetur per Alex. conſi. 104. viſa ſcripturarum num. 9. & ſeq. reſpectiuè lib. 5. non ſolum confirmatur deſertio, ſed augetur, cum vltra eam conſtet eſſe decurſos dies quinquaginta, & octo non mediocriter probantes ipſius appellantis negligentiam.

Non obſtat allegata conſuetudo, & ſtylus Rotæ, quia non fuit probatus, prout nec probari poterat, cum ſit contra formã
8 dicti capit. Rotæ 28. nam vbi adeſt ſcripta lex, non operatur conſuetudo, quæ tũc pro lege ſuſcipitur, quando deficit lex, cap. con-
9 ſuetudo diſtinct. 1. Præſertim cum fuerit iurata obſeruantia capitulorum Rotæ, à quibus ſine periurio iudex non diſcederet.

Et vbi aſſerta obſeruantia, ſeu ſtylus probatus dici poſſet, eſſet intelligendus de cauſis ſupra, & non infra centum, ad euitandã correctionem dicti capituli Rotæ loquentis de cauſis infra centum, nam præter id,

quod

quod vbi agitur de materia correctoria correctio illa debet fieri verbis expressis l. præcipimus, C. de appellat. vt euitẽtur variæ solutiones, & varij intellectus dari possunt secundum Marian. Socc. in ca. accedentibus, num. 26. de priuileg. part. 2. fol. 116.

Et tanto magis, quia secundum hanc intelligen. cap. Rotæ remanent illæsa, & in suo robore, & ostenditur differentia, quæ ex mente eorundem est inter causas maiores ad Rotam spectantes, & minores, de quibus quilibet Auditor solus ius dicit, quę
11 pari passu nequaqnam ambulare possunt, nisi cum destructione manifesta dictorum capitulorum Rotæ, nam si illorum vigore in causis maioribus, vt non semel fuit dictũ ter tantum Rota qualibet hebdomada ius dicere solet, & quotidie in minoribus qui-
12 libet Auditor, necessario fatendũ est, quod breuiori tempore expediantur causę minores, quàm maiores, quia antequam de causis maioribus labantur tres dies fatales, in causis minoribus labuntur sex.

Sed in huiusmodi causa non fuit pronũciatum, quia obmissa hac disceptatione dicebatur per dictum appellantem causam computatis fructibus petitis esse supra centum, & sic de maiorib. ad Rotam spectantibus, quod pendet ex facto.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LVII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Laudum quando possit exequi appellatione non obstante.

SVMMARIVM.

Laudum pendente appellatione, vel recursu non potest appellari, num. 1.

Reductio ad arbitrium boni viri, & appellatio æquipollent, nume. 2.

Appellatio an detur, quando appellationi, & reductioni fuit in compromisso renunciatum, nu. 4.

Pactum in compromisso positum, quod exequatur laudum, & deinde appellatur, an sit seruandum, num. 5.

Iuramentum est seruandum, quando seruari potest sine interitu salutis æternæ, num. 6.

Relatum est in referente, num. 7.

DECISIO LVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

LAudum latum ad fauorem Io. Baptistæ Cęccholini, & litis cõsortum, cuius executio petitur cõtra Hieronymam Cęccholinam de Berardis an possit exequi.

1 Videbatur dicendũ
quod non, quia pendente appellatione, & recursu non posset de eius executione tractari Præposit. in cap. dilecto, numero 74. in versicu. quarto, & vltimo de appellatio. Franc. in cap. dilecto, numero 39. de appellat. Lanfranc. in decis. 461. Arbitremenialis, fol. 166. Alexand. consil. 43. quia subtiliter, num. 9. lib. 6. Boer. decis. 284. Sed maius dubium, nume. 24. & 261. qui dicit ita seruari in praxi, & de stylo curiarum, Aemil. a. cõs. 47. in causa Galeotti nume. 18. Rot. Lucan. per Magon. decis. 98. spectab. 9. Ludouicus
* num. 33. vbi testatur de magis * communi. & Lancellott. in suo tract. de attent. cap. 16. de attent. reduct. ad arbitr. boni viri pendent. numero 10. tom. 5. fol. 393. qui hanc
* appellat veriorem, & magis * communem,
2 ratio est quia reductio habet instar appellationis, vt per Lanfranc. & Boer. nume. 24.
3 in locis citatis, etiam si ageretur de confirmatoria laudi Franc. in dicto capit. dilecto, num. 39. de appellat. Paris cons. 45. satis concludenter num. 93. lib. 1. qui testatur de ma
* gis * communi prout quoque facit Rot. Bononiens. quæ vlterius hanc dicit esse veriorem decis. 15. dubitatum fuit fol. 19. in vers. fuit conclusum, & Lancillott. dicto cap. 16. numero 28. & seq. fol. 393. & dictæ appella-
4 tioni, & reductioni fuerit renunciatum in compromisso, quod de iure fieri potest secundum Dyn. cons. 18. quæstio talis est, nu. 14. fol. 29. vigore constitutionis Marchiæ lib. 6. cap. 14. fol. 385. qua cautum est, appellationi, & reductioni ad arbitrium boni viri non posse renunciari etiam cum iuramẽto.

to. Idem est, si adesset obligatio Cameralis secundum Gallef. ad form. Camer. obligat. in quarta partic. quæst. 3. num. 5. & seq. fol. 71.

Sed Rota censuit contrarium quia cum in breue S. D. N. Commissionis præsentis causæ adsit clausula (ita tamē quod si quid hinc inde exequendum fuerit eadem auctoritate exequamini) & in primo cōpromisso inter dictas partes facto sit appositū pactum, quod sententia in omnem casum appellationis, vel recursus prius debet exequi, & deinde appelletur, petita executio interim retardari non poterat per ea, quæ tradit Boer. dicta decis. 284. fol. 706. nu. 26. in vers. vel nisi, præsertim cum huiusmodi conuentio sit iurata, iuramentum enim
6 quando potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum capitu. cum contingat de iur. iur. cum similibus vulgat.

Nec dicatur, quod clausula prædicta nō reperitur in vltimo compromisso facto inter dictas partes, etiam attenta relatione de qua in eo, quia dictū instrumentum compromissi se refert ad secundum compromissum, in quo non adest dicta clausula, quod sententia possit exequi, quæ fuit apposita tantum in primo compromisso.

Nam respondetur esse aduertendum, qualiter reperitur aliud compromissum eadem die factum per dictam Hieronymam, de quo in actis sub rogitu ser Marini Saxi, in quo cum relatio fiat ad primū, & secun-
7 dum compromissum contentum in eis dicitur contineri in ipso referente l. asse toto, ff. de hæred. instit. cum simil. vulgat.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LVIII.

FANENSIS.

ARGVMENTVM.

Appellatio in casu, de quo agitur, an potuerit per Iudicem, à quo declarari deserta, & laudum nullum homolgari.

SVMMARIVM.

Terminus datus à statuto Fanensi ad appellandum, reductionem petendū à laudo, seu alio modo reclamandum, qualis sit, num. 1.

Defectus iurisdictionis, citationis, & mandati sunt insanabiles, num. 2.

Sententia nulla non potest deseri, num. 3.

Testis contra producentem probat, num. 4.

Ponens dicitur fateri, num. 5.

Negans expositione negata commodum an reportare possit, num. 6.

Negari quando possit tota positio, num. 7.

Arbitratorem, quem esse, quomodo cognoscatur, numero 8.

Arbitrator an possit pronunciare parte non citata, num. 9.

Nullitas quando opponi non possit, num. 10.

Citationis defectus, quando non obstet, nu. 11.

Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, num. 12.

Petens sententiam videtur declarare se nolle aliam proponere defensionem, num. 13.

Nullitas per approbationem laudi dicitur sublata, num. 14. & 18.

Subscriptio est attendenda, num. 15.

Negatiua est suspecta de falso, & improbabilis, numero 16.

Laudum nedum latum, sed ferendum approbari potest, nume. 17.

DECISIO LVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

CVm fuerit latum laudum ad fauorem Ascanij de Setis contra Ioannem Mariam, & Hieronymū de Coltellis, qui ab eo appellando dixerūt de nullitate, & iniustitia; & declaratum fuerit appellationem prædi-
1 ctam desertam ob lapsum termini statutarij dictæ ciuitatis Fani, sub rubr. de appellat. capitulo 83. lib. 2. in versiculo item vt finis, quo assignantur decem dies ad appellandum, petendum reductionem ad arbitriū boni, dicendū de nullitate, & de dolo redarguendū, vel aliquo quolibet modo reclamandū, & sexaginta dies continuos ab ipso decimo die infra ad prosequendum. Appellatione interposita à dicta sententia
2 desertionis. Dubitatum fuit de viribus eiusdem, quia cum dictum laudum esset

L nullum

nullum ex defectu iurisdictionis, & citationis, quæ sunt insanabiles, vt quoque est
3 nullitas mandati, non potuit deferi nec talis declarari per ea quæ scripsi supra decis. trigesimatertia præsupponitur in facto, numero nono, & decis. 58. cum fuerit numero tertio.

Sed informante pro parte d. Ascanij de Setis D. Fuluio Alaleona I.C. præstanti contrarium verius videbatur, nam quod de iurisdictionis defectu opponitur, cessat ex testibus examinatis, & in specie ex depositione ipsius iudicis, in quo compromissum factum fuit, qui & si tanquam deponens de
4 propria iurisdictione sibi data probare plene non videatur, probat tamen in his, quæ sunt contra dictos de Coltellis, qui eum produxerũt per ea, quę consuluit Roman. consil. 104. Reuerende Pater cum simil.

Quod comprobatur etiam ex prima positione dictorum de coltellis, dum ponunt illum fuisse electum arbitrum ad decidendum eorum differentias, nam ponens dicitur fateri Franc. in capitu. 1. de confess. nu. 11. fol. 92. non obstante, quod huiusmodi positio fuerit pro parte dicti Ascanij de Se-
6 tis negata, quia licet ex positione negata cõmodum negans reportare non debeat, l. 2. §. quod obseruari oporter, C. de iur. iur. propter calum. l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffi. testa. id locum non habet, quando positio est implicita habens plura capita, quorum vnum est verum, aliud fal-
7 sum, nam tunc ratione partis potest negari totum l. si is qui ducenta, §. vtrum ita concipias, ff. de reb. dub. l. 1. §. Trebatius ait ff. de aqua. quotid. & æsti. & Iaco. de Arena. in suo tracta. de positio. in versiculo vndecimo attendendum est numero 29. tom. 4. fol. 5.

Sed sic est, quod dicta positio est huiusmodi, quia inter cætera in ea ponitur, *che due mesi auanti saluo più vero tempo, che publicasse detto laudo, gli recercò, & esortò Leonardo Flosidi arbitre, à douere tutti quattro fratelli respectiue sottoscriuere un foglio confirmando, & approuando quanto di sopra era stato dechiarato*, cuius contrarium ex eiusdem depositione absq; eo quod aliud fuerit probatum, constat, ergo.

Quod vero, de citationis defectu opponebatur, facile remouetur, nam, vt dicebat
8 vnus ex dominis agitur de sententia arbitratoris, vt colligitur ex facultate eidem data, quæ fuit non solum de iure, & de facto, sed cum promissione *di douere restare di quanto sarebbe giudicato taciti, & contenti à piacere di esso Giudice*, per ea, quę tradit Baptista de Sancto Blasio in suo tracta. de compromiss. in titu. de arbitr. & arbitrat. in præfat. numero vndecimo, in vers. nono quando, & in versiculo vigesimo sexto quando tom. tertio, part. prima, fol. 298. & etiam ex modo procedendi, quem tenuit; qui po-
9 test pronunciare etiam parte non citata; sed quia de hoc magna est inter scribentes controuersia, & forsan verior, est opinio, quod requiratur citatio, vt late deducit Io. Baptista Perusinus Bartol. pronepos in suo tractat. de arbitr. capitulo decimoquinto, tom. tertio, fol. 284. & seq. & si in nonnullis casibus, de quibus per Baptistam de Sancto Blasio in dicto suo tractat. loco citato quæst. septuagesima numero trigesimoquinto, fol. 306. Laudum parte non citata proferre possit, quorũ aliquis præsentem speciem non tangit, aliter responderi posse crederem, videlicet.

10 Quod cum laudum fuerit latum ad instantiam dictorum de Coltellis, qui pluries rogauerunt dictum arbitratorem, vt illud ferret, vt colligitur ex eius depositione, cui vt dictum fuit plene creditur contra producentem, quod non possunt modo dicere de nullitate eius, quod ipsis non citatis
11 factum fuit, quia huiusmodi instantia supplet defectum citationis, nam cum ipsi Coltelli aliud nolebant, nisi laudum, quod petierunt, non erant ad id citandi.

12 Quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora.

Et tanto magis, quod cessat ratio, per quam requiritur citatio, quæ cum sit ad hoc, vt quis se defendere possit, non est necessaria in eo, qui petit sententiam, quia
13 eam petendo videtur declarate se nolle aliam proponere defensionem.

14 Præter id quod omnis nullitas sublata dici potest ex appbatione ipsius Laudi, de qua deponit Mattheus Auedutus super interrog. fol. 48. & ipsemet Leonardus Floridus arbitrator super inter. fol. 54. omnes testes examinati ad instantiam dictorum de Coltellis, & etiam constat per subscriptionem dictarum partium, quæ & si prætendatur fuisse facta in quodam folio albo, vt asseritur pro parte dictorum de Coltellis probatum, huiusmodi probatio non transit sine dubietate, per ea, quæ posita fue-runt in præfata positione ipsorum de Col-
15 tellis, si recte ponderetur, vnde à subscriptione non videtur recedendũ, nec dicere releuat, quod foliũ esset albũ, & quod laudũ tunc nõ erat latum, quia eũ in contrariũ

cantet

cantet subscriptio dictarum partium, huius
16 modi negatiua tanquam de falso suspecta, & improbabilis per reru naturam l. actor, C. de probat. l. asseueratio, C. de non numerat. pecu. capitulo fin. 9. quæst. 5. capitu. bonæ 1. extra de electione, capitu. cum ecclesia Sutrina extra de caus. possessio. & propriet. cap. quoniam contra de probat. Hercul. in suo tracta. de negat. numero 124. to. quarto, fol. 19. non potest esse releuans, nec
17 considerabilis, & tanto magis, quod partes possunt ratificare laudum, ne dum iam latum, sed ferendum, quia illud, quod operatur pactum in iure competenti, id operatur in iure competituro in futurum, vt per text, in l. 1. C. de pact. l. & hæredi, §. filia, ff. eod. & l. 4. §. si quid minori, ff. de minor. probat Dyn. consi. 19. Tholomæus Manensis, num. 19. fol. 30.
18 Quod vero nullitas laudi per approbationem, vt dictnm fuit, suppleatur, patet, quia in huiusmodi casu laudum substinetur in vim pacti secundum gloss. & doct. in l. 2. C. commun. vtriusq. iudic. Angel. consil. 198. testator quidam nomine Ang. numero 2. in fi. Roman. consil. 175. dictum vltimum, numero quarto, fol. 117. Corn. consil. 140. viso puncto, numero septimo, lib. quarto, fo. 117. Promissio facta, numero primo, fo. 88. & ibi Vrsil. in addit. numero primo, qui numero quarto, dicit idem esse in sententia nulla, quæ potest à partibus approbari renunciando appellationi, & nullitati, & nouissimè Surd. decis. 53. dispositio facta, numero vigesimosecundo, fol. 120. quasi transactum fuerit, nam laudum approbatum habet vim veræ transactionis, vt probant Alexan. consil. 22. viso instrumento, numero tertio, lib. 1. fol. 32. Dec. consil. 60. viso rhemate numero 3. fo. 69. & cons. 198. Pro tenui facultate, nume. 4. fol. 218. & Decian. consil. 23. nunc Illustris filij Domini Caroli, num. 84. fol. 406.

Licet Domini super hoc non votauerint, quia partes die Lunæ 16. Iunij 1598. deuenerunt ad concordiam.

Laus Deo, & B. Maria semper Virgini.

DECISIO LIX.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Appellatione interposita ab interlocutoria, an possit dici de attentatis.

SVMMARIVM.

Ius ciuile seruatur in ciuitate Ancona, num. 1.
Appellari an possit de iure ciuili ab interlocutoria, numero 2.
Appellari potest de iure canonico ab interlocutoria, numero 3.
Causa grauaminis in appellatione ab interlocutoria exprimi, & probari debet, num. 4.
Appellatione deficiente, vel ea nulla existente an obstent attentata, num. 5.
Aedificari non potest super eo quod non est, numero 6.
Non entium nulla sunt qualitates, num. 7.
Appellationi quando dicatur renunciatum, numero 8.
Procurator an possit appellationi renunciare, numero 9.
Procurator quando dicatur, tacitè appellationi renunciari, num. 10.
Attentatum an dicatur quando appellatur ab interlocutoria, si non fuerit inhibitum, nu. 11.
Appellari non potest ab interlocutoria etiam habente vim diffinitiuæ secundum statutum Anconæ, numero 12.

DECISIO LIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Dominus Petrus Ferrettus V. I. D. eximius in causa quam habet contra Felicem Bartholomæi de Syrolo dicebat esse reuocanda omnia attentata post

L 2 appella-

appellationem ab ipso inter potitam à Prouincia Domini locumtenentis dictę ciuitatis Anconæ sub die vigesimoprimo Iunij 1596. qui contra ipsum pronũciauit esse precisè respondendum quibusdam positio nibus aliàs haberi pro confessis, vel negatis ad commodum ponentis, quia pendente appellatione, nihil absque vitio attentatorum nouari poterat.

Sed Domini communiter dixerunt totum oppositum ex infrascriptis.

Primo quia dicta appellatio non substinetur, neq; de iure ciuili, quod seruatur in
1 dicta ciuitate Anconæ vigore statuti dictæ ciuitatis rubr. 77. collat. 7. neque de iure ca-
2 nonico, nam de iure ciuili ab interlocutoria non datur appellatio l. ante C. quor. appellat. non recip. nisi in quibusdam casibus enumeratis per Guid. Pap. decis. 75. sed circa hoc num. 1. fo. 108. qui non tangunt præsentem speciem.

3 Et de iure Canonico, quo appellari ab ea potest, vt in cap. cum sit Romana & cap. super eo. de appellat. & per Eguinarium Baron. in l. intra vtile numero 39. in versiculo sed an ex omni interlocutione, ff. de minor. fol. 475. cum similibus, obstat quod in
4 ea non fuit expressa causa grauaminis, vt requirebatur per text. in dicto cap. cum sit Romana de appellat. & doctrinam Bart. in l. eius, qui numero 2. de appellat. recipiend. & Ioan. de Annibal. in rubr. ff. solut. matrim. numero 300. quæ postea probanda erat iuxta tradita per Guid. Pap. decis. 436. cum materia appellationum numero trigesimosecundo, fol. 643. ex causis insertis in ipsa appellatione, non ex alijs, secũdum Barto. in dicta l. eius qui numero tertio, de appellat. recipien. vbi numero octauo, docet modum iustificandi, & impugnandi appellationem, quem vide, & Lancellot. de attentat. cap. 12. limit. 1. num. 104. tom. 5. fol. 360.

5 Quo fit, vt nulla possint considerari attentata, nam deficiente appellatione, vel ea nulla existente, quod idem est, deficiunt quoque attentata, quæ ab ea defendere as-
6 firmabatur, nam super eo, quod non est, nihil ædificari potest, capitu. cum paulus, 1. quæst. 1. Azo in prohem. suo super insti. numero secundo, & Abb. in rub. extra de iur. iur. in princ. cum non entium nullæ sint qualitates.

Secundo, quia vbi appellatio legitimè facta dici posset idem esset, cum ei per Procuratorem dicti Ferretti renunciatum fuerit eo, quod post dictam appellationem interpositam pluries comparuit coram iudice, à quo, qui sub die 13. Septẽbris 1596. ei concessit dilationem ad primam ad re-
8 spondendum. Ille enim, qui redit ad iudicem à quo suæ appellationi renuntiare dicitur, vt probatur in capitulo gratum gerimus in fi. de offic. & potest. iudic. delegat. vbi Felyn. numero septimo, & in cap. solicitudinem de appellat. & per Innocen. in capitulo quæstioni eod. titu. Franc. in dicto capitulo solicitudinem numero 10. & seq. fo. 55. & Gabr. conclus. 2. de appellat. numero decimoquinto, fol. 140. præsertim quando probat in præsenti specie petijt, & obtinuit terminum Paul. de Castr. in l. ad solutionem, numero primo, C. de re iudicat. & Gabr. loco citato, numero octauo.

9 Nec dicatur, quod Procurator non potuit id facere in præiudicium Domini, cum appellationi renunciare non possit, etiam si fuerit effectus Dominus litis, nam esset donare, vt dicit Bald. in l. fin. §. fin autem, numero septimo, C. de temp. appellat. & Franc. in capitu. interposita §. ille denique, numero 9. fol. 85.

Nam respondetur id intelligi de renunciatione expressa non tacitè, tacitè enim Procurator appellationi renũciare potest, vt dicit Franc. loco citato.

10 Sed sic est quod Procurator prosequendo appellationem coram iudice à quo, dicitur tacitè ei renunciare, vt colligitur ex Franc. in capitulo Nicolao militi, numero decimoquarto, folio 75. qui dum tractat de tacita renunciatione appellationis dicit id consistere non appellando, vel prosequendo.

11 Tertio quia cum quęstio sit super mera interlocutoria, non potest dici aliquid attentatum ante inhibitionem, nam iudex, quando appellatur ab interlocutoria, potest procedere ad vlteriora absque vitio attentatorum quousque sit inhibitus, capitulo non solum de appellat. in 6. Guid. Pap. decis. 536. circa materiam appellationis, numero primo, versiculo secundo quæro fol. 639. Lancellott. de attentat. capitulo duodecimo, limit. 1. numero 21 to. quinto, fol. 358.

Sed sic est, quod in casu de quo agitur, nulla fuit facta inhibitio ergo.

Et vbi non requireretur inhibitio, cum in hoc sint opiniones, vt per Lancellott.
12 loco citato. Dicitur quarto, & vltimo loco, quod ex forma statuti dictæ Ciuitatis Anconæ collat. secunda de ciuilibus rubr.

rubr. 73. de appellationibus in versiculo,& quod ab aliqua fol.62.non datur appellatio ab interlocutoria etiam habente vim diffinitiuè.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LX.

ASCVLANA MONTIS Brandoni.

ARGVMENTVM.

Donationis contractus, an dicatur validus si non fuit in eo positus locus loci, & concurrat aliqua suspicio.

SVMMARIVM.

Locus loci in contractibus, an de necessitate poni debeat, num.1.& seq.
Consuetudo, quod in contractibus non ponatur locus loci an valeat, num.2.
Veritas, vel falsitas per locum loci comprobatur, numero 3.
Ciuitas Neapolitana inter ciuitates populosas non tenet vltimum locum, nume.4.
Suspicio falsitatis in ciuilibus habetur pro veritate, num.5.
Notarius Apostolicus an possit se rogare in Regno, num.6.
Verisimile quod non est, falsitatis habet imaginem, num.7.

DECISIO LX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

FVit cõmuni omnium Dominorum sententia resolutum donationem factam per Villanum de Villano,& Quintium eius filiũ in ciuitate Neapolis Dionoræ Cataphe, non solum esse
1 nullam quia non fuit appositus locus loci, vt de iure faciendum videbatur secundum Bald. in l. optimam, nu.10. C. de contrahen. empt. Ruyn. consil.154. in casu de quo quæ
* ritur num.3. lib.3.& communem* opinionem de qua per Natt. consil. 329. non potest, numero primo, lib.2.& late per Meno. de præsumpt. præs.84. de sexta nume.2. lib.
2 2.fol.82. vbi dicit quod contraria consuetu
* do non valeret fidem faciendo de magis * communi, licet aliud censuerit Put. decis. 336. consuetudo lib.1. qui d. conclusionem de loco loci in instrumentis requisito limitat, nisi adesset consuetudo in contrarium. Et quod locus loci requiratur pluries censuit Rota, vt est videre in nouiss. decis. 1156. cum post mortem Alphonsi p.3. lib. 3. nu. 2. fol.258.& per Cætar. de Grass. decis.45. videbatur alicui, numero 6. fol.49. qui loquitur de vna Neapolitana Sancti Georgetelli decisa Veneris 24. Februarij 1576. ratio est,
3 quia per locũ loci veritas, vel falsitas comprobatur, vt venit in testib. Susannæ. Rym. iun. cons.723. dubitatur num.87. fol.364. facit Rot. Auinion. decis.74. eo tempore nu. 1. fo.89.& tanto magis in ciuitatibus populosis, vt inquit Bal. vbi supra inter quas Nea
4 politana ciuitas nõ vltimum habet locum.

Sed etiam de falso suspectam, quia cum dictus Villanus die octaua Octobris 1594. esset infirmus in terra Pontis Corui, vt de hoc extat publica fides, & attestatio Fuluij Carrocij Physici dictæ terræ cum legalitate dictæ communitatis, & etiam attestatio Ioannis Antonij testis fol.100. super 23. interrogatorio, verisimiliter ex his, quæ deponunt Rodulphus Monaci in processu fol.183.193.& 195. Ioseph. Mustaccius fol. 222.& 226.& Io. Battista Mustaccius f. 231. super 4. artic. die 10. Ottobris 1594. quo asseritur facta dicta donatio non potuit esse in dicta ciuitate Neapolis propter loci distantiam,& tanto magis, quod Notarius rogatus de donatione preter omissionem loci asserit se de eo rogatum tanquam publicum per totum Regnum Apostolica auctoritate Notarium, & tamen in legalitatẽ apposita in eodem Instrumento fit fides esse Notarium publicum Regia auctoritate fidelem,& legalem, ex quo dico oriri videntur, videlicet vel quod Instrumentum non sit solemne, quia non constat ipsum esse Notarium apostolicum per totum Regnium, vt se facit, vel quod sit presumptio
5 truffæ,& falsitatis sæpe dictæ, quæ cum agatur de causa ciuili habebitur pro veritate, secundum Clarum in §. falsum, in versicu.
* veritas, vbi attestatur de cõmuni,* Crauet. cons.28. Assertum Instrumentum, num.9.

& Pedem.decis.117.quoniam in hac,nu.7.
6 fol. 470. quibus accedit alia suspicio, quod in regno vigore cōstitutionis, quæ incipit, instrumentorum rub.in fi.vbi Afflict.n.12. & decis.249. Magnifici Nobilis sedilis mon taneæ num.2. Boer.decis.242.& videtur nu mero tertio, non potest notarius Apostolicus se de ꝑphanis rogare, sed de expectantibus ad ecclesiam solum, etiam sine solennitatibus secundum Vrsi.ad Afflict.vbi supra nu.1.licet contraria opinio, quam tenet Lucas de Penna in l. fi. in 4. quæst. C. de locat. præd.ciuil lib.10.quæ de consuetudine, seu melius de facto non seruatur, sit verior de iure etiam in dicto Regno Neapolis, quia Papa est Dominus directus, vt dicit Boer. d.decis.242.& videtur num.v.fol.578.

Item, quod dicta donatio fuit facta Iosepho Millei fratri consobrino, & nepoti respectiuè dictorum Villani, & Quintii, quo casu cū dictus Villanus haberet proximiores, nempe duos alios filios præter dictum Quintiū, & Quintius haberet dictos duos fratres, & dictum Villanum eius Patrem, quibus donare potuissent, non est verisimile, quod voluerint propter dictum Iosephū eos excludere, quia ordo charitatis, & affectionis hoc non dictat, vnde de directo in-
7 trat falsitas, quia quod non est verisimile, falsitatis habet imaginem.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Agens ex vna causa, an possit obtinere ex alia probata, licet in libello non deducta, etiam variata persona.

SVMMARIVM.

Agens ex vna causa, & probans de alia, & si succumbere dicatur, num.1.
Fallit in possessorio, num.2.
Agens tanquam talis de necessitate debet probare se talem, num.3.
Variatio personæ, an noceat, quando reintegratio venit effectuanda in vna, eademque persona, numero 4.
Filius an debeat probare se talem, num.5.
Hæres an debeat probare se talem, num. 6.
Filius agendo præsumitur hęres, secus si conueniatur, num.7.
Hęreditatis aditio an probetur ex possessione hæreditariarum rerum, num.8.
Possessio præsumitur ex titulo præambulo, numero 9.
Vir non præsumitur possidere titulo dotis praambulo, sed iure familiaritatis, num. 10.
Mater an teneatur dotare filias, num.11.
Acta ad vnum finem non extenduntur vltra agentis intentionem, nume.12.
Solutionis negatiua, an sit probanda, num.13.
Solutio præsumitur ex temporis diuturnitate, numero 14.
Dotes à communiter accidentibus solent solui, & exigi, nu. 15.
Verisimile est, quod quis volerit euitare infamiam periurij, nume.16.
Testis de uisu cum uno de auditu, an probet in possessorio, num.17.
Productio quid operetur, num.18.
Variare in prosecutione causæ an liceat, num. 19.
Actione incompetenti expressa, an quis possit obtinere ex competenti, num. 20.
L. habebat, an habeat locum in variatione personæ, num.21.
Variatio personæ, an variet actionem, num. 22.
Iudex delegatus iudicat super facto probato sicut Princeps, nume.23.
Clausula sine strepitu, & figura iudicij, quid operetur, num.23.
Princeps potest pronunciare ultra contenta in libello, num.25.
Princeps potest sequi solam ueritatem omisso iuris ordine, nume.26.
Iudex quando possit iudicare, ut Princeps, & ut Deus, num.27.
Iudex quam auctoritatem habeat in summarijs. numero 28.
Libellus quando continet contraria, an procedat. numero 29.
Circuitus in nota, & magnis Curijs sunt euitandi, nume.30.
Veritas est sequenda in magnis curijs reiectis subtilitatibus nume.31.
Possessorij in causa proceditur simpliciter de plano, sine strepitu, & figura iudicij, num.32.
Clausula sola facti ueritate inspecta an plus operetur, quam clausula simpliciter de plano, sine strepitu, & figura iudicij, num.33.
Clausula summariè, & de plano, æquiperatur clausula mera ueritate inspecta, & clausulæ

DECISIO LXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

EGo dicebam in causa vertente inter Vincentium Rufinum hæredem, quondam Iacobæ suæ matris actorem ex vna, & Reuerēdos Patres Iesuitas, & Dominum Fabium Ridolphū reos conuentos ex altera per Breue Sanctitatis suæ commissa, quod etiam vbi ipse Ruffinus non probasset illam causam in libello deductam de asserto matris spolio, cuius se hęredem asserit, sed solum spoliationē in personam suam, vt patet ex testibus examinatis, & etiam ex reorū exhibitione, nempe ex decreto de eos mittendo in possessionē, & ex missione subsecuta licet nulliter, vt iam satis plenè super hoc fuit discussum, & resolutum; quod non propterea remanet exclusus, nā & si regulariter deducens
1 vnā cām, & probans de alia succūbere dicatur, etiam quod illa causa deducta in libello competat, vt probatur in l. habebat, ff. de instit. actio. & dicit Alexan. consi. 150.

 in

in causa numero 24. lib. 5. & consil. 184. in causa & lite numero 2. lib. 6. Anchar. consi. 34. in hac causa, nume. 4. fol. 15. Corn. consi. 138. visis scripturis lib. 1. & cons. 18. in præsenti, num. 4. volum. 3. Crott. consil. 198. visis, & inspectis num. 25. lib. 2. fol. 99. à tergo & cons. 87. si vera sint, num. 3. lib. 1. fol. 110. & cons. 72. num. 9. eodem lib. 1. Ferret. cons. 192. in causa matrimoniali, numero 4. vol. 1. Tiraquel. de retract. conuentio. ad fin. tit. numero 110. fol. 708. Crauet. cons. 80. diuino subsidio, numero 17. fol. 164. & consil. 198. videtur esse, num. 7. Rota Genuen. decis. 5. cum Io. num. 9. fol. 28. Cæphal. consil. 442. sententiæ latę nu. 8. lib. 3. & consil. 586. conductores nume. 21. lib. 4. & cons. 627. vt ostendit, numero 5. lib. 5. Surd. cons. 214. intentio nume. 15. lib. 2. & cons. 12. præsens quæstio num. 22. lib. 1.

2 Non tamen prędicta procedunt in causa possessorij, prout est ista, de qua tractatur, vt in terminis probat Innoc. in cap. querelam de electio. & elect. potesta. in fin. fol. 25. Bald. in l. fin. C. de anna. exceptio. nu. 1. & ibi Angel. num. 1. Bald. in l. solent, §. fin. in vltim. quæst. ff. de offic. proconsul. & legat. Ias. in §. omnium institut. de action. nu. 19. fol. 31. Dec. cons. 62. in causa quæ numero 2. in versic. quia hoc est, & in consil. 664. in causa mota per d. Iacobinam numero 5. Felyn. in cap. ex parte il primo, numero 38. in vers. restringe quarto hanc tertiam limitationem de rescript. Mille. in suo reperto. in verbo libellus procedit in quo peto ver. & prædicta fol. 246. Contard. in l. vnica cap. si de moment. poss. quæst. 15. numero 7. & seq. fol. 291. Boer. decis. 42. dico quod num. 17. fol. 111. Pontan. in suo tracta. de spolio, cap. 16. de probat. in spolio misto, nu. 168. tom. 14. fol. 28. Gigas de pension. quæst. 47. nume. 6. tomo 15. pat. 1. fol. 346. & Robert. Marantanum in l. is potest, ff. de acquir. vel omitt. hæred. num. 152. in vers. limita tamẽ, lib. 3. fol. 462. vltra Crot. cons. 375. in hoc articulo, num. 12. & seq. adductum per Dom. Relatorem.

Nec asseri potest prædicta non facere ad negocium, cum aliud sit, quod in possessorio non sit necessaria probatio causæ in libello deductę, aliud velle obtinere ex variatione personæ, vt videtur de directo fieri per dictum actorem, cum primũ sit permissum, vt supra fuit probatum, aliud vero

3 prohibitum, cum agens tanquam talis necessario debeat probare se talem, l. actor. C. de probatio. Dec. cons. 321. in causa, quæ numero 2. fol. 349. Paris cons. 12. trãsactio ista, num. 240. vol. 2. Mascar. de prob. concl. 128. numero 3. libro secundo.

Nam responderur, quod ex defectu dictæ causæ non oritur aliqua variatio personæ, vt reipsa pater, præsertim cum reintegratio petita veniat effectuanda in eadem persona, quæ parum refert, quod obtineat ex spolio facto in persona matris, vel propria, cum nõ solum probauerit fundamen

5 tum principale, nempè quod ipse actor sit filius iuxta tradita per Mascard. concl. 787. libro 2. folio 136. vt probant omnes testes examinati pro parte ipsius Rufini super tertio articulo, sed quod est hæres dictæ suæ

6 matris, vt demostratur ex eo, quod egit tanquam talis, l. pro hærede, in princ. l. gerit, ff. de acquir. hæred. Crauet. cons. 148. Nobilis Antonia, num. 10. fol. 295. Mascard. de pro-

7 bat. conclus. 804. num. 7. lib. 2. fol. 154. filius enim agendo pſumitur hæres, vt post Dec. cons. 7. Reuocatur in dubium, num. 6. Soc. iun. cons. 119. visto testamento, nume. 14. libro 1. Bursat. cons. 61. dicitur breuiter, num. 14. Bologn. cons. 50. & in præsentia, num. 2. Cephal. cons. 479. Dominus Ioannes, num. 25. lib. 4. consuluit Io. Bott. consil. 75. decretum, num. 10. licet secus sit, vt ibi, num. 11. dum conuenitur vbi attestatur de commu

* ni, * Alex. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, num. 10. in fi. num. ff. solut. matrim. &

8 Ias. in l. ei qui se, ff. de acquir. hæred. & probationem possessionis bonorum de quib. agitur, de qua deponũt omnes testes ipsius Actoris, videlicet primus nomine Felix Virdigne super quarto capitulo, & Nicolaus Nardellus, licet quo ad cannetum deponanr de auditu, vt in dicto capit. quarto, & octauo respectiuè, & Antonius Antonelli, Venantius Macinantis, qui super quarto capitulo deponũt de vinea, per quam dicitur inducta aditio hæreditatis, nisi probetur, quod ex alia causa fuerit possessa, vt ꝑ Alexand. cons. 32. viso processu, num. 1. lib. 3. & cons. 126. visu processu causæ, num. 4. lib. 7. Paris cons. 16. circa præsentem nume. 39. & seq. lib. 2. & per eundem Mascardum, vbi supra, num. 18. sed etiam spoliationem ipsius matris, & sic causam, quã supra desiceré affirmabatur, vt clare infra demostrabitur. Et licet plura obstenr contra præmissa, primo quod dicti testes nõ dicuntur probare præcisè de possessione dicti Vincentij, sed quod possedit idem Vincentius, Honofrius, & Augustinus, quo fit vt ipse actor nõ possit obtinere, & vbi posset illud respectu tettiæ partis tantum eius quod probauit.

Secundo quod vbi probarent id, non esset generaliter intelligendum, sed solum re-

spectu

ſpectu vineæ, cum de dictis quatuor teſtib. pro parte actoris examinatis adſint tantum duo teſtes probantes de canneto, nempe primus,& ſecundus,qui plenam probationem facere non videntur, cum vnus ex eis nempe ſecundus teſtis deponat de auditu.

Ad primum tamen reſpondetur, quod cum conſtet de titulo dicti Vincentij,nempè quod eſt heres dictæ Iacobæ, quod poſſeſſio Honofrij, & Auguſtini præſumitur iure familiaritatis,& affinitatis, cum probatum ſit ipſos fuiſſe, & eſſe cognatos dicti

9 Vincentij,omnes enim poſſeſſio præſumitur ex titulo præambulo Bart.in l.2.num.3. C.de acquir.poſſeſſ.Crauet.conſ.226.licet, num.15. Menoch. de præſumpt. lib.6.præſump.67.num.1.fol.134.Cæph.conſ.4.Illuſtris,num.4.lib.1.

Et ſi diceretur,quod poſſeſſio prædictorum fuit pro dote, nam Honofrius habuit vxorē Martham, & Auguſtinus Antoniā, omnes ſorores dicti Vincentij.

10 Reſpondetur, quod vir non præſumitur poſſidere titulo dotis præambulo, cum nō præſumatur habuiſſe in dotem bona illa, Gloſ.in l.2. de acquir. poſſeſſ. iure enim familiaritatis potius præſumitur poſſidere maritus,quam titulo dotis, l. ob maritorū, C.ne vxor pro marito,Soc.ſenio. conſ.131. in præſenti conſultatione,num.1. lib.1. Alciat.de præſump.reg.2.præſ.23. in fi. & Menoc.de præſump.lib.6.præſum.67.num.10. & 11.fol.134.

11 Et tanto magis, quia agitur de hæreditate,& bonis matris, quæ regulariter non tenetur dotare filias,l.neque mater, ff.de iur. dot.niſi quando non haberent vnde ſe alerent,nec mater vellet poſtea eā alere, Campeg.de dot.q.22.par.1.num.1.fo.200 quod non generaliter verum exiſtimat Ripa in l. 1.num.79.ff.ſolu.matr.ſed in matre diuite, & idoneas facultates habente.

Nec dicatur aliud eſſe in caſu iſto ſaltem reſpectu Honofrij, cui dicta Iacoba mater ipſius Actoris promiſit dotem Marthæ vxore dicti Honofrij nempè florenos 350. prout late in inſtrumento deſuper celebrato ſeptima Aprilis 1571.

Quia pluribus modis reſpondetur. Primo. Quod mater fecit dictam promiſſionem tuitorio nomine,& tanquam curatrix, vt conſtat ex principio dicti inſtrumenti,& etiam ex verbis obligatorijs,de quibus in eo, vbi declarat,ſe id facere modis quibus ſup. quo caſu non dicitur aliquid de ſuo obligaſſe,ſed bona patris dictę Marthæ,qui do-

12 tare tenebatur, nam facta ad vnum finem non poſſunt,nec debent extendi vltra intētionem per regulam, quod actus agētium non operatur vltra eorum intentionem.

Secundo quod vbi mater proprio nomine promiſiſſet,nō ꝓpterea poſſeſſio Honofrij diceretur ex tali vēditione,& titulo præambulo dotis,quia præter id, quod talis exceptio in actis non reperitur,vbi fuiſſet op-

13 poſita non releuaret niſi probata huiuſmodi ſolutionis negatiua, vt in terminis probat Lap.alleg.94. quidam presbyter, nu.4. colum.3.fol.117.Cæphal.conſ.47. tres ſunt principales,num.5.lib.1.fol.77.& Maſcard. de prob.concluſ.1318.num.4. lib.3. fol.311. vbi valde differt exceptionem non ſolutionis proponi a creditore, vel a tertio, nam quando proponitur a creditore,debitor ꝓbare tenetur ſoluiſſe, quando proponitur ab alio,ipſe tertius ſuam negatiuam probare tenetur,ſtante præſertim temporis diuturnitate per quam præſumitur ſolutio, Maſcard.de prob.dicta concluſ. 1318. num.27. lib.3.folio eodem,& Menoch. de præſum. præſump.135.cum dubitatur,num.1.lib.3.

15 fol. 264. & veriſimilitudine ſolutionis eo quod a communiter accidentibus viri ſolent exigere dotes,& debitores ſoluere ſaltem ob metum periurij,quod ex non ſolutione quis incurrere poſſet,cum dicta dos medio iuramento promiſſa fuerit in duabus paghis, quarū prima florenorum 300. maturauit de menſe Auguſti anni 1571. & alia florenorum 50. de eodem menſe Auguſti ſequentis anni 1572.eſt enim veriſimile quod quis infamiam prędictam periurij euitare voluerit,l.hęc enim,§.quid ergo,ff. de ſuſpect. tuto.& l.ſi quod.de ſolut. & l.3. ff.de ſolut. Menoch.de præſump. præſump. 136.quando multis,num.1.& ſeq.lib.3. folio.265.

17 Ad ſecundū reſpondetur quod vnicus teſtis de viſu, cum uno teſte de auditu in poſſeſſorio facit plenam probationem per ea,quę ponit Cont.in l. unica, C. ſi de moment.poſſeſſ. in ratione decidendi, numero 25.

Et vbi non probaret,ſuppleta erit probatio ex verbis ſententię, & mandati executiui,& nuncij relatione pro parte reorū conuentorum exhibiti, in quibus pręſupponitur dictum Vincentium, Honofrium, & Auguſtinum tunc temporis extitiſſe in actualem, & corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum, vt melius legitur in eis ad quæ re.quæ plene probant inter eaſdem

18 partes, & pręcipuè contra producentem vt etiam ex infra notatis colligi poteſt.

Secundo reſpondetur, quod cum conſtet ex infra dicendis, petitionem non eſſe reſtri-

restrictam, quod non solum licita est variatio in prosecutione causæ iuxta tradita per Rot. in nouiss. decis. 44. articulus nu. 1. p. 2. fol. 28. & decis. 257. fuit tentum, nume. 10. fol. 89. & decis. 251. fuit tentum, num. 5. part. 1. maximè in curijs supremis Boer. decis. 42. dico, quod num. 14. fol. 110. in aliquo
20 non nocet, quia expressa actione in competenti actor potest obtinere ex competenti, (vt inquit Rot. dicta decis. 251. numero 4.) etiam respectu variationis personç, vt bene probat Corn. cons. 302. visa petitione, nu. 11. lib. 1. dum dicit, quod licet, quis narret in libello hæreditatem Io. ad se spectare, quia succedit subintrando locum Patris, & hoc modo non possit obtinere, quod potest obtinere si talis hæreditas ad eum spectet alio modo, puta, quia Pater transmisit hæreditatem, vel Michaelangelus repudiauerit, vel sit insuccessibilis, & in terminis dictæ l. habebat de institor. actio. consuluit Ruyn. cons. 12. in quæstione proposita nu. 8. & 9. lib. 4. vbi vult; quod dicta
21 l. habebat, non habet locum in variationem personæ; quia per variationem perso-
22 næ non fit variatio circa actionem, vel causam, sed tantum circa personam, à qua dicitur ius oriri, & peruenire, etiam si superueniat pendente appellatione, vt latè per eum, ad quem, &c.

Nec quando causa fuit concessa à Prin-
23 cipe, nam tunc iudex delegatus iudicat super facto probato, vt per Rot. Lucan. in nouiss. decis. 137. istæ nullitates num. 2. fo. 111. & sicut ipse Princeps esset iudicaturus Rymin. iun. cons. 42. Petit. Illustris num. 4. lib. 1. Cæphal. consil. 654. cum ista numero 29. lib. 5. facit Bertazz. in l. si quis maior quæst. 4. numero 54. & seq. C. de transact. fol. 7.

24 Seu vbi causa venit terminanda summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, nam tunc deducens vnā causam, & probans de alia debet obtinere; quia dictæ clausulæ operantur, quod iudex possit expedire causam eo ordine, quo po-
25 test Princeps. Sed Princ. potest pronuntiare vltra contenta in libello, vt dicit Capic. decis. 10. in causa d. Rogatię, num. 25. fo. 14.
26 & sequi solam veritatem ommisso ordine iuris, vt probat Bald. in capitu. 1. in §. inuestitura num. 3. in vers. & propterea de noua forma fidelitatis, ergo eodem modo iudex per dictam clausulam ex permissu principis, vt in terminis decidit Marant. in suo speculo p. 4. in vers. & an iudex sit competens nume. 8. fo. 135. & Mysinget. obseruatione 70. numero 4. fol. 466. & quod vbi
27 adest d. clausula summariè &c. iudex possit iudicate, vt princeps & etiam, vt Deus in terminis consuluit Honded. cōs. 94. in causa nume. 51. & seq. immo vt inquit Rota in nouiss. decis. 256. Domini pro maiori parte, num. 3. par. 1. fol. 88. & Caput aquen. decis. 126. sententiā part. 2. fol. 37. idem est in cau-
28 sis summarijs, vt quoque voluit Rota Genuens. decis. 7. Nicolaus Pinellus num. 13.
29 fol. 34. etiam si libellus contraria contineret, vt per eandem Rotam decis. 257. fuit tentum par. 1. fol. 89.

Vel quando causa ventilata coram Ro-
30 ta, in qua ea interpretatio sumenda est per quam euitantur circuitus, vt voluit Rota in nou. decis. 16. aliàs 104. capitulum oblatæ in fi. de appella. fol. 61. & decis. 256. num. 3.
31 & quoq; sit in alijs magnis curijs in quibus veritas est sequenda reiectis subtilitatibus, vt ad litteram probat Tiraquel. de retract. conuentio. ad fin. titu. numero 61. fol. 699. Boer. dicta decis. 42. numero 14. præsertim cum subtilitates frequenter à iudicibus debeant æquitate, & veritate suadente consperni secundum Paulum de Castr. consil. 193. in causa, & quæstione in fin. p. 1.

Sed vnum quodque premissorum verificatur in præsenti casu, vt de primo constat per Breue S. suæ, quæ hanc causam Rotæ Auditoribus delegauit prout in actis.

32 De secundo ex constitutione March. ca. 8. lib. 5. fol. 335. quæ mandat in causis possessorij procedi, vt supra, simpliciter, de plano sine strepitu, & figura iudicij.

33 Nec opponatur, quod si prædicta vera essent, nulla constitueretur differentia inter clausulā summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij. & clausulam sola facti veritate inspecta, cuius vigore limitatur dispositio d. l. habebat vt in terminis dicit Marsil. singu. 272. in hac inclita ac Regia fo. 72. & tamen videtur quod ista vltima clausula plus operatur, vt in terminis dicit Pedem. decis. 1. quoniam numero 20. fol. 10.

Nam respondetur, quod consequentia non sequitur de necessitate, quia potest stare simul, quod plus operetur, & in quod sit verum, prout supra fuit probatum, quod etiam vigore dictę clausulæ summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij sententia possit ferri super causa probata, licet in libello non deducta, & sic se-
34 cundum veritatem, nam clausula summariè, & de plano ęquiperatur clausulæ, mera veritate inspecta, & clausulę, secundum meram voluntatem, vt in terminis habetur per Firman. in clausula summariè p. 1. fol. 332. & Lanfranc. in clement. sæpe de verb.

verb. signific. numero 3. fol. 103.
35 Secundò dicitur, quod differentia pos-
set in hoc saltē considerari, videlicet quod
quando adest clausula sola, facti veritate in-
specta, cogitur iudex iudicare secundum
veritatem, secus quando adest sæpedicta
clausula, summariè, simpliciter, de plano,
sine strepitu, & figura iudicij, nam tunc po-
test, sed non cogitur, & sic habet arbitriū,
in quo tutius esse puto vti potestate concef
36 sa fauore veritatis, de qua sola, & non de
actionibus iuris curandum est. Spec. in §. 1.
de actio. seu petitio. part. 1. fol. 4. numero 4.
vnde dicit Io. à Capell. in suo specu. consc.
num. 174. tom. 1. fol. 347. quod minus ma-
37 lum est contra ordinem iuris pro veritatē
iudicare, quam seruato ordine contra veri-
tatem, & iustitiam, etiam secundum intel-
lectū, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid.
ratio est vt ibi, numero 175. quia facilius scā
38 dalum nasci permittitur, quam veritas re-
linquatur capit. qui scandalizauerit de reg.
iur.
39 Minusque, quod adest alia constitutio
Marchiæ capitulo 16. lib. quinto, fo. 342. di-
sponens, quod etiam in causis possessorij
detur libellus, & sic non posse pronuntiari
super causa in libello non deducta, etiam
40 vbi esset procedendum sola facti veritate
inspecta per ea, quæ in terminis probat Ro
ta Genuens. decis. 6. Io. Baptista nu. 20. f. 30.

Nam respondetur. primo, quod per di-
ctum Breue S. suæ fuit derogatum consti-
tutionibus, quo fit, vt iudici remaneat in-
tactum priuilegium iudicandi summariè,
simpliciter, & de plano, sine strepitu, & fi-
gura iudicij, quia Papa est dominus consti-
tutionum.

Secundo, quod pronuntiando super cau
sa probata, non potest dici, quod pronun-
tiatum fiat super causa in libello non dedu
cta, quia aut id consideratur respectu causę
in libello specificatæ, aut causæ, quæ virtua-
liter, & ex vi verborum, & clausularū inest.

Primo casu dico, quod licet prima fron-
te videatur sententia ferri super causa in li-
bello non deducta, quod si diligenter con-
sideratur mens libellantis, & quod in effe-
ctu etiam secundum veritatem libellans
dicere voluit apparebit, quod etiam tali ca-
su pronunciatū non poterit dici super non
deductis in libello, quia vt legitur in pro-
cessibus antiquis productis in isto iudicio
manifestè constat qualiter bona, de quibus
agitur, erant Prosperi filij dictæ q. Iacobæ,
prout, nec rei conuenti negant, cum tan-
quam creditores eiusdē, licet nulliter pro
certo eorum credito ingressi fuerint hu-
iusmodi possessionem. Item quod dicta Ia-
coba post mortem dicti sui filij habuit eius
hæreditatem ab intestato, & fuit missa in
possessionem vigore decreti Illustrissimi
& Reuerendissimi Cardinalis Albani sub
die Veneris 16. Decembris 1566. prout in
veteri processu fol. 1. & die 11. Iulij 1576.
per Reuerendissimum D. Philippum Se-
gam Gubernatorem fuit pronunciatum
dictam Iacobā manuteneri debere in pos-
sessionem dictorum bonorum, prout in
processu veteri fol. 26. & sic quod dicta Ia-
coba possedit dicta bona, vt quoque vide-
tur probari per confessionem dicti Pauli
Alexij auctoris dictorum reorum resultan
tem ex productione capitulorum produ-
ctorum in processu veteri fol. 23. vbi in spe-
cie inter cætera ponit qualiter fuit & est ve-
rum, quod in præsentiarum præfata Iacoba
detinet dictas duas petias terræ licet indebi
tè, & iniustè, & per exhibitionem testium
in eodem processu examinatorum plenè
probantium contenta in dicto capitulo, vt
patet ex depositione Michonis Bartholo-
mæi super 27. articulo fol. 44. & Magistri
Colæ Bonacquisti de Macerata super eo-
41 dem capitulo fo. 52. qui etiam, quod depo
nat de auditu, tamen plenè probat contra
producentem, vt post Roman. consil. 104.
Pater Reuerende in fin. Ias. in rubr. de iur.
iuran. numero nono, in termin. tradit Rot.
Lucan. in nouiss. decis. 83. ex duplici causa,
fol. 70. numer. 3. cum cæteris add. per Man
dos. in addit. ad Roman. dicto cons. 104. in
verbo intentionem littera G, & Mascar. de
probatio. conclus. 1361. numero 18. volu. 3.
* fol. 365. qui testatur de communi * præci-
puè cum coadiuuetur ex depositione alte-
rius testis plenè deponentis, qui solus suffi-
ceret ad probandum contra ipsum produ-
42 centē, quæ præiudicat etiam singulari suc-
cessori Paul. de Castr. in l. facta, §. si hæres,
ff. ad Trebell. numero 3. quo fit, vt docto de
possessione dictorum reorum circa bona
petita, vt plenè fuit in processu probatum,
dicatur quoque apparere de spoliatione
43 dictę Iacobæ, cū spoliatus dicatur ille, qui
semel possedit l. 1. §. deijcitur ff. de vi. & vi
armat. Menoch. in tracta. de recup. poss. in
prælud. numero 1. Cæphal. consil. 685. quam
uis num. 6. lib. 5. fol. 291.

Immo secundum Ruy. consil. 12. in quæ
44 stione proposita, nu. 10. lib. 4. eo ipso, quod
probatur antiquior possessio, dicitur appa-
rere de spoliatione reipsa, vt quoque voluit
Alex. citat. per eundem cons. 6. circa pro-
cessum, num. 6. lib. 3. & Dec. cons. 252. agi-
tur causa, nume. 1. in vers. & ad hoc facit. &
Alciat,

Alciat. de præsumpt. præsumpt. 21. nume. 16. fol. 74. qui attestatur de communi.

Etsi diceretur tractari de impossibile, quia rei conuenti ingressi fuerunt dictam possessionem post mortem dictæ Iacobæ, respondetur non propterea sequi matrem non fuisse spoliatam, & petitam reintegrationem fieri nō debere eo meliori modo, quo fieri potest, stantibus præmissis præsertim, quod dum actor dixit se debere reintegrari, quia mater sua fuit spoliata, potuit intellexisse de spolio causato in persona matris mediante eius persona, & quidem pro-
45 babiliter cum eo modo, quod pater & filius natura reputantur vna, eademque persona, vt in terminis probat tex. in l. fin. C. de impub. & vox patris dicitur vox filij, & eōtra, §. & qui tuo iuri institu. de inutil. stipula. idem in matre, in qua non est diuersa ratio, censendum est secundum glo. in l. cum à matre in verb. non prohiberi de rei vendica. & tanto magis quia etiam ex alio ca-
48 pite ipse matrem repræsentabat, nēpe tanquam heres ob quod etiam cum ea dicitur vna, eademque persona l. hæredem, ff. de reg. iu. & §. 1. in aut. de iure iur. a mor. præst.
49 quæ declaratio vbi necessaria foret pro dicto libello sustinendo, non est spernenda, sed sequenda, & amplectenda per ea, quæ tradit Bald. in l. Polla, numero 9. C. de his. qui vt indign. etiam si fieret grosso modo loquendo, vt inquit idem Bald. in l. fin. C. de compensatio. numero 3. vel per impropriationem verborum, l. si vno, ff. locat. l. insulam ff. de præscript. verb. & Marian. Socc. consi. 146. viso processu numero 4. lib. 2. præcipuè accedente bono iure actoris resultante ex probatione antiquioris possessionis matris, cuius est heres, & suæ, nec nō modernæ reorum conuentorum.

Quæ cum comprehendant ius formatū in persona defunctæ matris & propria magis stringere debent; cum duplex funicu-
50 lus sit fortior cap. 1. vbi docto de tregu. & pac. Dec. consi. 373. viso consilio, nume. 8. &
51 excludatur sic omne id, quod posset opponi de iure actiuo, & passiuo non formato in persona matris, in quo non cadit repræsentatio per ea quæ post Aretin. consil. 123. in causa numero quarto, colum. 2. Cagnol. in l. hæredem eiusdem num. 16. ff. de regu. iur. Rolan. consil. 50. in hoc remedio num. 8. lib. 2. tradit Ludouic. conclus. 1. de hæred. in vers. declara secundo fol. 481. & Rot. Lucen. per Magon. decis. 4. Albertus q. Iuliani, numero 14.

Immo cum ex productione immissionis in possessionem dictorū bonorum facta per dictos reos resultet confessio, quod dictus actor fuerit spoliatus quia producēs
52 dicitur fateri omnia, & singula cōtenta in scriptura producta secundum Ias. in l. certi conditio, §. si nummos, nume. 39. ff. si cert. petat. Felyn. in cap. cum venerabilis, num.
*53. de except. & veriorem opinionem, de qua per Mandos. in addit. ad Roma. consil. 433. quo ad primum in littera H, in verbo non releuat, & Crauett. de antiq. temp. in vers. amplector nunc, num. 72. tom. 17. fol. 131. etiam si protestatus fuerit se in parte, & partibus id facere, vt per Ias. vbi supra,
54 qui dicit, practicam notariorum dicentiū produco instrumentum in passibus, punctis, & articulis pro me facientibus esse inutilem, & non releuare, & Paul. de Castro in l. vnica, C. vt quæ desunt aduocat. num. 5. & post plures habetur lib. 1. comm. opin. in titu. de tabellio. & fid. instrum. numero 162. fo. 576. potest iudex non curando de aliqua ineptitudine libelli pronūciare, vt per Soc. consil. 146. viso processu, numero 15. lib. 1. & text. in capitulo 1. de accusation. Bald. in l. 1. numero 7. C. de iudic. in vers. item quia
54 per confessionem, nam huiusmodi confessio succedit loco libelli, cum per eā solam possit sequi condemnatio etiam si processus esset nullus, Afflict. decis. 191. Abbas Rutilus numero nono, fol. 252. ratio esse potest, quia spontanea confessio validat processum in nullum. Innoc. in cap. qualiter, & quando 2. de accusat. Bald. in l. properandū in princ. C. de indic. gio. ad consil. March. ca. 30. numero 3. lib. 4. in verbo exbanniti, fol. 250. quando scilicet nullitas huiusmodi non prouenit ex defectu iurisdictionis Paseth. consi. 187. in caus. Domini Michaelis, num. 5. & confessio emanauit principaliter Brun. in suo tract. de iud. & tort. q. 6. 2. par. num. 30. tom. 11. p. 1. fol. 259. Item quia
56 confessio facit notorium Bald. in l. properandum, num. 10. C. de iudic. in quibus non requiritur ordinatus processus cap. euidentia de accusation. Præpos. in cap. debito, nu-
57 mero 6. de appell. & confessus in ciuilibus habetur pro condemnato, secus in criminalibus. Barto. in l. si confessus, numero 1.
58 ff. de custo. & exhib. reor. vnde dicit Bal. in d. l. properandum, inquisitum, & accusatū, si confessus fuerit maleficium, posse condemnari etiam perempta instantia tanquā ex notorio, vt quoque probat Præposit. in d. cap. directo, num. 6. de appellat.

Et si opponeretur non posse fieri fundamentum circa prætensam probationem possessionis ipsius actoris eo quod ipse articulauit in q. articulata positione, qualiter ipse

ipse toto tempore suæ vitæ fuit, & est pauper, & nunquam habuit aliquid in bonis, quia nunquam possedit aliqua bona stabilia, vel mobilia, aut se mouentia.

59 Respondetur, quod dicta generalitas debet intelligi præter bona petita ad euitandam contradictionem, & sic ad fauorem
60 libellantis, cum ipsi articuli, seu positiones, eo quod sumus in causa summaria, succedunt loco libelli per ea quæ ponit Oldrad. consi. 8. quidam Pater fol. 4.

Secundo, quod articulata positio fuit facta non ad docendum; quod ipse non possedit dicta bona, sed ad docendum de sua magna paupertate, vt demonstrant verba subsequentia, ibi, vnde nunquam habuit commodum se alendi, nedum litigandi, & sua ægestate, & paupertate oppressus non potuit agere pro recuperatione dictæ vineæ, & arundineti; licet si habuisset modum egisset, nam dictum verbum recuperare præsupponit anteriorem possessionē,
62 & sic non debet extēdi vltra intentionem, l. si is quis nec causam, & ibi Bald. & alij ff. si cert. pet. Rot. Florent. decis. 33. ex duobus fol. 114.

63 Tertiò quod dicta confessio resultans ex dicta articulata positione, vbi obstaret, qđ tanquàm facta à procuratore maleinformato potuit reuocari, etiam non docto de errore, vt in terminis dicit Caputaquen. decis. 198. confessio præsens part. prima, fo. 55. & Rot. in nouiss. decis. 613. fuit dubita-
64 tum, numero 9. fol. 288. part. 1. nam confessio voluntaria, & facta sponte à Procuratore nō ad interrogationem, vt per modum contentiosę iurisdictionis, habet instar donationis, & consequenter Domino non nocet Bald. in l. 1. numero 30. C. de confess. Paris. consil. 47. intentio Dominorum, numero 92. lib. 1. Aufred. in addit. ad Cappel. Tholos. decis. 391. Item fuit quæsitū Honded. consil. 66. dubium de quo num. 72.

Etsi opponeretur, quod sic libellus re-
65 maneret alteratus, & seruiret de vento. Respondetur per dictam declarationem non tolli, nec alterari, quia quod prouenit ex de
66 claratione non dicitur variatum, nec mutatum, cum declarans nihil de nouo inducat Card. in clement. statum numero quarto, eod. titu. & in clement. exiui §. demum numero 22. de verbo. significa. Gabr. latè conclus. 3. de reg. iur. & Rymin. iun. consi. 158. visa mihi numero 13. lib. 1. fol. 139. Sed faciat sicut ille qui excutit grana ex picis, qui non dicitur nouam speciem facere, sed eam, quæ erat declarare Cuman. consi. 147. in fin. cum simil. vulgatis, & propterea li-
67 bellus licet lite contestata non possit variari, & mutari, potest tamen declarari vsque ad sententiam, vt in terminis dicit Dec. in l. edita, numero 24. C. de eden. fo. 122. ratio
68 esse potest, quia declaratio eius quod tacite inest, non dat nouam formam, licet excitet, & moueat secundum glos. in verbo reperirent in element. 1. & ibi per scrib. de offic. delega. Ancharan. consil. 404. tria dubia, numero quinto, & Vant. in suo tracta. de nullit. in titu. quib. mod. sent. null. defend. poss. num. 63. fol. 268.

69 Secundò casu dico, quod si considerantur ea, quæ virtualiter insunt, & quæ ex verborum, & causarum proueniunt, non potest dici de aliqua libelli ineptitudine, cū ex eis tantum debeat dici deductum, & petitum, quantum reperitur probatum. Et quod hoc sit verum, patet, quia in d. articulata petitione non solum reperitur bisposita clausula omni meliori modo, sed clausu
70 la omni alio meliori modo, quę nihil aliud demonstrare videtur, nisi quod actor vult obtinere omni meliori modo possibili. Quod si transit sine difficultate, quan-
71 do adest clausula omni meliori modo, vt voluit Corn. d. consil. 302. visa peritione, numero 11. lib. 1. & Rolan. consil. 41. habita numero 29. fol. 93. lib. 3. quę habet in ventre suo clausulam petens ius, & iustitiam ministrari, vt per eundem Roland. vbi supra, & idem quod ipsa operatur Contard. in Lynica, C. si de momentan. possess. q. 13.
72 numero 51. fol. 289. cuius vigore præter id, quod libellus saluatur ab omni ineptitudine Marant. in suo spec. part. 6. rectè concipiatur libellus numero 15. fol. 293. potest
73 pronunciari super non deductis in eo. Alexan. consil. 91. in causa & lite, numero 1. Capic. dicta decis. 10. in causa, numero 22. Dec. consil. 252. agitur causa, numero tertio, Ferrett. consi. 47. in causa matrimonij, numero 19. lib. 1. & Cephal. consil. 400. causa ista numero 1. lib. 3. fol. 403. qui in specie loquitur, quando in libello adest clausula omni meliori modo, vel iustitiā ministrari; immo talis, & tanta est virtus dictæ clausulæ secundum Grat. consi. 156. quoniam, num. 4. & seq. lib. 2. quòd licet actor contraria petierit tamen debet obtinere super eo, quod habet iustitiam, vt quoque dicit Soc. consil. 128. in causa Thomasij numero 1. lib. 1. de quo meminit idem Grat. vbi supra, & consil. 70. ex multitudine numer. 29. lib.
74 2. fol. 80. vbi dicit hoc esse ad instar clausulæ, & quodcunq; aliud remedium, vbi nu. 35. dicit non obstare, quod posset opponi de incertitudine rei conuenti, quia certificatur

catur

catur ex processu Ludouic. dec. Lucan.46. in causa nume.7. fol.248. Caualcan.de vsufruct, num.107. fol.287. & Rota Genuen. decis.7. Nicolaus numero 15. fol.34. quanto magis id procedet in casu isto, vbi non solum adest geminatio dictæ clausulæ, & repetitio cum illo verbo omni meliori mo
75 do, qui non solum refertur ad expressa, sed ad non expressa, vt colligitur ex vi d. verbi alio, de quo habetur in capitu.1. de præben. & dignitat. lib.6. & per gloss. 3. in capi. sedes de rescript. in verbo quas personas, maximè in casu isto, in quo reperitur additum verbum vniuersale per ea, quæ latissimè, & pulchre scribit Felyn. in dicto cap. sedes de rescript. num. 5. licet de proprio significatu dictum verbum implicet similia, vt ibi
76 num. 6. sed quoque reperiuntur positæ infrascriptæ clausulæ videlicet. Saluis alijs, non se astringens, deducens, protestās &c. Quæ cum ponderentur per Corn. d. consi. 302. lib. 1. ad ipsum breuitatis causa me remitto.

Sed maior pars Dominorum informante pro parte dd. Reuerendorū Patruum Iesuitarum D. Manente Costa I. C. insigni, contrariæ parti assentita fuit, per ea, quæ refert in decisione sua Doctissimus Dominus relator, quæ missa faciam, ne videar pugnam suscipere cum dominis meis, præsertim cum præmissa pro substentatione dicti mei voti, & opinionis rectius sentientis semper saluo iudicio sufficere videantur.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Mulier an possit se obligare pro redemptione sui viri.

SVMMARIVM.

Vxor pro liberando viro à carceribus, an possit se obligare, num.1.7.& 28.

Contractus celebratus fauore captiuorum an valeat sine solemnitatibus, num.2.

Obligationes, quæ fiunt pro maritis, magis prohibētur, quam cum alijs, num.3.

Subueniendum non est his, qui communiter stant in carceribus pro sua culpa, num.4.

Iura loquentia de redemptione captiuorum non habent locum in carceratis ex maleficio, nu.5.

Bona alienari prohibita, & præcipuè mulierum, pro quibus erogari non debeant, nume.6.

Mulier an possit vendere pro liberando viro, & pro eo liberaliter soluere, num.7.

Causa honesta dicitur, quando mulier facit aliquid pro redimendo viro, num.8.

Mulier facilius inducitur ad fideiubendum, quam soluendum, & donandum, num.9.

Mulieres sunt auarissimæ, nume.10.

Redemptio captiuorum an differat à redemptione carceratorum, num.11.

Decreta interponuntur ex aliqua iusta causa, numero 12.

Modicum, & nihil æquiperantur, num.13.

Læsio an sit considerabilis, quando mulier se obligat pro redemptione viri, num.14.

Iuramentum an operetur, vbi est enormis læsio, numero 15.

Dolus præsumitur ex enormi læsione, nu.16.

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, numero 17.

Dolus interuenire re ipsa, vel ex proposito paria sunt, num.18.

Mulier ex æquitate non debet remanere indotata, numero 19.

Mulier quando potest habere regressum in bonis viri non dicitur in totum læsa, num.20.

Quæ sunt in spe, an dicantur debita, & in consideratione, num.21.

Mulier in soluendo, & repetendo, an possit dici læsa, num.22.

Culpa propria considerari potest etiam in carcerato pro debito ciuili, num.23.

Culpa viri carcerati quando toleretur, nume.24.

Altare vnum discoperiri non debet pro coperiendo alio, num.25.

Alienatio fundi dotalis, an semper sit prohibita, numero 26.

Liberatio carceratorum, an sit opus pium, & pro hac causa possit alienari fundus dotalis, num.27.

Viri & vxoris vnitas in quo consistat, nu.29.

Iuramentum non habens in se turpitudinem est seruandum, num.30.

DECI-

DECISIO LXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN proposita quæstione, quę nō semel accidere solet coram Prætore videbatur dicen-
1 dū, quod mulier non possit se obligare pro redemptione sui viri Veronens. consil. 27. super causa, num. 3.

Et vbi posset, quod quæstio huiusmodi, sit in hunc modum distinguēda videlicet. Aut agitur de redimendo viro à captiuitate: aut a carceribus, in quibus, vel pro debito, vel pro maleficio ex propria culpa detinetur.

2 Primo casu potest etiam sine solemnitatibus quia iura prohibitiua in contractibus, quæ ad captiuorum redemptionem celebrantur, relaxantur, vt probatur per text. in l. quamuis, ff. solut. matrim. & Roman. cons. 316. circa propositam consultationē,
3 numero 7. licet huiusmodi obligationes, quæ pro maritis fiunt, magis prohibeātur, quam cum alijs aut. Si qua mulier, C. ad Senat. consult. Maced. vt in term. voluit Tiraquel. in suo tracta. de leg. connubia. glo. 8. num. 285. fol. 508. vbi in præcedentibus, & sequentibus num. plura ponit priuilegia in troducta fauore redemptionis captiuorū. Mich. Palaez. in suo tracta. de maiorit. part. 4. quæst. 1. limit. 4. num. 2. tom. 10. par. 1. fol. 461. vbi plures allegat.

4 Secundo vero casu non, quia non est subueniendum his, qui communiter stant in carceribus pro sua culpa Salyc. Ange. Paul. de Castr. in aut. res quæ cap. commun. de legat. Couar. variar. resol. lib. 2. capitu. 16. numero nono, Melch. Palaez. vbi supra, numero 29. fol. 462. Felyn. in capitulo quæ in ecclesiarum numero 67. de constitutioni.
5 vbi in specie dicit, quod iura loquentia de redemptione captiuorum, non habent locum in carceratis ex maleficio, &
6 quidem rectè, ne bona alienari prohibita, & præcipuè à mulieribus erogentur ad fauorem eorum, qui propria culpa luxuria, & prauis moribus, vel propter crimen in paupertatem, & inopiam, demumque in carceribus inciderunt.

7 Et licet indistinctè contrarium videatur tenendum per ea, quæ in terminis tradunt Bald. consil. 5. Considerata causa lib. 5. Cassane. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 1. in glo. in v... Episcopat. audient. & Barto. in l. sed iuxta ... es in princ. ff. rem pupill. sal. for. de legat. co... Montalbano in suo tracta. de quid quod Bal... ntra curatorem dat. adult. de contractib. gl... 1. fol. 113. Alexan. consi. matiro, numero 27... 14. lib. 5. Cappel. Tho de aut. & consens. con... quæsitum fol. 87. & censuit Thesau. decis... Redemptoris, rito numero 7. & Surd. dec... de arbitr. iutur in carceribus, numero qu... nume. 25. fol. 193. Plura tamen obstant, Pri... retur de Bald. d. consil. 5. lib. 5. fuit in d. op... rum, in illo contractu, super quo consuluit, ... ulrat iuramentum.

Secundò quod Cassan. loquitur secundum Roman. d. cons. 316. qui loquitur de redemptione captiuorum, & secundum terminos aut. siue à me, C. ad Velleia. quæ, & si dicat probare, quod mulier, quę aliàs dotem alienare non poterat, potest alienare pro redemptione suorum: hoc tamen non dicit in meo codice, & vbi id diceret non propterea sequitur, idem esse in viro, de quo non loquitur, & vbi mulier tractat de semetipsa obliganda pro eo, quia & si
8 mulier possit vendere pro redimendo viro à carceribus, vt in terminis probat Hyppolit. Rymin. institu. de donat. §. 1. nume. 378. quia hæc reputatur honesta causa Crot. cōsil. 74. extat statutum in ciuitate Mutinæ, numero 12. lib. 1. & pro eo liberaliter soluere, quia hoc non reperitur prohibitum, sed permissum, nō tamen potest pro eo se obligare, vt dicit Veronens. dicto consil. 27. nu-
9 me. tertio, & quarto, & tanto magis, quod facilius mulier inducitur ad fideiubēdum, quam vendendum, soluendum, & donan-
10 dum ob maximam auaritiam, quæ regnat in eis, l. verum, C. de donat. ante nupt.

11 Tertio quod Tiraq. d. glo. 8. nume. 285. loquitur de redemptione captiuorū, quæ differt à redemptione carceratorum; vt ex vi vocabuli patet, & etiam quia dum loquitur de carceratis propria culpa, adducit plures tenentes negatiuam, vt num. 289.

Quarto, quod Lamberteng. d. gloss. 10, nu. 27. debet intelligi secundum iura, quæ allegat, hoc est secundum Bald. loco citato, in quibus terminis etiam loquuntur Cæph. & Ludouic. & Thesaur. in locis pręcitatis.

Quinto, quod Thesaur. d. decis. 27. num. 7. loquitur de muliere, quę fideiussit pro viro in causa criminali cum iudicis præsen-
12 tia, quæ proculdubio non interuenisset nisi cum aliqua iusta causa, nempe quod ageretur de modica summa, vel tali, in qua nō possit enormis læsio considerari, quia vir promisit

promisit eam conseruare indẽnem, & habebat, vel in spe habere poterat, seu ipsa erit talis, quod sine eius operibus, & psona ipsa, vir, & filij, etiam cum sua dote viuere non poterãt, in quibus casibus tolerabilis adeo est contractus huiusmodi, quod iudex, qui super eo suam interposuit auctoritatem, non potest reprehendi.

13 Vt primum probari posse videtur, quia modicum, & nihil æquiperantur.

14 Secundum, quia vbi adest enormis læ-
15 sio, quod posset considerari, vbi mulier remaneret indotata, vel læsa in maiori parte etiam cum iuramento obligatio, & contractus non subsisteret secundum commu-
✲ nem *opinionem de qua per Gayl. obseru. 77. communis est doctorum opinio, num. 11. & seq. lib. 2. fol. 193. & Thesaur. d. decis. 223. numero 9. qui & si tenuerit contrariũ,
✲ tamen Senatus tenuit, & tenet d. commu-
16 nem *Ratio est, quia ex enormi læsione dolus præsumitur, l. omnes, §. Lucius ff. quæ in fraud. cred. & in l. si superstiti, §. fi. C. de dol. mal. qui per iuramentum sustineri nõ
17 debet, cum iuramentum non debeat esse
18 vinculum iniquitatis, & paria sint dolum interuenire re ipsa, vel ex proposito Gayl. vbi supra numero 12. & seq. sed cum hoc temperamento videlicet. Quod si mulieri remaneret dimidia pars dotis, tunc teneret obligatio iurata pro medietate, & hoc
19 ex æquitate ne mulier omnino indotata remaneat, vt ibi nume. 14.

20 Tertium, quia quando mulier est conseruata indemnis, non potest dici in totum læsa per ea, quæ tradit Bald. in l. 1. in princ. C. ad Velleian. Ange. in l. 1. §. fi. ff. de pigno. & not. in l. 2. C. de senten. quæ sine cert. quã tit. proferunt.

21 Quartum quia quę sunt in spe etiam debita dicuntur, & sunt in consideratione per ea, quę tradit Couar. variar. resol. ut. lib. 2. cap. 16. prope fi. fol. 180. qui & si loquatur de detento ob æs alienum, in quo res non habet regulariter illã dubietatem, quę est in carcerato ex proprio delicto, cum ista ratio possit aliquãdo cadere in carcerato pro criminali, idem in eo dicendum est, præser-
23 tim, quod propria culpa, etiam in carcera-
24 to pro debito potest considerari, quæ toleratur ex causa vtilitatis resultãtis ex sua persona pro filiorum, & vxoris alimentis prouenientibus, ex labore, & industria ipsius viri. licet secus esset in idoneo ad nihil bo-
25 ni agendum, quia tunc non deberet detegi (vt ita dicam) vnum altare pro alio tegẽdo, hoc etenim esset damnum euidens, & notabile, in quo nulla caderet iusta causa, præcipuè vbi totam dotem amitteret.

Et tanto magis quia sic mulier quæreret recuperationem eius, quem non habere melius esset, nam vt inquit Bald. in l. cum ita legatum in versiculo secundo nota pro pe finem, ff. de condi. & demonstra. melius est vxori carere marito, quàm malum maritum habere.

Sextò quod Surd. dicta decis. 86. loquitur de alienatione partis fundi dotalis pro viro excarcerando præter id, quod sibi huiusmodi Senatus decisio non placuit, vt legitur ibi numero 10. & seq. quia certi sunt
26 casus, in quibus permissa est dotalis fundi alienatio, extra quas semper censetur prohibita, etiam si facta sit in causam piam, vt per Specul. in titu. de emptio. & venditio.
27 §. tertio loco, nume. 11. & tamen quamuis liberatio carceratorum sit opus pium, non legitur ob eam causam concessam licentiam alienandi fundum dotalem. Quæ in contingentia facti iudex melius ponderare poterit, vt mulierum indemnitati consulatur.

28 Et si re vera putem mulierem pro viro suo obligare se posse, nam si mulier pro se ipsa, à captiuitate, & carceribus alienare, & se obligare potest vt per Rymin. iun. d. §. 1. Institu. de donat. numero 378. Idem
29 fauore viri dicen. est, cum sint vna caro, vna anima, & socij diuinæ atque humanæ domus, vt quoq; considerauit Crot. dicto consil. 74. extat statutum numero primo, & seq. lib. 1. præsertim accedente iuramen-
30 to, quod, cum non habeat in se turpitudinem, est seruandum; & obligatorium Fed. de Sen. consil. 140. Punctus quæstionis talis est fol. 68.

✲ Sed quia communiter Doctores, vt dictum fuit, vbi est enormis læsio tenent oppositum ab ipsa cum temperamento, de quo supra non esset recedendum, & ita in contingentia facti seruaui, dum venit casus.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LXIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Curator, an teneatur satisdare de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo.

SVMMARIVM.

Curator an debeat dare fideiussorem de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo, etiam si fuerit ad vnum actum tantum, nume. 1.
Cautio de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo de consuetudine, an detur à curatore deputato ad vnum actum tantum, num. 2. *& seq.*
Curator ad vnum actum tantum dari potest, num. 3.
Curator quando est idoneus, an debeat fideiubere, numero 4.
Cessante causa cessat effectus, num. 5.
Statutum quando requirit fideiussorem de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo, an possint omitti, nume. 6.
Idoneus quis dicatur, reliquitur arbitrio iudicis, nu. 7.
Cura data in persona non idonea sine cautione, an sit nulla, num. 8.
Iudex debet admittere idoneum, num. 9.
Consuetudo quæ potest intelligi dupliciter, quomodo sit intelligenda, nume. 10.
Consuetudo est concordanda cum iure communi, quando fieri potest, num. 11.
Iura iuribus concordanda sunt, num. 12.
Consuetudo perniciosa non est tolerabilis, num, 13.
Consuetudo an sit rationabilis remittitur arbitrio iudicis, num. 14.

DECISIO LXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

TAm de iure communi, quã ex forma iuris municipalis curator tenetur cauere de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo, vt primũ probatur in l. de creationibus, C. de Episcopat. audient. & Barto. in l. & si species in princ. ff. rem pupill. sal. for. & Nepot. de Montalbano in suo tracta. de except. in rub. contra curatorem dat. adult. numero 3. to. 3. pat. 1. fol. 113. Alexan. consi. 80. viso themate, num. 14. lib. 5. Cappel. Tho los. decis. 246. Item fuit quæsitum fol. 87. Neuizzan. cons. 17. Christi Redemptoris, numero 64. fo. 141. & Menoch. de arbitr. iudic. casu 150. dubitari sæpissimè nume. 25. lib. 2. cent. 2. fol. 164. Etiam si ageretur de curatore dando ad vnum actum tantum, nam vt inquit Alexan. cons. 163. aliàs cõsultus reponendi, nu. 2. lib. 5. curator datus ad certum actum debet cauere, sicut etiam alius generalis curator.

Secundum vero in statuto Maceratensi rubr. 20. de ciuil. fol. 15. sed quia de consuetudine quando datur curator ad vnum a-
3 ctum, quod fieri potest secundum. Bald. in l. mulier in princ. C. de iur. dot. & Paul. de Castr. in dicta l. & si species in principio, nõ dari cautionem præfatam affirmabatur.

4 Dicebam, quod aut curator est idoneus, & tunc actus valet, & tenet, quia quando, a lege exigitur fideiussio ex causa tolũ, vt res salua sit idoneus non tenetur fideiubere, l. testamento 17. ff. de testam. tute. & Rymin. iun. consi. 812. controuersia vertitur, num. 12. & seq. lib. 7. fol. 201. & seq.

5 Nam cessat cã propter quam lex fideiuberi iubet, vt probatur in l. legitimos tutores, ff. de legit. tut. & in l. quicũq; ad emphyteosim, C. de fund. patrim. la 2. lib. 11. & per Rip. in l. si quis ab alio, nu. 4. & seq. ff. de re iud. fol. 51. etiam stante statuto requirente
6 satisdationem, Bart. in d. l. quicunq; ad em-
7 phyteosim, nu. 1. qui autem in his terminis dicatur idoneus relinquitur arbitrio iudicis secundum Bald. in d. l. mulier in prin. in vers. vnde videtur de substantia, C. de iure dot. qui propterea dicit non esse de substãtia satisdationis tutelæ, & curæ necesse, qd patrimonium tutoris, vel curatoris, & fideiussoris valeat quantum valent bona adulti, vel pupilli in quibus per modum alienationis interuenit auctoritas.

8 Aut non est idoneus, & tunc actus non valet tanquam factus cõtra formam iuris, & statuti etiam stante præfata consuetudine, quæ debet intelligi de curatore ido-
9 neo, ne eodem tempore dicatur iudicem admisisse non idoneum, & fecisse litem
10 suam, & consuetudinem quæ potest intelligi secundum ius commune debere intelligi contra ad damnum pupillorum, & minorum, quibus plurimum iura faciunt.
11 Nam quando consuetudo potest concordari

cordari cum iure communi illud est faciẽdum, vt probat Rocc. Curt. in suo tract. de statut. section. 7. numero 27. tom. 2. fo. 369.
12 Nam iura iuribus concordanda sunt cap. cum expediat de electis: & elect. potestat. l. l. vnica, C. de Inoffic. dot. præfertim, quod
13 huiusmodi cõsuetudo tanquam perniciosa esset intolerabilis, & sic à iudice pluri-
14 mum ponderanda, cum de hoc eius stetur arbitrio. Rocc. Curt. in dicto suo tracta. de statu. section. 7. numero 24. fol. 2. fol. 369.

Et cum, vt supra semper interpretatus fuerim dictam assertam consuetudinẽ idoneos tantum ad tutelam admittere cõsueui facta scilicet per eos prius promissione de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo ad formam iuris.

Laus Deo, & B. Maria semper Virgini.

DECISIO LXIIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Reficiens pontem ligneum de lapidibus post nunciationem noui operis, an dicatur attentare.

SVMMARIVM.

Nunciatio proueniens à iudice inhibito potest sperni, num. 1.
Lis non dicitur pendere coram iudice incompetenti, num. 2.
Lis coram incompetenti non facit attentata, numero 3.
Nunciatio noui operis minus legitima non est in consideratione, nume. 4.
Reficienti nouum opus nunciari non potest, nec opponi de attentatis, num. 5.
Nunciatio noui operis habet vim inhibitionis, numero 6.
Nunciatio noui operis est quædam prouocatio, seu extraiudicialis appellatio, num. 7.
Nunciatio noui operis siue iusta, siue iniusta est timenda, num. 8.
Aedificans spreta nunciatione noui operis tenetur demoliri proprijs expensis, nu. 9.
Nunciatio quando constat de non iure nunciantis debet remitti, num. 10.
Dilatione pendente nihil est innouandum, numero 11.
Appellatione pendente nihil est innouandum, numero 12.
Attentata offendunt iudicem, legem, & partem, numero 13.
Recessum quando dicatur ab inhibitione, numero 14.
Præsentia, patientia, & taciturnitas, an inducant consensum, num. 15.
Approbare, & confirmare, qui dicatur, num. 16.
Consensus expressus requiritur in re graui, nu. 17.
Aedificari aliquid non potest in loco publico, numero 18.
Inhibitio debet intelligi rebus sic stantibus, numero 19.
Nunciatione noui operis succurritur aduersus futura opera ne fiant, num. 20.
Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, numero 21.
Intentio cognoscitur ex verbis, num. 22.
Verba sunt notæ passionum animæ, num. 23.
Animus ex loquela indicatur, num. 24.
Non entium nullæ sunt partes, num. 25.
Inhibitio qualibet, an tollat iurisdictionem, numero 26.
Præceptũ quodlibet iudicis, an tollat iurisdictionem, numero 27.
Præceptum, an resoluatur in vim simplicis citationis, num. 28.
Iudex, an dicatur attentare appellatione pendente, nume. 29.
Opponi an possit de vitio, quo quis laborat, numero 30.
Dolus incipiens à reo conuento, quid operetur, numero 31.
Nunciatio noui operis potest fieri etiam per partem, num. 32.
Voluntas probatur etiam ex actu nullo, numero 33.
Quod non substinetur vno modo, valet alio, numero 34.
Quod non valet de rigore, valet de æquitate, numero 35.
Reficere quis dicatur, num. 36.
Refectio, quando est utilis communioni non potest prohiberi, num. 37.
Aedificatio noua, & non refectio dicitur, quando destructo Ponte ligneo efficitur lapideus, numero 38.
Forma noua dat nouum esse, num. 39.
Sagimen comedere, an liceat illis diebus, quibus licitum est comedere oua, num. 40.

Lega-

Legatum qu.edrigæ, quando pereat, num.41.
Statuta, qui facere non possit, num. 42.
Reficere quid sit, num.43.
Nunciatio noui operis quando non procedit, numero 44.
Fauor publicus quid operetur, num. 45.
Iudex reducens præceptum ad viam iuris videtur dicere se competentem, nu.46.
Precepto nunciationis noui operis resoluto, an possit agi coram eodem iudice, num.47.

DECISIO LXIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

NOtari⁹ Ioseph de Hieronymis, cum refecisset certum Pontem ligneum, quem hẽbat iter duas eius domus super via publica spreta nunciatione noui operis sibi facta ad instantiam filiorum, & hæredum q. Fabij Cõpagnonl, & litis consortis fuit dubitatum, an sibi licuerit absq; vitio attentatorum id facere.

Et videbatur dicendum, quod sic; quia
1 vt ex actis apparet huiusmodi nunciatio
1 tanquàm proueniens à iudice inhibito per
A.C.& sic nulliter, capit.non solum de appellat. in 6.potuit sperni, cum coram iudi-
2 ce incompetenti non dicatur causam pendere. Ang. cons. 195. Domina Guiglielma colum.2.nu...vers.descendo ad secundum, & Lancellott. de attent.lite pend.cap.4.nu. 50.to.5.fol.302.nec litem facere attentata, vt tradit Ferrett.cons.25.visis in prin. lib. 1. & Lancellott.vbi supra, num.52.præsertim
4 cum nũciatio noui operis minus legitima non sit in consideratione secundum gl. in l.1.ff.de oper. nou. nunciat. in verbo legitimam in littera G.
5 Et reficienti, vt in casu isto nouum opus nunciari non possit l.1. §.si quis ædificium vetus vbi Bart.in princ.& in l.de pupillo, §. si quis riuos, vel cloacas, ff.de nou.oper.nũciar. Veronens.de seruit.vrban.præd.ca.59. de referente to.6.p.2.n.202. & Brun.in suo tracta. de refect. conclus.3.nume.13.to.17. fol.386.nec opponi de attentatis, & innouatis, vt per Lancellot.d.c.4.limit.1.nu.39.fo. 322.Quia de iure pons ligneus potuit refici lapideus, vt factum fuit, per ea, quæ habentur in l.Seruius, §.1.ff.de riu.vbi ad litteram dicitur (Seruius, & Labeo scribunt, si riuũ, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam nõ continebat ementium velit facere, audiendum esse, sed & si eum riuum, qui structilis fuit, postea terrenũ faciat, aut partem riui, æquè nõ esse prohibendũ mihi vr̃ vrgentes & necessarias refectiones esse admittẽdas.)

Et vbi dictum nouum opus nunciari potuisset, obstat reuocatio talis præcepti nunciationis factę per eundẽ iudicem, qui illud concessit ad instantiã d.rei conuenti, prout in actis, & sic cessant oĩa attentata, quæ prætendi & allegari possent.

Sed contrariũ informante pro parte dd. de Compagnonibus, D. Gabriele Pelicano I.C.excellẽti censuit Rota, quia in casu isto possunt considerari attentata tribus capitibus, nempe nunciatione pendente, dilatione pendente, & appellatione pendente.

Vt de primo patet ex d.noui ope. nũciatione legitimè, & per competentem Iudi-
6 cem facta, vt infra dicetur, quę cum habeat vim inhibitionis, vt dicit Lancellott. de attentat.c.28.in tit.de senten.in cau. attentat. feren.num.63.to.5.fo.447.ipsa pendente, si quid fuerit innouatum, venit retractãdum per viam attentati.Bald.cons.245.proponitur nu.2.lib.2.& Lancellot. vbi supra n. 64.
7 cum nunciatio noui operis sit quædã prouocatio, seu extraiudicialis appellatio, vt in terminis scribit Ferrat. cautel. 58. nume.1. & 6.textus sunt expressi fol.118. quæ, vt ibi
8 d.num.1.per tex.in l.1.ff.de nou. oper. nũc. siue iusta, siue iniusta semper est timenda, & ligat Ias.in l.1. §. hoc autem edictum, ff. de nou. oper.nunc. licet vt ibi ex post facto
9 debeat remitti quatenus appareat de nunciantis non iure, in tantũ, qđ si quis ea spreta ædificet, cogitur demoliri siue iure, siue non iure ædificauerit, ẽt antequã cognosca
10 tur, an iure, vel non iure id fecerit. Paul. de Cast.in l.1.§.hoc aũt edictum, ff.eod.n.4.& Ias.in d.l.1.n.20.expensis.s.ipsius, q tenetur ad demolitionẽ, vt inqt Pau. de Ca.vbi sup.
11 De secũdo, quia pendente termino, seu dilatione octo dierũ assignat.in d.asserta inhibitione A.C.præsentata Domino iudici, de cuius mandato fuit d. reo nunciatũ nouũ opus, nihil poterat innouari, vt fuit factum fabricando d. Pontem Franc.in c.per sonas nu.16.de appell.Lancello. de attenta. dilat. pend. c.7. nu.1.to.5. fol.341.etiam de consensu partium, vt ibi num. 5.

De tertio, quia introducta lite corã asserto iudice inhibito, qui postea pronunciauit in tali cã sub die 10.Iunij 1597.ad fauorẽ d. rei conuenti prout late in ea, ad quam &c.
12 pendente appellatione interposita à d.sñia pro parte dd. actorũ ædificauit d. pontẽ attentando, & innouãdo, quod fieri nõ poterat d.c.non solum de appellat.in 6.Franc.in

rubr. de appellat. in princ. cum simil. vulg.
13 quia sic offenditur, lex iudicium, iudex, &
pars, Rota Auinion. dec. 8. Possunt num. 2.
immo, vt cēsuit Rota in nouis. decis. 2. aliàs
13. fuit dubitatum vtrum, n. 1. de restit. spo-
liat. fo. 36. licet offendatur pars maior, tamē
est offensio iudicis, cuius officium contem
nitur, & legis, quæ prohibet, ne lite penden
te aliquid innouetur.

Ex quo potest considerari vnum funda-
mentum nō parui ponderis in præsenti cā,
14 videlicet qđ per introductionē hmōi cau-
sæ coram asserto iudice impedito per d. in-
hibitionem, seu præceptum, & per expedi-
ctionē subsecutā, vt supra reo non reclamā
te, dicatur in totū recessum, à pretensa inhi
bitione, seu præcepto A.C. & quidē expres-
sè cum ipse reus conuentus sua iura allegā-
do fuerit præsens dictæ sentētiæ, per ea, quę
ponit Franc. in ca. cum teneamur de appel-
lat. num. 5. fol. 21. præcipue, quod cū aduer-
sus eam nihil dum esset præsens, opposue-
15 rit, videtur illam approbasse, quoniam prę-
sentia, patientia, & taciturnitas tacitum cō-
sensum execrantur, l. qui patitur, ff. manda.
l. 2. C. de remissio. pign. l. quidā, ff. de euict.
16 quia quotiescuuq; quis cōtradictione sua
actum, de quo tractatur impedire potest, &
non impedit, eūdem in dubio approbasse,
& confirmasse censetur, etiam si taceat, do-
lo, vel in fraudem Ias. in §. item seruiana in-
17 stit. de action. numero 55. fo. 100. licet in re
graui expressum consensum requiri affir-
met Corset. in suis sing. in verbo compro-
missum, num. 2. fol. 143. saltem ex eo, quod
continebat eius vtilitatem, & fauorem gl.
in l. qui patitur in verbo non dicas, ff. man-
dat. Alexan. cons. 80. viso processu num. 11.
lib. 4. & Cagno. in l. semper 60. ff. de reg. iu.
in princ. Præter id quod fabricatio prętensa
videbatur habere de directo contra ædictū
Prætoris, de quo in l. 1. ff. ne quid in lo. pub.
quod tanto magis auget vitium eius, quod
fuit attentatum; & innouatum.

Non obstat primum obiectū dum dice-
batur nunciat. noui operis obtentam à dd.
actoribus de mandato asserti iudicis inhibi
ti, vt supra, & sic incompetentis, non affice-
re d. reum conuentū; cui opus nouum fuit
nunciatum, quia pluribus modis rñdetur.

Primò, quod per assertam inhibitionē,
seu præceptum intimatū d. iudici de man-
dato d. A.C. sub die 23. Maij 1297. in qua p̄-
cipitur eidem, & dd. actoribus, cæterisq; in
ea nominatis sub pena 500. ducatorū auri,
& quatenus opus sit excommunicationis,
vt desistant ab oībus, & singulis molestatio
nibus, & impedimentis ipso instanti super
d. Ponte, ac illius restauratione, ac cōmoda
tione, ac fabricatione, vsu, & gau itu de fa-
cto, & extraiudicialiter illatis, præstitis, &
factis, dandisq; & inferendis in futurum, &
non molestent quoquomodo de cętero su
per d. Ponte, illiusq; restauratione, fabrica-
tione, & reaptatione, non dicitur d. iudici
sublata facultas nunciandi nouū opus, quia
de eo nihil dicitur in d. asserta inhibitione
19 Auditoris Camerę, præsertim, qđ d. inhibi-
tio dēt intelligi rebus sic stantibus, quib. al-
teratis prout factū fuit per d. reū ædificādo
20 sæped. Pontem non pōt dici clausa via nū-
ciandi nouum opus, per quam succurritur
aduersus futura opera ne fiant Pau. de Cast.
in d. l. 1. §. hoc aūt edictum, nu. 19. ff. de nou.
ope. nunc. & sic prouidendi indemnitati d.
21 actorum, nam quę de nouo emergunt, no-
uo indigent auxilio c. pastoralis de except.
l. 1. ff. de inspic. ventr. cum simi lib. vulgat.

Et tanto magis, quia intentio A.C. inhi-
bentis, seu præcipientis, vt supra fuit ad hoc
ne d. reus molestaretur, vt demōstrant ver-
22 ba ipsius, ex quib. intentio cognoscitur, cū
nullum sit magis mentis humanæ testimo
nium, q̄ qualitas inspecta verborū Bal. in c. 1.
23 de test. nu. 1. cum verba sint notæ passionū
animæ l. Labeo ff. de supel. lega. & ex loque
24 la hominus eius iudicetur. Rol. à Val. cōsi.
61. quoniam duæ factę lib. 2. n. 9. f. 131. quæ
non pōt extendi ad nūtiantem nouū opus,
qui nihil aliud quæsiuit, & implorauit, nisi
qđ sibi succurreretur de d. remedio iuris ad
uersus futura opera, quę cōprobari videtur
ex illis verbis inhibitionis, seu præcepti, dū
concedit mandatū de manutenēdo, quod
nō pōt verificari, nec extendi respectu eius,
quod non erat in rerū natura, sed solū respe
ctu illius possessionis Pontis lignei in qua
25 existebat, quia non entium nullæ sunt par-
tes l. eius qui in prouincia ff. si cert. pet.
26 Præsertim, quod ad tollendā iurisdictio-
nem non sufficit, quælibet inhibitio; sed il-
la tantum, quæ canonicè obtenta fuit nēpè
præuia causę cognitione, & citata parte Co
uar. pract. quæst. c. 24. nu. 3. fol. 469. Paris. cōs.
172. in causa n. 15. lib. 4. Ruy. cons. 61. in lite,
nu. 28. lib. 5. Rol. cons. 77. viso n. 24. lib. 2. Pe-
dem. decis. 5. certo die nu. 7. vers. nō obstat,
cum cæteris allegatis per Lancellot. de at-
tent. c. 20. de attentat. post inhibitionem li-
mit. 1. tom. 5. fol. 413. & Eug. consil. 75. ex
his quæ numero sexagesimo nono, & seq.
fol. 205. qui latè declarat, quæ dicatur cano-
nica inhibitio.
27 Nec quodlibet præceptū iudicis, ēt cum
clausula, si senseris te grauatū, qñ fuit cōces
sum absq; causę cognitione & ex abrupto,
nisi

nisi certis casibus, vt est quādo esset fūdatū in iure cōi, vt in casu l. de pupillo, §. meminisse, ff. de oper. nou. nunc. Quintil. Mando. in suo trac. de monitor. q. 17. nu. 7. to. 3. p. 2. fol. 62. Imò vt ibi, nec poterit tanquā in inualidū à principio resolui in simplicem citationem. Innoc. in c. tua, num. 7. ff. de cohabita. clericor. & mulier, fo. 144, quia esset præposterare ordinem, & ponere currum ante boues.

Et sic quocunq; noīe appelletur d. obsta culū Auditoris Cameræ vtroq; casu apparet non esse attendendum, nec recipere tātam exorbitantē, ac extrauagantē extensionē in damnum tertij, de qua nō cogitauit, nec cogitare poterat, cū eius intētionis sit, prout esse debet cuiuslibet recti iudicis nō tollere alicui ius suum.

2 Secundo dicitur d. iudicem in cōcessione d. nunciationis noui operis ad fauorem dd. actorum nō attentasse, & innouasse, cū id fecerit ad fauorē eorū, quibus iam erat cōcessa dilatiō, de qua in d. inhibitione, seu præcepto A.C. per ea, quæ tradit Bero. cōsi. 116. pendente appellatione, n. 5. lib. 3. f. 336. & Lancellot. de attentat. dilat. penden. d. c. 7. nu. 14. & seq. attamen super hoc non insisto, cum in huiusmodi fundamēto videtur latere nescio quid æquiuoci. Et vbi attentasset, quia in eadē fouea incidit d. reus conuētus ædificando in spretum d. nunciationis 30 nō potest modo per eum opponi de vitio 31 quo ipse laborat, & auctor fuit. Imò cum dolus inceperit ab ipso reo conuento, qui statim habita d. inhibitione, & præcepto cœpit ędificare dī penitus exclusus p ea, q̄ tradit gl. fi. in cap. dilecti de except. & text. in c. intelleximus de adult. & stupr. siue id contingat agendo, siue excipiēdo. Rodo. in suo tract. de reb. eccl. non alien. q. 77. ca. 6. nu. 8. f. 405. præcipuè cum respectu huius incidētis esset iudex ordinarius, & competens, & fecerit actū, qui etiam poterit fieri per par- 32 tem, quæ absq; Prætoris additione potest nunciare nouum opus l. 1. §. nūciatio, ff. de oper. nunc. & ibi Bal. & Paul. de Cast. nu. 1. 33 quo casu constito de volūtate eius, qui nūciauit, quæ etiam ex actu nullo probari pōt l. Paulus, ff. de reb. eor. quæ sub tutel. Rom. conf. 179. amplissime Doctor, nu. 11. Dec. consi. 172. in causa venerabilis, nu. 1. in versi. Idem tamen est, & in ista fo. 184. quod non 34 substinetur vno mō, substinetē alio Bart. in l. de pupillo n. 4. ff. de no. ope. nūc. vbi quod non valet de rigore, valet de æquitate.

Non obstat secundum obiectum de reficiente, cui nouum opus nunciari non potest, nec moueri iudicium attentatorum.

36 Nam respondetur, quod non dicitur reficere, qui pontem ligneum facit lapideū; sed de nouo ędificare, vt in terminis probat tex. in l. 1. §. si quis, ff. de riu. & Seysel. in l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. nu. 3. vbi dicit, quod cum duo fratres haberent turrim communem factam, à media parte infra ex lateribus, & lapidibus, & vellet vnus fratrum illam totam facere lateritiam, quod secundum opinionem Bald. per eum relati, non potest inuito socio, quia dicitur nouam turrim facere, licet ipse in terminis socij eā nō 37 approbet, quia q̄n refectio est vtilis cōioni non potest prohiberi secundum gl. cōmu- * niter approbatā in l. Sabinus in verbo not. regulam littera L, ff. commun. diuidun.

38 Et quod dicatur noua ædificatio, & non refectio, eo quod penitus destructo Ponte ligneo fuit ædificatus Pons lapideus, in terminis probat tex. in l. quid tamen 10. ff. qui bus mod. vsusfruct. amittatur, & in l. seruitutes 19. §. sublatū, ff. de seruit. vrban. prędiaf. in l. quo minus, ff. de flumin. n. 184. Abb. in c. consuluit n. 3. de iud. Fel. in c. cū accessisset de constit. in versi. hæc, & similia n. 33. & Brun. in suo tract. de refect. conclu. 2. n. 7. & seq. to. 17. f. 386. vbi nu. 8. reprehendit lo. de Anan. in d. c. consuluit de iud. dum voluit illū textū, qui phibet nouas synagogas fieri à Iudæis, & veteres refici, intelligi, q̄n veteres sunt ex toto destructæ, puta quia solū fuit occupatū aqua fluminis, vel submersione in abyssū. ratio multiplex esse potest.

39 Prima, quia noua forma dat nouū esse, l. qui vsumfructum, ff. de vsufruct. & mutata forma mutatur substantia secundū Abb. & Doct. in d. c. cōsuluit ad illud, quod dixit gl. in c. admonere 33. q. 2. & ī c. presbyter 82. q. 40 dū dicunt licitū esse comedere sagime illis diebus, quib. licitū est comedere oua, licet tunc non sit licitū vti carnibus, quasi mutādo formam, videatur rei substātia mutata, vt per Io. de Ana. in c. cōsuluit 7. n. 2. de iud. & Brun. vbi sup. n. 2. & 3. & perēpta forma perit ipsa rei substantia, & consequenter dispositio, quo ad ea, quæ sunt in potestate, & arbitrio disponentis l. peculium, §. quadrigæ, ff. de legat. 2. vbi mortuo vno equo qua 41 drigæ definit esse quadriga, & perit legatū quadrigæ, nam vt ibi post gl. dicit Bal. quilibet equus quadrigæ dat ei formam, & remanentibus illis tribus tantum equis, vel minoris numeri non est amplius quadriga, vt per Brun. vbi supra, qui dat etiam alia exempla concluf. 1. 2. memb. numero 35. fol. 392.

42 Secundo quia natura non pōt facere, vt id quod est destructū, & tandē reparatū, fi-

M 3 idem

idem numero, & quod accidentia restituta non sint eadem numero, vt inquit Bal. in l. homo liber ff. de stat. hom. & per Brun. in d. suo tract. de refect. conclus. 4. num. 17. to. 17. fol. 386. nam natura recipit facilius proprium esse, quod notabile dicit Bal. lo. cit.

43 Præter id, quod huiusmodi noua ædificatio refectioni conuenire impossibile est, cũ reficere sit, quod corruptum est, ad pristinum statum reducere, l. 1. §. reficit, ff. de vi. pub. vt bene ex loci inspectione fuit visum eo quod huiusmodi Pons non apparet ædificatus sub eadem forma, & in illomet spatio, in quo apparebant vestigia alterius, saltem quo ad altitudinem, vt demonstrat fabrica arcus, quæ antea per põtem ligneum non repræsentabatur, prout nec repræsentari poterat, cum esset in trabibus positis super via pub. inter vnam domum, & aliam ipsius rei conuenti, vt videbatur necessariũ secundum dicta iura, & tradita per Bero. cons. 144. in causa, quam habet nu. 15. lib. 3. vbi reficere importat, quod opus sub eadẽ forma altitudine, latitudine, & longitudine fieri debeat, & prout antea erat constructũ, nõ autem, vt dilatet, aut perducat, aut deprimet, aut exageret, & sic vbi Pons posset dici refectus, refectio huiusmodi debet intelligi de illa, per quam prior forma non mutatur l. Seia, ff. de aur. & arg. legat. capit. proposuisti 82. distinct. Brun. in d. suo tract. de refec. conclus. 5. nu. 54. fol. 388. cum propriè refectio secund. eund. d. conclus. num. 52. sit de re non destructa, qui vlterius dicit sic procedere iura dicentia reficientem nõ dici nouũ opus facere, & quod impropria est locut. o, quando aliter reperitur, quo fit vt valeat nunciatio noui operis secundum Ias. in d. l. quo minus, nu. 184. & Brun. in sæped. eius tract. de refect. conclus. 4. nu. 16. fo. 386. Ceph. cons. 732. extra nu. 19. lib. 5.

44 Non obstat tertium obiectum de allega ta l. seruius, §. 1. ff. de riu. quia loquitur de riuis, in quibus non datur nunciatio Ias. in l. 1. §. hoc autem ædictum, ff. de nou. oper. nũc. Immo hoc est speciale, prout quoq; est in refectione cloacarum propter interesse publicæ vtilitatis, vt in terminis respondet Ias. in d. l. quominus, ff. de flumin. n. 183. & seq.

45 nam hmõi publicus fauor, & interesse operat, qđ facta cõtra publicã vtilitatẽ non sint timenda, sed sperneñda, vt inquit Bal. in d. l. de pupillo, §. si qs riuos, ff. de nou. ope. nũc.

Non obstat quartum, & vltimũ obiectũ dum opponebatur de asserta reuoc. d. nunciat. per iudicem factæ, quia iudex, vt ex lectura d. decreti legitur, nõ simpliciter reuocauit, sed d. præceptum reduxit ad viam iu-

46 ris, quo casu videtur dixisse se iudicẽ cõpetentẽ, & velle videre cãm, prout subsequẽs euentus comprobauit, quia comparẽtibus d. partibus coram eo fuit lata sñia ad fauorem d. rei conuenti, vt sæpe fuit dictum.

Ex quo pariter colligitur non posse reuocati in dubiũ competentia d. iudicis, cũ d. decretum reuocatorium cũ d. clausula reductoria ad viam iuris fecit transitum in iu-

47 dicatum, & potuerint actores causam hãc agere coram d. iudice, prout fecerunt ẽt resoluto d. præcepto nunciationis, per ea, quę tradit Paul. de Cast. in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de nou. oper. nunciat. nume. 5.

Laus Deo, & B. Maria semper Virgini.

DECISIO LXV.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Appellatio quando est admissa si, & in quantum, an dicatur iudicem à quo perseuerare in iurisdictione.

SVMMARIVM.

Appellatio ab interlocutioria, an detur in ciuitate Ancona, nume. 1.

Iudex admittendo appellationem abdicat à se omnẽ iurisdictionem, num. 2.

Clausula si & inquantum, quid operetur in admissione appellationis, num. 3.

Interlocutoria an possit reuocari, post quam fuit ab ea appellatum, num. 4.

Iurisdictio an suspenditur, quando appellatur ab interlocutoria, num. 5.

Appellatione ab interlocutoria admissa, an possit interlocutoria reuocari, num. 6.

Appellatur à pronuncia lata contra casum legis, n. 7.

DECISIO LXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini dixerunt esse inhibendum iuxta petita per Marinum Gundulæ Anconitanum contra Christophorum Forensem, quia licet ab interlocutoria, etiam habẽte vim diffinitiuæ, non

non detur appellatio ex forma statuti dictæ
2 ciuitatis capitu.27.collat.2.lib.2.id non pro
cedit quando iudex eam admisit,quia tunc
abdicat a se omnem iurisdictionem, capit.
cum appellationibus de appellat. in 6.
3 Nec dicatur, quod saltem virtute illius
clausulæ,si & inquantum dicatur perseue-
rare iudex à quo in iurisdictione, quando
appellatio de iure non erat admittenda per
ea quæ tradunt Roman.consi.101. vt decla
rationem numero 3.fol.36.Rolan.cõsi.77.
viso,& bene intellecto,nume. 18.lib.2. fol.
176.Natt.consi.566.iuxta sententiam,nume
ro quinto,lib.3.fol.105.Gratian. consi.103.
in præsenti causa, nume. decimoseptimo,
lib.primo,fol.120. Pedemon.decis.5. certa
die,numero nono,& decimo, fol.28. Lan-
cellot. de attentat. appellat. pendent.limit.
1.numero 83.tom.quinto,fol.359. & Con-
tard. in l.vnica, C.si de moment. possess. li-
mit. 13. numero decimoseptimo, fol.195.
quia id nõ procedit in interlocutoria Rot.
Bononiens. decis.1.in fi.vnde practici iudi-
4 ces,vt ibi vtuntur verbis negatiuis,ratio est
quia poterat illud grauamen reuocari cap.
cum cessante de appellat. etiam partibus
contradicentibus interposita appellatione,
5 ac elapsis decẽ diebus, quia per appellatio-
nem ab interlocutoria non suspenditur iu-
risdictio iudicis à quo in reuocando; vt pri-
mum probat Franc. in dicto capitulo cum
cessante de appellat.numero quarto, f. 66.
& secundum numero octauo, fo. eodem.
6 Et si adeo suspendatur eius iurisdictio post
appellationis admissionem, quod non po-
test suam interlocutoriam amplius reuoca
re; cum iurisdictio totaliter sit transfusa in
iudicem ad quem dicto capitulo, cum ap-
pellationibus de appellat. in 6. Franc. in di-
cto capitulo cum cessante numero 14. fol.
67.Rot. decis. 49. alias 363. ex hoc insurre-
xit numero quarto,fol.67.etiam de consen
su, & voluntate partium, nisi per superio-
rem renunciatur, vt per Rotam ibi.
7 Præterea vbi appellationi locus non fuis
set,illa videbatur admittenda, ex eo, quod
prima facie dicta pronuncia apparet lata
contra casum statuti dictæ ciuitatis Anco-
næ lib.2.capitu. 103. quo forenses ad fideiu
bendum arctantur, notorietate enim iniu-
stitiæ fit appellabile, quod aliàs nõn esset
tale,vt dicam infra decis. 76. à sententia la-
ta numeto 18.& seq.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXVI.

LAVRETENSIS.

ARGVMENTVM.

Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria,vel diffinitiua, & possit ab eodem iudice reformari, ac contrario Imperio tolli.

SVMMARIVM.

Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, vt plurimum est diffinitiua,num.1.

Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij præsumitur lata ex defectu probationis,nume.2.

Expensarum condemnatio quando fuit omissa,victus dicitur ab expensis absolutus,num.3.

Sententia interlocutoria, si non fuit petita reuocatio ead. die vel sequenti, an possit contrario Imperio tolli, num.4.& 18.

Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij regulariter est interlocutoria,licet aliquando possit esse diffinitiua,num.5.

Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij,si ab ea fuit appellatum,potest contrario Imperio tolli, numero 6.

Iurisdictio non suspenditur per appellationem ab interlocutoria,num.7.

Coniecturis non est opus in claris, num.8.

Victus victori an debeat condemnari in expensis,quã do quis absoluitur ab obseruatione iudicij d. nume. 1.& 9.

Notoria iniustitia parit nullitatem, num. 10.

Sententia quando est nulla, an possit de nouo pronunciari, numero 11.

Sententia nulla non est sententia, & qui nulliter iudicauit,dicitur non iudicasse,num.12.

Sententia an sit nulla quando fit absolutio ab expensis sine expressione causæ,n.13.

Et quid quando fuit omissa expensarum condemnatio sine causa num.14.

Appellatio ad quid fuit inuenta, numero 15. & seq.

Sententiæ bene latè quandoque in peius reformantur, nu. 16.

Sententia nulla quando est confirmata, an cesset vitio nullitatis, & quid quando constat de iustitia causæ, & summa est infra centum, num. 17.
Constitutio Marchiæ cap. 12. lib. 6. quando habeat locum, num. 19.
Verba constitutionis cui non conueniunt, nec etiam conuenit eius dispositio. num. 20.

DECISIO LXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Dominus iudex à quo die 25. Iunij 1598. absoluit ab obseruatione iudicij Franciscũ de Ambrosinis in causa quam habebat cum Reuerendo D. Nicola Micochio omissa expensarũ condemnatione, a qua pronuncia cum fuerit per d. Franciscum appellatum, & præcisa repositione per eundem Iudicem, à quo die 27. dicti mensis Iunij confirmata dicta absolutoria ab obseruatione iudicij cũ condemnatione expensarum iuxta tradita per Dec. consil. 34.

Pro tenui facultate mea in fi. & alios, de quibus per Borg. decis. 7. num. 1. & sic reparatum prætensum grauamen, ob quod fuit appellatum appellatione interposita pro parte d. Reuerendi Nicolai ab huiusmodi repositione, & expensarum condemnatione.

Dubitatum fuit an de iure sustineri possit.

1 Ratio dubitandi fuit, quia si dicta pronũcia, vt plurimum est diffinitiua, non interlocutoria Paris. cons. 67. si tenemus nu. 1. lib. 1. fol. 132. quia præsumitur lata ex defectu
2 probationis gloss. singularis in l. si quis ad exhibendum 18. littera R, ff. de except. re. iud. Lanfr. in capi. quoniam, contra de probat. in verbo interlocutoria, numero 43. fo. 78. Couat. var. resolut. lib. 1. cap. 1. in versic. tamen sententia absolutoria, num. 8. fol. 5. qui testatur de communi, & Magon. decis. Lucan. 32. Saluator nume. 56. fol. 119. non potuit, vt factum fuit alterari, nec in aliquo mutari, quia ex eo quod victus nõ fuit con-
3 demnatus in expensis censetur absolutus, l. terminato, vbi Doctor. C. de fruct. & litium expen. Lanfr. in suo tract. de expen. nu. 15. fol. 99. Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra numero septimo, C. de iudic. & Afin. in sua prax. iudicial. §. 32. limit. 22. folio 214.

4 Si est interlocutoria cum non fuerit petita reuocatio eadem die, vel sequenti ad form. Constitu. March. cap. 12. lib. 6. f. 382. Idem Firman. videbatur.

5 Licet contrarium magis verum visum fuerit, nam cum absolutio ab obseruatione iudicij regulariter sit iterlocutoria Paul. de Castr. in l. Iulianus, numero 8. ff. de condict. indeb. Franc. in cap. cum cessante, nu. 60. de app. fol. 69. Firm. in verbo sententia interlocutoria & Marant. in suo spec. par. 6. & demum fertur sententia numero 33. fo. 396. & non possit in præsenti specie esse diffinitiua, quia non imponit finem causæ. Franc. in dicto cap. cum cessante, nume. 60. de app. Ias. in l. admonendi, numero 80. ff. iur. iuran. fol. 101. Man. d. decis. 32. num. 55. Borgn. decis. 7. fuit motum iudicium, nu. 4.
6 vt clarius demonstratur ex eo quòd expresse reseruat ius melius agendi potuit contrario Imperio tolli, l. quod iussit ff. de re iudic. cum fuerit ab ea appellatum, Bellamera decis. 424. si iudex appellationis, & Fely. in cap. ex parte, numero 10. in vers. quia fal-
7 lit de rescript. fol. 95. quia vt dixi supra decis. 65. Domini dixerunt numero quinto, per appellationem ab interlocutoria non suspenditur iurisdictio iudicis à quo in reuocando.

Non obstat, quod pro ratione dubitandi primo loco opponebatur, quia cum ex facto clare constet, vt supradictum fuit dictã absolutionem ab obseruatione iudicij esse meram interlocutoriam cessat allegata præ-
8 sumptio in contrarium, maximè quod in claris non est opus coniecturis.

Et tantò magis, quia etiam vbi esset diffinitiua idem dicendum foret, nam cum absoluendo ab obseruatione iudicij saluo pere melius agendi absque condemnatione expensarum dicatur fecisse notoriam
9 iniustitiam, quia de iure Victus Victori, vt dictum fuit condemnanti debet in expen-
10 sis, quæ parit nullitatem, vt dixi supra decis. 32. num. 8.

11 Potuit huiusmodi sententia mutari, & etiam cõtrarium pronunciari, vt dicit Bal. in l. hæc sententia, numero 4. in secunda lectura, C. de sent. quæ sine cert. quantit. qui id notatu dignum reputat cum similibus.

Ratio est quia sententia nulla non est sen-
12 tentia, & qui nulliter iudicauit dicitur non iudicasse, vt pariter dixi d. decis. 32. numero 11. & 12. Præsertim cum nulla subesset causa id faciendi, ob quam dici posset voluisse
13 absoluere, nam sicut sententia est nulla quan-

quando fit abſolutio ab expenſis non inſerta cauſa, §. oportet in aut. de iudic. Bald. in l. generaliter numero nono, in verſ. dum tamen in ſententia, C. de epiſc. & cler. Iaſ. in l. properandum, §. ſinautem alterutra num. 10. C. de iudic. fol. 128. & Marſ. ſing. 545. liti
14 gantes vt plurimum fol. 145. ita debet cenſeri talis, quando fuit facta omiſſio ſine cauſa ſaltem ex actis apparente, cum ratio diuerſitatis aſſignari non valeat.

Et vbi D. iudex dictam ſententiam mutare non potuiſſet potuit D. iudex à quo qui vidit tantum de iure fieri, debuiſſe il-
15 lam confirmare, cum remedium appellationis fuerit inuentum, vt iniquitas iudicātium, vel imperitia corrigatur, licet non
16 nunquàm benè latę in peius reformentur, l. 1. ff. de app. recipien. & poſt confirmatio-
17 nem ceſſabit vitium nullitatis Barto. in l. ſi expreſſum, numero ſecundo, ff. de app. & relat. Innocen. in capitulo 2. numero primo, de confirmat. vtili vel inutil. Felyn. in ca. ea quæ de ſent. & re iud. numero ſecundo, & ſeq. fol. 72. Pariſ. conſil. 109. omiſſo pronunc numero 2. lib. 4. fol. 127. quod & ſi intelligatur, vbi fecit ſententia confirmatoria tranſitum in iudicatum, vt per Felyn. & Pariſ. in locis citat. & Ber. conſ. 60. in hac conſultatione numero 16. lib. 2. idem crederem quando cōſtat de iuſtitia cauſæ per ea quę tradit Felyn. in dicto capitu. ea quæ de ſent. & re iud. in ſi. & quæſtio eſt infra centum, vt in præſenti ſpecie, in qua ex forma cap. Rotæ 28. fol. 7. debet procedi ſummariè ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta. quia tunc poteſt iudicare, vt Princeps, & vt Deus, vt dixi ſupra deciſ. 61. ego dicebam numero 27. & probat Pedemon. deciſ. quoniam ex forma, numero vigeſimo, fol. decimo.

18 Prout nec obſtat, quod ſecundo loco opponebatur, nam ſiue dicta Conſtitu. Mar. cap. 12. lib. 6. habeat locum in præſenti ſpecie, ſiue non vtroque caſu præfata ſententia reuocari non poteſt, vt primum probatur, quia cum huiuſmodi cauſa non fuerit terminata infra octo dies ex forma eiuſd. Conſt. habetur perinde, ac ſi non fuiſſet appellatum, & ſic firma remanet ſententia, & appellans tenetur ad expenſas antequàm audiatur in cauſa, a qua appellauit.

19 Secundum verò quia, vt ad litteram legitur in rubro, & nigro d. Conſt. illa non habet locum quādo appellatur ab alio quàm Rectore, vel eius iudicibus, vt in hac con-
20 trouerſia factum reperitur? Nam cui non conueniunt verba d. conſt. nec etiam conuenit eius diſpoſitio, quæ ex verbis percipitur.

Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

DECISIO LXVI.

E X I I.

ARGVMENTVM.

Subhaſtatio, de qua agitur ex defectu formæ Conſtitutionis Marchiæ non ſeruata an impugnari poſſit ſi ſeruatum fuit ſtatutum loci in quo facta fuit.

SVMMARIVM.

Subhaſtatio debet fieri plus offerenti, num. 1.
Pauper an dicatur idoneus ad licitandum, num. 2. & ſeq.
Licitator qualis eſſe debeat, nu. 3. & ſeq.
Idoneus non dicitur, qui conueniri nequit, num. 4.
Deliberatio rei, quæ ſubhaſta venditur quomodo fieri debeat, num. 5. & quæ forma in ea ſeruanda, vt valeat, num. 6. 9. & 10.
Forma à lege requiſita, an poſſit adimpleri per æquipollens, num. 7.
Lex prohibitiua, an dicatur annullare, quod in contrarium fit ſi non procedit vlterius annullando actum, nume. 8.
Subhaſtatio quando fit, qui terminus detur ad reluendum, num. 11.
Oblatio facta ad diuerſum finem non eſt admiſſibilis, nume. 12.
Oblatio debet eſſe pura non conditionalis, num. 13.
Oblatio ſerotina an valeat, num. 14.
Pauper, qui exiſtimatur an poſſit habere pecunias, nume. 15.
Probatio debet de neceſſitate concludere, aliàs non releuat, num. 16.
Subhaſtatio, quando fit debet eligi magis idoneus, numero 17.
Creditor, vel alius pro eo, an admittatur ad licitandum, num. 18.
Forma, quæ ſit ſeruanda in ſubhaſtationibus, nu. 19.
Statutum Exij capitu. 13. lib. 2. quomodo intelligatur num. 20.
Statuta in loco ſtatuentium præualere debent, nu. 21.

DECI-

DECISIO LXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DEliberatio, seu transa-
ctio facta Matthæo
Bononiensi pro scu-
tis 1720. de bonis in
tenutam captis con-
tra hæredes quõdam
Antonij de Amicis
tanquã plus offeren-
ti iussu Domini locũ
tenentis dictæ ciuitatis Exij in vim manda-
ti executiui Illustriss. & Reuerendiss. A. C.
obtenti ad fauorem hæredum quon. Ange
li Ghisillerij ad hoc, vt de dictis pecunijs sa
tisfiat dictis de Ghisillerijs occasione eorũ
prætensi crediti, & residuum soluatur alijs
creditoribus, facto eidem Matthæo instru-
mento iure creditoris, an subsistat, seu ali-
quo modo impugnari possit.
1 Videbatur dicendum, quod non, quia
non fuit facta plus offerẽti, vt fieri debebat
iuxta tradita in aut. hoc ius porrectum, C.
de sacr. sanct. eccles. sed ei, qui obtulit mi-
nus, cũ adsit inter cæteras oblationes obla-
tio Ioan. Baldassini de scutis 1735. monetæ
Marchiæ fo. 63. quæ præter id, quod est ma
ior omnibus alijs, excedit etiam in idonei-
2 tate, cum dictus Matthæus sit villicus pau-
per, vt ex fide Communitatis dictæ Ciuita-
tis, qui verisimiliter soluere nõ potest obla
tam summam, quo casu ei concedi non po
terat, nam requiritur, quod licitator sit ta-
3 lis, quod possit obligari, & conueniri l. qui
satisdare 1. respon. ff. de fideiuss. cum ido-
4 neus non dicatur, qui conueniri nequit l.
quod autem, §. fi. ff. de in diem adiect. vbi se-
cundum Iodoc. in suo tracta. de subhastat.
cap. 4. numero decimo, to. 6. par. 1. fol. 81. ad
hoc, vt licitator admittatur, & dicatur plus
offerre, requiritur facultatum idoneitas,
maior promissio, vtilitas, & conueniendi
facilitas.
5 Secundo quia cum dicta deliberatio tri-
nis subhastationibus præcedentibus, quęli-
bet scilicet cum termino trium dierum fie
ri debuisset ad formam Constitution. Mar-
chiæ capitu. 6. lib. 5. fol. 331. facta solum fuit
tribus diebus continuis, vt constat ex rela-
tione baiuli, de qua in processu, fo. 13. quo
6 casu ex defectu formæ constitutionis non
seruatæ non valet, nec tenet, vt probatur
in l. cum Ij. §. si prætor, vbi Barto. ff. de tran-
sact. c. cum dilecta, vbi gloss. in verbo trans-
ponentes littera C. de rescript. Bald. & com
* muniter * Doct. in l. 1. ff. de lib. & posthu.
& Paris. consil. 98. circa pręsentem consul-
tationem, nume. 76. lib. 1. fol. 187. vbi nume.
77. dicit idem esse, si solemnitas huiusmo-
di fuisset adimpleta per æquipollens, cum
illa sit ad vnguem seruanda; etiam, quod
præfata constitutio non procedat vlterius
annullando actum, quia quando lex stat in
8 finibus prohibitionis, tacitè videtur habere
clausulam de nullitate, vt probat Bald. in l.
non dubium, numero secundo, in versicu-
lo quarto nota Paul. de Castr. numero secũ
do, Fulgos. numero quarto, & Ias. numero
17. C. de legi. qui numero 18. & sequen. po-
nit quinque limitationes.
9 Et tantò magis nõ valet, nec tenet dicta
subhastatio, quia prouenit ab instrumento
Camerali obligatione Vallato, cuius vigo-
re D. A. C. concessit dictum mandatum,
quo casu seruanda erat forma pręfatę con-
stitutionis, vt particulariter fuit sancitum,
à statuto dictæ Ciuitatis Exij capitu. 13. in
rubr. de execur. instrumenti in fi. fo. 22.
10 Sed causa per me proposita communi
omnium dominorum suffragio, Contra-
rium fuit resolutum, nam cum in sępedi-
cta Ciuitate Exij extet statutum sub rub. de
tenut. author. iud. captuș cap. 17. lib. 2. f. 23.
cuius verba sunt huiusmodi (addentes,
quod creditoribus liceat re in tenutas ac-
ceptas vendere factis tribus bannimentis
plus offerẽti, & quod creditori liceat offer-
re, & cum alijs creditoribus concurrere)
opus non erat seruare dictam constitutio-
nem Marchiæ, nec dubitare de viribus di-
ctæ subhastationis, & deliberationis factæ
ad formam statuti ipsius ciuitatis, quia in
loco statuentium, vt aliàs in Rota plenè
Recanetensi fuit discussum, & tentum vt
dixi supra decis. 2. nõ est dubium, quod sta-
tuta præualet statutum particulare, non ge
neralis constitutio Marchiæ. Præsertim in
subhastationibus, in quibus statuta, lociq;
cõsuetudo, vsus, ac stylus modis omnibus,
vt actus valeat, obseruari debent, vt per Io-
doc. in d. suo tract. de subhast. capitu. 2. nu.
3. & 5. fol. 78.
Nec dicatur, quod sicut pars acceptauit
Constitutionem Marchiæ circa dationem
termini ad reluẽdum, idem de reliquis di-
cendum est, ne sit in potestate vnius partis,
modo vti constitutionibus generalibus, &
modo statuto particulari, quia eadem res
non potest diuerso iure censeri.
Nam respondetur, quod cum statutum

Exij præfatū nihil disponat de termino ad
reluendum, de necessitate erat recurrendū
ad cōstitutionem Generalem Marchiæ, de
qua in capitu. 7. lib. 5. fol. 335. quia quinde-
11 cim dies ad reluendum dantur per ea, quæ
habentur in eadem constitutione capit. 38.
lib. 6. fol. 411. prout factum fuit, & sic argu-
mentum, quod in sui prima figura repræ-
sentabat figuram veram, in substantia re-
manet cum facie picta ad instar mulierum
laruatarum.

12 Non obstat, quod primo loco opponebatur,
quia dicta oblatio Baldassini nō fuit
ad illum finem, pro quo fiebat subhastatio,
vt illa Matthæi, qui obtulit, & promisit sol-
uere dictis hæredibus de Ghisillerijs in cō-
tanti facto sibi instrumento iure creditoris
vt fol. 51. sed ad alium nempe pro soluen-
dis anterioribus creditoribus, quo casu ad-
mittenda non videbatur per ea, quæ tradit
Caput Aquen. decis. 269. Oblatio pretij, p.
2. fo. 89. Præsertim cū videatur habere in se
conditionem soluendi summam oblatam
quatenus dicti hæredes de Ghisillerijs essēt
13 anteriores, quæ conditio in oblationibus
non est tolerabilis, cum pura esse debeat
per ea, quæ tradit Bald. in l. acceptam, nu.
14. C. de vsur. & Negus. in suo tractat. de pi-
pnor. & hypothec. 2. par. 3. memb. 5. p. prin-
cipalis, num. 10. & seq. tom. 6. p. 1. fo. 235.

14 Et tanto magis, quia fuit post monitio-
nem ad sententiam, quo casu, tanquam se-
rotina videbatur in admissibilis, cū illa ante
conclusum in causa, & congruo tempore
fieri debuisset.

Prout nec obstat, quod subsequenter ad
ducebatur de paupertate dicti Matthæi, nā
ommisso pro nunc an probet, præcipuè cū
non sit iurata, nec facta parte citata, dicitur
ex ea intentionem producentis non proba
ri, quia ex illa rationis redditione, dum di-
citur est pauper; quia viuit de suis indu-
strijs, & laboribus, & non possidet nisi cup-
pas duas vineæ, & paululum Bestiaminis,
non cōcluditur necessario paupertas, quia
habens dicta bona, & vineas de suis indu-
15 strijs, & laboribus potest verisimiliter ha-
bere pecunias argum. eius, quod conside-
rat Rymin. iun. consi. 752. Postquam in hac
causa, numero 1. lib. 7. fol. 57. & non semel
apud plures etiam pro pauperrimis reputa-
16 tos visum fuit, & sic huiusmodi probatio,
tanquam de necessitate nōn concludens,
17 non releuat, l. non hoc, C. vnd. cognat. qua-
re nihil vetat, quin ipse, à venditore tanquā
magis idoneus eligi non potuerit, vt proba
tur in l. Sabinus, ff. de in diem adiect. & per
Iodo. in dicto suo tractat. de subhastat. cap.
4. numero 14. etiam si in effectu dictus Mat
thæus non pro se; sed pro dictis de Ghisille-
rijs obtulisset, & emisset, quia id non annul
18 lat dictam subhastationem, nam quando
executor vēdit bona in tenutam capta, vel
pignora, potest ipse creditor, & etiam alius
pro eo offerre l. 2. & ibi Bald. in fi. & Saly. c.
C. si in caus. iudicat. pign. Bald. in l. ordo, nu
mero 1. C. de execut. re iudic. & ibi Saly. nu.
1. in versiculo quæro primo, glo. in l. à diuo
Pio, §. si pignora in verbo abducantur lit-
tera E, Bart. num. 3. Paul. de Castr. num. 1. in
versiculo, vel potest dicere. Alex. nume. 11.
& Ias. nu. 8. in fi. ff. de re iudic. sed si non exe-
cutor, sed ipse creditor vendat pignus, tūc,
nec ipse, nec per interpositam personam
potest sibi emere, l. ei qui, ff. de distrac. pign.

Et sic cū res in tenutam capta fuerit ven-
dita sub hasta, potuissent d. hæredes de Ghi
sillerijs creditores offerre per se, vel aliam
interpositam personam, licet id re vera
non constet.

19 Non obstat, quod secundo loco oppone
batur, nam ad primum de defectu formæ
constitutionis non seruatæ circa terminos
subhastationis respondetur, quod ista for-
ma non erat necessaria stante dicto statuto
Exij, quia statuta locorum, vt dictum fuit,
præualent in loco statuentium.

20 Ad aliud verò dicitur, dictum statutum
Exij c. 13. lib. 2. per quod mandatur obser-
uantia constitutionis, vbi adest instrumen-
tum in forma Cameræ, habere tantum lo-
cum in productione instrumenti facta ad
effectum obtinendi executionem, & circa
formam petendi, de qua loquitur Consti-
tutio Marchiæ c. 5. lib. 5. nō in præsenti spe-
cie, in qua solū de dicta subhastatione quæ-
stio est, nam tunc, cum dicta constitutio lo
quens de executione, & productione in-
strumentorum in forma Cameræ, nihil di-
cat de subhastatione, & alia constitutio lo-
quens de subhastationibus dicti cap. 6. lib. 5.
fo. 321. nullam faciat mentionem de instru
mentis in forma Cameræ de necessitate fa-
tendum est, dictum statutum Exij cap. 13.
lib. 2. in fin. nullo modo comprehendere
casum subhastationis, de quo nō loquitur,
sed solum casum eorum, qui petunt in pa-
latio Potestatis, vel logia ipsius Palatij exe-
cutionem alicuius publici instrumenti pu-
ri, vel purificati, & sic præfata dispositio cō
tinens materiam subhastationis remanet
sub dispositione alterius statuti de ea lo-
quentis, quod, vt sæpe dictum fuit, in loco
statuentium præualere debet.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LXVIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Appellatio quando fuit admissa, an possit ab eodem iudice reuocari.

SVMMARIVM.

Iudex, quod iubet, contrario Imperio tolli potest, numero 1.
Iudex, qui detulit appellationi etiam friuola, non potest amplius eam reuocare, num. 2.
Lex, quod iussit ff. de re iudicata habet locum in interlocutoria, num. 3.

DECISIO LXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

QVando appellatio fuit admissa, an detur repositio.

Dicebatur, quod sic quia quod iussit, vetuitve Prætor, contrario imperio tolli potest, l. quod iussit, ff. de re iudicat.

Sed contrarium fuit in causa, quæ vertitur inter Petrum Ferrettum I. C. Anconitanum, & Iosephum Fantinum de eadem ciuitate, resolutum, quia postquam iudex
2 appellationi, etiam friuolæ detulit, non potest amplius eam reuocare, vt in terminis probat Geminian. in cap. cum appellationibus, §. si vero iudex, numero sexto, de app. in 6. Petrus Antonius Anguis. conf. 47. Gerens negotium alienum, numero tertio, lib. tertio, & Lancillot. de attētat. appellat. pend. limit. 1. num. 80. to. 5. fol. 359. Ratio est secundum Geminian. loco citato, quia cum abdicauerit à se iurisdictionem, non potest ex defectu iurisdictionis, qui est insanabilis, eam amplius exercere.

3 Nō obstat tex. in dicta l. quod iussit; quia dicta lex non habet locum in interlocutoria inducēte reuocationem iurisdictionis, vt probatur in cap. significantibus de offic. delegat. & per Gemin. in dicto §. si vero, numero septimo.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXIX.

AVXIMANA.

ARGVMENTVM.

Fatalia declarata à Constitutione Marchiæ capitu. 9. lib. 6. an habeant locum in causis spiritualibus.

SVMMARIVM.

Causa spiritualis, quæ dicatur, num. 1. & 5
Fatalia causarum spiritualium, quomodo regulantur, numero 2.
Annus, quot sit dierum, num. 3. & 9.
Dies bisestilis quomodo componatur, & cui tribuatur, num. 4.
Causa possessionis, an dicatur temporalis, num. 6.
Fatalia Constitutionis Marchiæ habent locum, etiam in causis spiritualibus, num. 7.
Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, num. 8.
Tempus in dubio intelligitur continuum, & non vtile, num. 10.
Tempus continuum currit de momento ad momentum, num. 11.

DECISIO LXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DVbitatū fuit, an appellatio interposita pro parte Reuerendi Claudij Trauaglini contra Reuerendum Petrum Philippum de Florētijs omnes de dicta ciuitate Auximi

Auximi dicatur deserta ob lapsum 126. dierum Rotalium, de quo in calculo exhibito stante Constitutione Marchiæ c.9.lib.6. fo. 376.quæ solum tres menses assignat.

Ratio dubitandi fuit, quia præsens causa non videbatur comprehensa sub d. constitutione loquente solum de fatalibus appel-
1 lationum causarum ciuilium, & criminalium, nō autem spiritualium, prout est ista de qua agitur, in qua quæstio est de officio, administratione ecclesiæ, præbenda, & dignitate, quæ spiritualitatem concernunt clem. dispendiosam de iudic. Io. de Ana. & Abb. n.3. in c. consuluere de Simon. Marāt. in suo Spec. in 13. dist. iudic. nume. 4. f.185. & gloss. ad Constit. Marchiæ ca. 1. in verbo spiritualium lib.3. num. 3. quo fit, vt appellatio præfata non remaneat deserta vigore d.
2 constitutionis, sed quod vtenda sit dispositio iuris Canonici secundum quod d. causæ spiritualis regulantur, quo cum detur annus, vt probat tex. in c. cum sit Romana de appellat. Fely. in c. venerabilis de iudic. n.1. in vers. fallit autē, & Vestr. in sua praxi Rotal. c. vlt. lib. 7. num. 8. fo. 220. per spacium d.
3 temporis non potuit deseri, quia annus & si secundum Galen. in comment. ad Hypp. lib.6. de vulgar. morbo nu. 29. de quo meminit D. Claudius Iardinus in suo responso ad defensam humani partus, nu.13. computando menses secundum cōmunem vsum 30. dierum, aliquando sit 360 dierum, de iure tamen communi est ex tercētis sexaginta quinque diebus, vt ad litteram demonstrat tex. in l. ita vulneratus, §. extimatio in vers. tercentis sexaginta quinque diebus) & ibi gl. & Bart. n.5. ff. ad leg. Aquil. l. cum he-
4 res, §. Stichus, ff. de statu libe. & sex horis, q̄ simul collectæ in quatuor annis faciunt vnum diem naturalem, qui besestilis appellatur, & attribuitur Februario, vel secundū canones Martio, vt post gl. in l. 3. §. minore vers. (bis sexto) ff. de minor. & glo. in l. cum bisextus, ff. de verbor. significat. tradit Iaf. in §. rursus instit. de actio. numero sexagesimo, fol.72.

Sed pars affirmatiua, quod scilicet dicta appellatio sit deserta præualuit.

Et ad opposita pro ratione dubitādi exi-
5 stimabatur posse responderi prædictā causam, vt demonstrant verba sententiæ, non esse spiritualem, quia in ea nō tractatur simpliciter de officio, & administratione Ecclesiæ, præbenda, & dignitate, quæ spiritualitatem concernunt, sed de mera earum
6 possessione retinenda, quæ faciunt causam temporalem, vt in terminis habetur per gl. & Abb. nume. 11. in capitu. cum dilecti de electio. Marāt. in d. suo spec. 13. iudicio. dist. nu.5. f.185. & magis in terminis per Abb. in cap. litteras de iuram. calum. nu.8. Vitalin. in clement. dispendiosam de iudic. nu. 62. fol.50. Afflict. decis. 2. Serenissimus Rex, numero quarto, & ibi Grammat. in vltim. addit. Guid. Pap. decis. 1. in manibus, num.1. addit. ad Marant. par. 4. iudicio 11. distinct. in rubr. sæculare, vel ecclesiasticum nunc. 77. fol.179. & Gayl. obseruat. 37. clericus coram iudice numero 5. lib.1. fol.35. & tanto magis cum agatur de possessorio retinendæ, vt ibi nume. 3. Quibus licet contrariari videatur Vrsill. in addit. ad Afflict. d. decis. 2. num.1. fol.4. & quæ habentur per Thom. Zerul. in sua praxi Episcop. p. 1. in verbo possessorium, fol. 57. non tamen id procedit coram iudice ecclesiastico habente iurisdictionem in spiritualibus, & temporalibus, quia cessant tunc rationes, in quibus se fundat.

7 Et vbi causa esset spiritualis, quod appellatio est deserta tam ex forma sæpè dictæ constitutionis Marchiæ c.9. lib. 6. quæ non solum habet locum in causis ciuilibus, & criminalibus; sed etiam in omnibus causis spiritualibus vigore alterius constitutionis d. Prouinciæ c.3. lib.3. f.155. se referentis ad dictam constitutionem loquentem de fa-
8 talibus appellationum, quia cum relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, l. asse toto, ff. de hered. instit. cū simil. vulgat. quod continetur in dicta constitutione relata dicitur contineri in constitutione referēte; quā de iure canonico, quia lapsus dictorum 126. dierum Rotalium nō solum cōstituit vnum annum, sed menses sex, & dies 18.

9 Nec dicatur, quod huiusmodi annus debet intelligi de anno vtili, qui esset de tercētis sexaginta sex diebus Rotalib᷑, & sex ho-
10 ris, quia in dubio omne tēpus intelligitur continuū, & non vtile, & sic currit de mo-
11 mento ad momētum. Franc. in c. super eo, de appellat. num.21. fo.20. Iaf. in d. §. rursus instit. de actio. nu.62. in vers. an autē, & quā do. fo.72. Crau. cons.271. verba statuti Sauliani. nu. 5. gl. super cōstitutione March. in c.16. in verbo vtilium litt. D, fol.544. Bocc. de statuta. verb. præscript. gloss. 2. nu.19. fol. 12. Lanfranc. in suo tract. de dilat. nu.13. to. 3. p.2. fol.101.

Et sic quoquomodo res se habeat, omni iure prædicta appellatio remanet deserta.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LXX.

AVXIMANA.

ARGVMENTVM.

Emphyteosis, de qua infra, an dicatur ad ecclesiam deuoluta.

SVMMARIVM.

Periurus, quis dicatur, & quam pœnam incurrat, numero 1.
Pœna l. si quis maior, habet locum in omni contractu curato, & irrogatur ipso iure, num. 2.
Periurium, quam graue scelus sit, nume. 3.
Periurium principaliter cōmittitur ad Dei iniuriam: homicidium vero non est, nu. 4.
Iusiurandum quid sit, num. 5.
Periurus occidit animam, num. 6.
Peierans negat nomen Dei. nu. 7.
Prouocans ad iurandum aliquem sciens eum falsum dicturum grauius peccat, quam homicida. nu. 8.
Periurij peccatum ponitur in prima tabula decalogi, homicidium vero in secunda. nu. 9.
Pœna grauiora punitur homicida, quam periurus, num. 10.
Pactum resolutiuum in Contractu, quid operetur. num. 11.
Mora in quibus casibus purgari non valeat. nu. 12. & seq.
Contractus sine partium consensu subsistere non potest, num. 13.
Clausula, cadant, & cecidiße intelligantur, quid operetur, num. 14.
Successor caducitatem declarare, quando poßit, numero 15.
Verbum cadant, quid operetur, nume. 16.
Mandati defectus an obstet agenti ad caducitatem, num. 17.
Pater an poßit agere sine speciali mandato, numero 18.
Caducitas non incurritur nisi domino volente, numero 19.
Pater quando est legitimus administrator bonorum filij recipiendo canonem, an ei praiudicet, numero 20.
Pater dicitur legitimus administrator filij in illis, in quibus habet vsumfructum, non autem in alijs, num. 21.
Pater in bonis feudalibus non habet vsumfructum, num. 22. idem est in emphyteosi, nu. 23.
Feudum, & emphyteosis aequiperantur, & sunt eiusdem natura, num. 24.
Pater in bonis filij clerici non habet vsumfructum, num. 25.
Filius in beneficialibus est extra patriam potestatem. num. 26.
Beneficia ecclesia in filio familias iudicantur peculium quasi castrense. n. 27.
Pater in castrensi peculio, vel quasi nullā habet administrationem, nu. 28.
Mora de Iure Canonico an purgari poßit. nu. 29. & 41.
Mora purgatio non tollit obseruantiam Iuramenti. num. 30.
Hæres an poßit declarari recidiße ab emphiteosi propter culpam sui prædeceßoris, cuius est hæres. num. 31.
Hæres Domini, an poßit declarare aduersus emphyteotam caducitatem, quam defunctus dominus non declarauit. nu. 32.
Delictum morte extinguitur. num. 33.
Scientia præsumitur inter consanguineos. num. 34.
Qualitas personarū, & id quod est verisimile, est considerandum. nu. 35.
Verisimile non est, quod frater declaret caducitatem contra fratrem, num. 36.
Carnem suam nemo odio habet, num. 37.
Verisimile attendi debet, num. 38.
Falsitatis imaginem habet, quod non est verisimile, num. 39.
Caducitatem succeßor, quare declarare non poßit, numero 40.
Caducitas, quando non sit in consideratione, & habeatur pro remißa, num. 42.
Canonem recipiens, etiam pro tempore futuro, hoc est decurso post caducitatem, an dicatur eam remisiße, si protestatus fuerit recipere sine præiudicio incursæ caducitatis, nume. 43.
Apodixæ priuatæ habent executionem paratam, numeratam, nume. 44.
Negans incidit in pœnam dupli, num. 45.
Conclusio in causam, quo ad iudicem non obstat, numero 46.
Reo in dubio est faciendum, nume. 47.
Minorum bona, an poßint cadere in cōmißum, n. 48.
Minoribus præscriptiones extraiudiciales non currūt, num. 49.
Minor in præscriptionibus iudicialibus restituitur, numero 50.
Minor excusatur à pœna, num. 51.
Caducitas non dicitur incursa ante declarationem, nu. 52. & 54.
Paria sunt non agere, & nulliter agere, nume. 53
Mora sola non sufficit ad caducitatem, nisi fuerit facta declaratio, num. 54.

Iuramen-

Iuramentum, quo ad pœnam non transit ad hæredes, num. 55.
Aequitas canonica omnibus est communis, numero 56.
Mora purgari potest, etiam stante iuramento indistinctè, num. 57.
Pœna omnis hodie non exigitur, nume. 58.
Pœna ab ecclesiasticis personis non ita de facili exigitur, num. 59.
Minorum protectio tenenda est, num. 60.

DECISIO LXX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

HAeredes Ottauiani Polidori appellati, an dicantur cecidisse ab emphyteosi de qua agitur sub prætextu, quod pro eorum parte nõ adimpleuerint contenta in instrumento desuper celebrato, in quo promiserunt inter cætera plãtare arbores centum cum vitibus, nec non facere arundinetum cupparum duarũ aratiuarum, & domunculam scutorũ quinquaginta, nec soluerunt debitum canonem, vt prætenditur pro parte Reuerendi D. Clementis Stellæ Rectoris beneficij ad altare S. Mariæ Misericordiæ sitis in ecclesia Beatæ Mariæ mercati appellantis.

1 Videbatur dicendum quod sic, quia ille qui promisit soluere, & non soluit dicitur periurus secundum Baldum in l. si quis maior, nu. 3. C. de transact. Federic. de sen. cõsi. 300. factum tale est, numero 2. Afflict. decis. 30. fuit dubitatum, num. 5. & ibi Vrsil. in addit. numero 5. fo. 28. incidit in pœnam legis si quis maior, C. de transact. & cadit ab omni commodo contractus. Alexan. consil. 85. nõ puteo lib. 1. & cons. 105. magnifice Prætor, num. 15. lib. 3. & Cassador. decis.
2 2. quod cadat, num. 7. de iure iuran. nu. 107.
* quæ vt cõmuniter * tenetur habet locum in omni contractu iurato, vt per Cassador. ibi, & voluit Dec. consi. 452. visa instructione casus propositi, nume. 10. & dicit Corn. cons. 121. quanquam videatur, nu. 14. lib. 1. allegando Saly. in l. semel mora, ff. solu. matrim. & doct. in l. si insulam, ff. eodem dicentes, quód pœnę dictæ l. si quis maior irrogatur ipso iure in odium ipsius periuri,
3 cuius peccatum adeo grande scelus in l. in Prophetis, & Euãgelio reputatur secundũ Ludouic. Mõtal. de reprob. senten. prælat. 1. dubio, num. 23. to. 14. fol. 9. cap. prædicandum caus. 12. quæst. 1. quod & si multi dubitauerint, an detestabilius homicidio esset, affirmatiuam sequutus fuit Barto. vt refert, & sequitur Marian. & Bart. Soci. cons. 7. nunc quæsitorum, numero 9. Bart. consi. 217. ad declarationẽ. Angel. in aut. de nupt. §. minorem, & Afflict. decis. 404. fuit per Illustrem, nu. 23. fol. 350. Ascanio Clemens in suo tracta. de patr. potesta. effect. 4. num. 41. to. 8. p. 2. fol. 109. & Bauer. de virib. iura. in versiculo quod autem si statutum numero 121. to. 4. fol. 370. licet id non ponat pro constanti quia contrarium tenet gloss. in capitulo ille, qui hominem 22. quæst. 5. & 13. distin. capitu. 1. Seraph. de priuil. iura. priuil. 137. nu. 6. qui concordando opiniones dicit iuramentum esse maius, quo ad Deum, homicidiũ vero, quo ad hominẽ,
4 ratio est quia periurium principaliter committitur ad Dei iniuriam, homicidium vero non, vt dicit Barto. dicto cons. 217. ex illo dicto Cicero. lib. 3. de offic. relato per Ancharan. consil. 226. legitur in canone, & Petr. de Aragon. in suo tracta. de iust, & iur. quæst. 89. de iuramento art. 10. in littera D, fol. 796. dum ait (iusiurandum est affirma-
5 tio religiosa, quod seruandum est, quasi Deo teste promiseris; nec maius vinculũ ad astringendum fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt, id iudicant leges in 12. tabulis, indicant sacra, indicant fœdera) narrando deinde de Regulo, quem, nec caritas Patriæ, nec suorum retinuit, quin apertè reuerteretur ad exquisita supplicia, ne trãsgressor esset iuramenti etiam hostibus præstiti: & habetur per Marchesa. in suo tractatu commissio. seu rescriptio. vtriusq. signatur. cap. 1. de relaxatio. iuram. num. 19.
6 Et etiam quia periurus occidit animam, vt dicit Io. à Capist. de quondam matrimonio q. 3. n. 9. to. 9. fol. 84. quæ est præstantior
7 corpore gladio acutissimo, cũ peierans deneget nomen Dei, quod tenet secundum locũ post idololatriam sum. Sabbi. in vers. periurium, num. 5. Seraph. de priuil. iur. priuil. 137. nu. 7. fo. 708. & seq. vnde, qui alium prouocat ad iurationem, & scit eũ falsum dicturum grauius peccat, immo vincit homicidam secundum eundem Io. à Capi-
9 strano, & Bauer. de virib. iuran. in locis citatis, vnde non sine misterio peccatum periurij in prima tabula decalogi scriptum reperitur, homicidiũ verò in secunda tabula, licet quo ad punitionem grauiori pęna ple-
10 ctatur homicida, quam periurus gloss. in capitulo prędicandum in verbo qualem in littera B, duodecima quæstio. prima,

de quo,

de quo, sceleris grauitate pensata, non ab re, quis mirari possit.

11 Secundo, quia in dicto cōtractu emphyteotico adest pactum resolutiuum, quod operatur caducitatem non intentatam propter non obseruantiam pactorum posse intentari per successorem, vt voluit Card. in cap.fin.quæst.14.de donat.Salyc.in l. fin.C. de donat. & ibi Rip.quæst.vlt.Iser. in cap.1. §.porrò colum. 5. numero 12. in vers.item quia aliter quę sit prima caus. benefic.amitten.fol.50.Bald.in cap.Imperialem, §. insuper de prohibit.feud.alien.per Federic. Barbat.in cap.fi.de donat. Gabr. lib.7. de crim. conclus.35.numero 14.Becc.consi.9.explorati iuris est,num.14.vbi attestatur de communi *Borgn.decis.43.Rust.nume.12.p.1. fol.597.Caputaquen.decis.230.in mora,numero 3.p.2. fol.77. etiam non obstante aliqua prætensæ moræ purgatione, quia plu-

12 res sunt casus in quibus non purgatur, qui omnes conueniunt casui de quo quæritur. Primus est,quando per inobseruantiam fit resolutio contractus l.commissio, C.de pactis.Grat.cons.49.in causa magnifici Nobilis Scutiferi,nume.23.& consil. 93. viso instrumento,numero 61.lib.1. Seraph.de priuil.iuram.priuil.48.nume. 29. Rodoan. de reb.eccles.non alien.24.quæst.79. numero 6.fol.450.

Ratio duplex esse potest,prima quia de-

13 fuit consensus partium,sine quo cōtractus subsistere non potest, contractus enim à conuentione legem accipiunt, ob quē cessat purgatio moræ, præsertim cum lex de nouo cōtractum inducere non possit sine cōsensu vtriusque quia id non est æquum, vt in terminis dicit Grat.d.consil.93. num. 77.lib.1.

14 Secunda quia verba cadant, & cecidisse intelligantur in dicto pacto resolutiuo posita important pœnam priuationis ipso iure etiam si prolata fuerint per verba futuri temporis,& non requirunt sententiam, vt post Andr. Sicu. in capitu. si sacerdos, col. 10.de offic.ord.Felyn.in capit. Roduiphus in vers.verba latæ sententiæ col.11.num.24. de rescript.consuluit Crot. cons.72. in causa vertente,num.36.lib. 1. quo casu succes-

15 sor caducitatem declarare potest,vt in terminis emphyteosis cōsuluit Honded. cōsi. 55.Franciscus,num.94.& seq. & cons.si Reuerendus,num.25.& seq.fol.394.

16 Et licet contrarium de verbo cadant teneat Roman.cons.212.quo ad primum,nu. 7. fol. 148. & ibi Mandos. in littera K, Matthesil.sing.111.fol.321. & in hoc adsint doctores pro, & contra,in materia tamen emphyteosis secūdum propriam naturam est lata sententia.Tiraq.in l.si vnquam,C.de reuocan. donat. in verbo reuertatur, nu. 186. & seq.fol.331.viden.

Secundus est quādo ius partis est factus deterius. Dec. cons. 138. diligenter pro tenui,num.7.Roman.cons.352.quæritur primo,numero quinto, Gozzadin. consil. 57. multa fuerunt,numero 18.Grat. consil. 49. in causa magnifici, numero 22. lib. 1. vt in præsenti specie ob non plantationem arundineti, & arborum centum cum suis vitibus,quæ facienda erāt de anno 1588. à quo tempore lapsi sunt anni nouem,& vltra.

Tertius postquam est facta declaratio de emphyteosi ad ecclesiam reuersa ob pacta non adimpleta.Roman.consil.103.viso propositæ quæstionis,numero quarto,Gozzadin.dicto consi.57.num.18.in vers. tertio respondeo Grat. dicto cons. 40. num.25.& Seraph.in dicto suo tracta. de priuil.iur.priuil.48.num.17.

Quartus quando in contractu est apposita dies,& pœna l.magnam, C. de contrah. stipulat. l. traiectitiæ, §.de illo,ff.de action. & obligat.Dec.consil.12.pro tenui, nume. 2. lib. 2. vbi attestatur de communi * prout quoque facit Syluan.cons.85. Materia purgationis moræ,numero 4.fo.147. Rota Florent. decis.61.nobiles de Maphæis, in prin. fol.194.Guid.Pap.decis.171.Reperio,num. 1.in vers.& sic fo.275.

Quintus quando in contractu adest iuramentum, nam tūc pariter non admittitur moræ purgatio. Rolan. consil. 6. quoniam ferro,numero 46.lib.2.fol.69. Ludo. decis. 90.confraternitas,num.13.& seq. in versic. immo etiam par.2. fol.88. Guid.Pap.decis. 123.licet de iure sint variæ opiniones,nu.3. fol.193.Gabr.de transaction.conclu. 1. n.10. fo.156.Afflict.decis.174.quidam Rusticus, numero quinto,fol.128.Alexan.consi.158. in causa,& lite num.5.lib.2.

17 Sed contrarium censuit Rota. Nam & si defectus mandati agentis ad dictam caducitatem non obstet per ea, quæ tradit Gozzadin.consi.57.multa fuerunt,numero 14.

18 Præsertim,quod pater potuit etiam in requirentibus speciale mandatum agere sine mandato,vt probat Roman.sing.619.tu audisti per text. in cap.accedens de procurat. non tamen hæc indistinctè sunt intelligenda,sed ratificatione subsecuta, vt voluit gl. fin. in dicto cap. accedens in verbo respondetur littera A,de qua non constat,caduci-

19 tas enim non incurritur nisi domino volēte, & suam voluntatem declarante l. 2. vbi doctor.C.de iur.emphyt.Cassador. decis.2.

Aper-

apertissimi iuris est, num. 2. de locat. Gabr. consil. 67. visis actis nume. 6. lib. 2. & Capic. decis. 181. mandatum nu. 3. par. 2.

Et si diceretur Patrem potuisse id facere saltem tanquam legitimum filii admini-
20 stratorē, quia si quando est legitimus administrator bonorum filii recipiēdo canonem domino præiudicat, Socc. Sen. consil. 66. visa donatione facta colum. fin. nu. 20. vers. nec obstat si dicatur li. 3. Corb. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 21. nu. 16. fol. 269. Honded, cons. 55. Franciscus num. 87. fol. 429. poterit à fortiori facere, quod est vtile, & sic agere ad caducitatem.

21 Nam respōdetur, quod pater dicitur legitimus administrator filii in illis, in quibus habet vsumfructum, nō autem in aliis. Barto. in l. lis nulla, nu. 1. ff. de iudic. Capic. decis. 56. in causa Pinti de Laudiţiis nu. 4. & decis. 73. in causa Domini Petri, nume. 10. f. 61. l. 1. C. de bonor. mater. & in aut. excipitur, & l. cum oportet, C. de bonor. quæ lib. Paris cons. 157. Nobilis olim Frācischus, nume. 15 & 32. & 41. par. 4. Ascan. Clemens in suo tract. de Pat. Potest. effect. 12. n. 11. to. 8. p. 2. f. 115. Crot. in l. frater a fratre, ff. de cōd. indeb. nu. 48. lib. 2. f. 234. Rolan. de confect. inuit. q. 27. nu. 1. to. 8. p. 2. fol. 171.

22 Sed Pater in bonis feudalibus non habet vsumfructum Andr. in c. 1. Valuassores, numero 7. in versic. sed si filiusfamilias de his qui feud. dar. poss. fol. 5. Franc. Curt. in suo tracta. feud. in sec. memb. tertiæ partis, numero 46. to. 10. par. 2. fo. 69. Boer. decis. 199. Et videtur, quod sic, numero quinto, f. 429. & Vrsil. ad Afflict. d. decis. 241. quidam notarius, numero secundo, fol. 184. ergo, nec
23 in emphyteosi cum æquiperentur, & sint
24 eiusdem naturæ, vt dicit Hostien. in sua summa in titu. de feud. in princ. fo. 964. Bal. in c. quæ in eccles. extra de Constitu. & in l. voluntas, C. de fideicomm. & Franc. Curt. in d. suo tracta. de feud. in 3. q. cap. 23. num. 6. fol. 41.

25 Et tanto magis quia emphyteosis est ecclesiastica, & filius est clericus, in cuius bonis pater nō habet vsumfructum Aut. presbyteros vbi Bal. numero primo, C. de episc. & cleric idem Bald. in l. sacrosanctæ, numero 4. C. eodem titu. Innocen. Hostien. Abb. in cap. quia nos de testam. Abb. in c. præsentia, num. 56. de probation. & in cap. constitus in fi. de in integr. restit. Ias. in l. fi. nu. 4. & 5. C. qui testa. facere poss. & in l. licet, numero sexto, C. de collat. & Boer. in suo tracta. de stat. & vit. heremit. capitulo septimo, numero quinto, to. octauo, part. prima, fol. 407. vnde si illam perciperet teneretur ad restitutionem iuxta tradita per Abbat. in capitu. quia nos de testa. & ibi Zabarell. vt in terminis dicit Barto. in l. litis, §. fin. numero primo, ff. de negoc. gest. Boer. d. decis. 199. nume. quarto, Ascan. Clem. effect. 9. numero octauo, fol. 113. tom. octauo, pat. secunda. Afflict. decis. 241. quidam nota-
26 rius, num. 2. fol. 184. quia in beneficialibus filiis, vt ibi est extra patriam potestatem.

Item quia vt ibi numero tertio, in filio
27 familias beneficia ecclesiæ iudicantur peculium quasi Castrense, vt per Hostiens. in summa de pecul. clericor. numero 3. Abb. in d. cap. quia nos, num. 5. de testam. Ascan. Clem. loco citato, & Guter. in suo tract. de contract. iurat. cap. 4. nu. 19. to. 6. part. 2. fol.
28 48. in quo Castrensi peculio, vel quasi pater nullam habet administrationem l. 2. ff. ad Maced. Crot. in d. l. frater à fratre, nu. 48. ff. de condit. indeb. fol. 234. nec vsumfructum Borg. in suo tracta. de vsufruct. num. 181. fol. 374.

Licet ego in sententia Dominorū meorum alio fundamēto venerim, nempe quia
29 mora de iure canonico, & eius æquitate purgari potest, vt latè per Coua. varia. resol. lib. 3. c. 17. nu. 4. in versic. addit tamen f. 282. & latè per Corb. de caus. priuat. ob. non solut. canon. limit. 41. vbi dinumeratis opinionibus, nu. 25. fol. 292. dicit id fieri posse infra duos menses, vt in specie iudicauit Dominus iudex à quo. Seraph. de priui. iuram.
30 priuil. 48. numero 8. f. 277. ratio est, quia vt ibi dum tractatur de purgatione moræ, in necessariam consequentiam tractatur de obseruantia iuramenti, præsertim quando contractus fuit celebratus in terris Ecclesiæ. Corn. dicto cons. 121. quanquam videatur, nu. 5. lib. 1.

Et tāto magis potest purgari in casu isto, in quo ante latam sententiā fuit petita moræ purgatio ab his, qui in dolo, & culpa nō fuerunt, nec in possessione bonorum tempore caducitatis erant. Bero. cons. 98. visa facti specie, nu. 23. lib. 1. fol. 413.

Etiam non obstantibus supra in contrarium adductis, quia cū successor eius, qui dedit d. bona in emphyteosim agat ad caducitatem incursam tpe prædecessoris cōtra hæredes eius, cui fuit data emphyteosis, tpe quorum res non cecidit, frustra. & nulliter agit cū deficiat potestas, nā hæres emphyteotæ nō pōt declarari incidisse pp cessationē solutionis sui prædecessoris, vt tradit Cassador. decis. 2. apertissimi iuris est de locat. nu. 2. fol. 194. de quo etiam scribit Burfar. cons. 102. tanta est copia, numero quarto, & cons. 91. Illustrissimus quondam Dominus,

minus numero 18.volum.1. qui testatur de
* communi * Franc.Curt.de feud. par.4.numero 157.in verſ.tertia principalis quæſtio to.10.par.2.fo.88.Rymin.conſil.16.viſis dubitationibus,numero 27.lib.1.& conſ.269. præſens caſus,nume. vndecimo, lib.ſecun-
* do, vbi atteſtatur de magis communi * & conſil.429.viſa facti expoſitione,nume.66. lib.tertio,Bero. conſil. 98. viſa facti ſpecie, numero trigeſimoprimo,& ſequen. lib. 1. fol.414.& conſil.49.viſis diligenter,numero 17.lib.3.fol.162. Sebaſt. Medic. in tracta. mors omnia ſoluit 2. par. concluſ. 100. numero 279.Corb.de cauſ.priuat.ob non ſolut.cano.ampliat.45. num.17. fol.242. Monoch.conſ.155. Reſpōdendum videbatur, num.17.lib.2.Rol.Bonon. deciſ.37. in cauſa mota,nu.15.f.53.Pedem. deciſ.32. in dubium vertitur,nu.6.Ludouic.concluſ.1.de hæred.in verſ.infertur 58.f.485.Andr.Gambar. de offic. & poteſtat. legat. de lat. lib.6. num.198.vol.2.

32 Nec hæres Domini poteſt declarare pœnam aduerſus emphyteotam,quam defunctus Dominus non declarauit latè Burſat. dicto conſ.91.dicto numero 18.cum ſeq.& conſ.225.ſecundum ea, quæ numero 147. lib.2.Anchar.Regienſ. q.45. in inſtrumento venditionis,num.4.lib.2.fol.88. Rymin. iun.conſ.305.ſtant in primis num.39. lib.3. fol.283.Caualcan.1.par.deciſ.43.Reuerendus Presbyter,numero tertio, fol. 594. qui
* teſtatur de magis * communi Anton.Gab. lib.3.commun.opin.in titu. de iur.emphyteot.concluſ.3.Caſſad.deciſ.3.item fuit cōcluſum de locat. fol. 197. ratio eſt quia caducitas emphyteoſis ſoluitur morte non ſoluentis, aut morte Domini ſcientis, & non contradicentis, & ſic, nec per hæredes Domini talis declaratio fieri poteſt,nec contra heredes emphyteotæ procedi,vt latè tradit Sebaſt. Med.in d.tracta. mors omnia ſoluit 2.par.conclu.38. numero 102. & Clar.in §.feudum quæſt.64.concluſ.43.nu. 111.& glo.fin.in cap.fin.de donat,& conſiderauit Gab.conſi.67.viſis actis, nume.11. lib. 2. qui etiam dicit, quod quando hæres domini directo agit contra eum,qui culpā commiſſit requiritur ſcientia Domini defuncti ex qua colligitur remiſſio, ſecus ſi dominus agat contra hæredē eius, qui culpam commiſit nam tunc non requiritur ſcientia,quia deciſio nō fundatur in remiſſione, ſed in eo, quod delictum morte extinguitur, & pœna non tranſit in hæredem.

Nec obſtant Doctor. tentantes oppoſitum,quia etiam vbi contraria ſententia eſſet verior illa non procedit,quando Dominus ſciuit contrauentionē,& caducitatem, & illam nō declarauit ſed quandō eā ignorauit,vt in terminis dicit Becc. conſil.9. explorati iuris eſt,numero decimotertio,fol.
* 19. atteſtando de communi *, nam vt inquit Burſat.dicto conſil.92.numero 23.lib.
* 1. qui atteſtatur de communi * quando Dominus ſciuit, vel ſcire potuit caducita-
34 tem, vt in caſu iſto, ratione præſumptæ ſcientiæ ex capite conſanguinitatis, quæ erat inter R.Dominus Germanū, & Octauium eius fratrem Patrem dictorum hæredum,qui aſſeritur cecidiſſe ab emphyteoſi de qua agitur ſibi à dictū Germano conceſſa ob pacta non ſeruata, & tanto magis, quod rigor huiuſmodi non menſuretur
35 ſemper vno modo, ſed conſideratur qua-
36 litas perſonarum, & id, quod eſt veriſimile; & ſic cum non ſit veriſimile etiam præſuppoſita ſcientia, quod dictus Polidorus
37 declaraſſet caducitatem contra fratrem, cum nemo carnem ſuam odio habeat; ſed potius,quod eam tacendo remiſerit, veriſi
38 militudini eſt inhærendum, & euitetur in
39 veriſimile habens falſitatis imaginem, & quod à communiter accidentibus euenire non ſolet, & tanto magis ſucceſſor non
40 poteſt declarare,quia veriſimiliter non poteſt eſſe informatus, quod intentio prædeceſſoris fuerit in tentare dictam caducitatem per ea,quæ tradit Rol.conſil.66. in hac quæſtione num.18.& ſeq.lib.4.fol.114. Ludouic.concluſ.1.de hæred. in verſ. infertur 53.fol.485.

Non obſtat, quod ſupra opponebatur de periuro primo loco,qui incidit in pœna dictæ leg. ſi quis maior, C. de tranſact. & cadit ab omni commodo contractus.

41 Nā Reſpondetur,quod aliud eſt de æquitate, qua mora purgari poteſt, vt ſupra dictū, & etiam in terminis d.l. ſi quis maior, C.de tranſact. & dicetur infra num. 57.

Non obſtat,quod ſecūdo loco opponebatur de pacto reſolutiuo poſito in d. emphyteoſis contractu, nam aut id adducitur reſpectu plantationis arborū, & vitium nō factæ,ac domunculæ non conſtructæ infra triennium, aut reſpectu emphyteoſis, ſeu canonis per biennium non ſoluti.

Primo caſu cum non adſit aliqua reſolutio contractus,nec aliqua pœna, vt ex tenore eiuſdem inſtrumenti melius apparet ad quod, ex facto ceſſat obiectio.

Secundo caſu dico, quod & ſi reſolutio contractus dicti pacti appareat, non tamen propterea rei cōuenti ab emphyteoſi
42 cecidiſſe dicuntur cum agatur de caducitate

tate incursa tempore prædecessoris dicti Stellæ, qui eam non declarauit, & contra hæredes ipsius Octauij, qui deliquit non soluendo dictum canonem in præfato biennio, quo casu caducitas asserta non potest esse in consideratione, quasi remissa fuerit per ea, quæ dicta sunt. Et tanto magis quia cum ex pluribus Chyrographis exhibitis appareat pro parte dicti Stellæ fuisse rece-
43 ptum canonem etiam pro tempore futuro, idest decurso post caussam caducitatem, etiam stante protestatione, quod recipitur saluo iure caducitatis censetur caducitatem remisisse secundum Clarum in §. emphyteosis quest. decima, fol. 82. Corb. qui plures allegat de cauf. priu. ir. ob non solut. canon. limit. vigesimaprima, numero secundo, & seq. fol. 26. & seq. Surd. decis. 6. agenre, numero 7. de quibus licet maior pars Dominorum non curauerit, quia fuerunt productę post conclusum in causa ego dicebam, quod non erant spernendæ,
44 quia ex forma Constitutionis Marchiæ, capitulo quarto, lib. quinto, fol. 328. Apodixæ priuatæ habent paratam executionem, præsertim cum potuissent de facili recognosci, & verisimiliter negatæ non fuissent, nam si extraiudicialiter dictus agens nomine filij eas dictis Auditoribus, & mihi particulariter oretenus fassus fuerit esse veras, sed sibi non obstare, quia fuerunt factæ sine præiudicio caducitatis, ut etiam id colligitur ex iuris allegationibus idē dixisset in iudicio super earum recognitione saltem metu
45 pœnæ, cum negans incidat in pœnam dupli, aut qui propriam, C. de non numera. pecu. & gl. ad dictam Constit. in verbo Apodixis, num. 2. fo. 329.
46 Et tanto magis, cum quo ad iudicē nulla obstet cōclusio in causa, & vbi obstaret,
47 cum ex illis oriatur præsumptio ad fauorem dictorum hæredum circa eorum bonū ius, & dubietas ex parte agentis ad reorum fauorem inclinandum videbatur præ
48 cipuè cum sint minores, quorum bona nō possunt cadere in commissum, vt in terminis emphyteosis probat Guido. de Suz. in suo tracta. de iur. emphyteot. numero 13. to. 6. par. 1. fol. 189. per tex. in l. 2. C. de fund. patri. lib. 10. & l. fin. C. in quib. caus. in integ. restitu.
49 Hinc est, quod minoribus prescriptiones
50 extraiudiciales non currūt, & quod in præscriptionibus iudicialibus restituūtur in integrū sicut, & ecclesia Balb. in suo tract. de prescr. p. 5. p. 4. q. 6. nu. 3. to. 17. fo. 87.
51 Et quod excusantur à pęna, vt per Beat. in suo tracta. de inop. debit. cap. 8. num. 7. etiam in his quorum punitio expectat ad publicam vtilitatem, vt ibi numero 8. to. 3. p. 2. fol. 222.

Nec dicatur agi de caducitate incursa per auctorem dictorum minorū, qui erat
52 maior, quia ante declarationem non poterat dici incursa ex his, quæ supra dicta sunt, & dicentur infra.

Prout non obstant primus, secundus, & tertius casus, in quibus moram purgari nō posse affirmabatur, quia cum vt supra dictum fuit declaratio non fuerit facta per prædecessorem, nec potuit fieri per successorem contra hæredes eius, qui deliquit, præcipuè cum sint minores vt sæpedixi, & ille, qui egit non potuerit agere, aliqua pactorum inobseruantia considerari non po-
53 test ad damnum dictorum hæredum, quia nulliter agere, & non agere idem est. Iurib. vulgaris.

Nec quartus, quia & si mora purgari nō possit, quando adest dies, & pœna id debet intelligi, vbi non obstant supradicta, nā caducitas non incurritur, vt pariter dictū fuit,
54 nisi domino volente, vnde non sufficit sola mora, nisi etiā fuerit facta declaratio domini directi. vt post Alex. cons. 72. viso themate, nu. 7. lib. 2. Dec. cons. 160. in causa monasterij in fi. fol. 172. & consil. 206. queritur an diuisio num. 8. fol. 425. Paris. cons. 108. de bono iure ipsorum, num. 33. lib. 1. qui testa
* tur de communi*. Bero. dicto cons. 98. nu. 32. lib. 1. Crauet. cons. 212. Diuino subsidio, numero primo, fol. 428. tradit Rot. in nouiss. decis. 28. pro resolutione dubij, num. 1. par. 2. fol. 17.

Nec quintus, & vltimus casus, nam respondetur id posse habere locum cōtra iurantem, non autem contra ipsius hæredes,
55 quia iuramentum quo ad reatum, & pœnam periurij ad hæredes, seu filios non trāsit, sed solum iurantem afficit, vt in terminis respondet Bero. dicto cons. 98. visa facti specie nu. 25. & seq. lib. 1.
56 Secūdo quod de æquitate canonica, quę omnibus est communis. Rot. Florent. decis. 60. Nobiles de Maphæis, num. 31. f. 196.
57 etiam stante iuramento mora purgari potest. Dec. cons. 452. visa instructione, nume. 5. Caput Aquens. decis. 230. in mora non fuit Georgius, numero tertio, p. 2. & Rot. in nouiss. decis. 207. tres fuerunt, numero quinto, in vers. præterea de iure canonico part. secunda, fol. 141. quibus addo Add. ad Alexan. consil. 158. in causa & lite in verbo iuramentum littera B, lib. secundo, fo. 132. dicentem id indistinctè esse verum etiam in foro ciuili, & Vrsill. in addit. ad Afflict.

decis. 174. quidam Rusticus, numero 2. fol. 128. qui dicit vidisse in practica obseruari moram purgari vsque ad sententiam de stylo, seu obseruantia Sacri Consilij, quia hodie omnis pœna non exigitur nisi quatenus cum interesse concurrit. Ratio est quia
59 ab ecclesiasticis personis non ita de facili exigitur pœna: quia lucrum inhonestum cum iactura alterius reputatur, vt probat text. in capitu. sicut ad nos in versicu. quia agitur de pœn. de quo meminit Dec. consil. 138. diligenter pro tenui, num. 7. fo. 146. quē si ponderarent Ecclesiarum Rectores proni forsan non ita essent ad has caducitates, & pœnas præcipuè contra pupillos, & minores, quorum protectionem me oppri
60 mantur potuis sumere deberent, capitu. 1. de postuland. in fi. aliàs in die iudicij aduersus eos clamabunt ad Dominum prout facient cæteri relati per Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Rutilium Benzonium Episcopum Lauretanum, & Rechanatensem virum quidem ingenio præstantem, ac peritissimum in suo tractatu de fuga lib. 2. quæst. 2. art. 3. littera D, fol. 23.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXI.

VESTIGNANI COMItatus Camerini.

ARGVMENTVM.

Existens sub potestate Patris, vel aui, an possit facere testamentum.

SVMMARIVM.

Nepos, Pronepos, & cæteri an sint in potestate aui paterni, num. 1.

Testamentum facere non potest, qui est in alterius potestate, num. 2.

Quid si ageretur de profectitijs, & aduentitys, seu de illud substinendo in uim codicillorum, seu donationis, num. 3.

DECISIO LXXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

TEstamētum Petri Venantij existentis sub potestate Io. Dominici aui paterni, an de iure subsistat, atque validum sit.

Resolutum fuit dictum testamentū esse nullum, quia cum 1
mortuo Patre, ac etiam Patre viuo, nepos, pronepos, & cæteri in potestate aui paterni sint l. nam ciuium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. §. 1. instit. de patr. potest. non
2 potuit dictus Petrus Venantius in potestate dicti Ioannis Dominici existens, facere testamentum l. filiusfamilias, ff. de testam. l. pen. C. qui testam. fac. poss. quia sublata testādi facultas per tex. in terminis in l. qui in potestate, ff. de testam. & instit. quib. permiss. est fac. testam. in princ. etiam si parentis consensus interuenire t dicta l. qui in potestate Io. dilect. de art. testan. in titu. de his, qui habent testamenti factionem, ca. 1. vbi
3 de communi*; vel ageretur de profectitijs,
* & aduentitijs Rymin. iun. consil. 159. quæritur an testamētum in princ. vol. 2. seu de ipso substinendo in vim codicillorū Panc. consil. 184. nuptui locata est, nume. 2. & Honded. consil. 32. præsens numero 78. seu donationis, vt per eundem Honded. loco citato num. 121. & seq. seu de dote, nam filia non habet in dote priuilegium testandi, quod habet filius in Castrensi peculio, vel quasi Alexan. consil. 16. visis, & opportune consideratis num. 1. lib. 2. & in specie clerici omnes, etiam primæ tonsuræ, qui possunt facere testamentum, etiam si filij familias sint. Abb. in cap. quia nos numero 5. de testam. Veronens. caut. 113. filius familias, numero 2. fol. 35. & Durans in suo tract. de art. testan. caut. 1. titu. 1. num. 5. fol. 7. quia vt ibi peculium etiam aduentitium clerico est quasi Castrense, aut presbyteros, C. de episc. & cleric. Abb. loco citato.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LXXII.

CASTIGNANENSIS.

ARGVMENTVM.

Vidua quando competat remedium Aut. Praeterea, C. vnde vir, & vxor.

SVMMARIVM.

Aut. Praeterea, C. vnde vir, & vxor ad hoc, vt locum habeat, quae probanda sint, num. 1.
Dos congrua, quae dicatur, num. 2.
Qualitates quando sint variabiles, non potest dari certa determinatio, num. 3.
Paupertas ex quibus probetur, num. 4.
Pauper, quis dicatur in terminis dictae aut. Praeterea, num. 5.
Remedium dicta aut. Praeterea, C. vnde vir, & vxor, an locum habeat, quando mulier cum suis operibus viuere potest, num. 6.
Remedium dictę aut. Praeterea locum habet non solum, quando mulier nullam habuit dotem, sed etiā quando illam habet, sed paruam, num. 7.
Dos parua dicitur, quae non sufficit ad alimenta, n. 8.
Paruum, & nihil aequiperantur, nu. 9.
Diuitiae probantur per famam, nu. 10.
Diues quis nuncupari possit, nu. 11.
Paupertas probatur per famam, nu. 12.
Pauper quis dicatur, nu. 13.
Aestimatio praediorum fit ad quinque pro centenario, num. 14.
Probatio dubia non releuat, nume. 15.
Vxores ciuium non solent exercere uilia officia, n. 16.
Mulier uidualiter uiuens censetur in primo matrimonio, nu. 17.
Vidua non tenetur exercere uilia officia, num. 18.
Hęres efficitur indignus haereditate defuncti, si eius opera uxor praedefuncti cogitur alteri seruire, n. 19.
Senex, quis dicatur, num. 20.
Senectus quando incipiat, num. 21.
Senex non est aptus ad seruiendum, num. 22.
Senectus est ueneranda, nu. 23.
Salarium pedissequae in his partibus est floreuorū decem quolibet anno, num. 24.

DECISIO LXXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

SAnctiliae viduae relictae quon. Archangeli Paganelli, an competat contra haeredes dicti Paganelli intētatum beneficium Authen. Pręterea, C. vnde vir, & vxor.
1 Videbatur respondendum negatiuè.

Primò quia inter caetera reqsita ad hoc, vt sit locus dictae Authen. debebant probari matrimonium fuisse sine dote contractum, diuitiae viri tempore mortis, & paupertas vxoris non habentis vnde viuat per ea, quę tradunt in dicta auth. praeterea Doctores, & praesertim Paul. de Castr. nume. 1. Fabian de Pep. nu. 7. Curt. iun. nu. 3. & seq. Simon de Praet. cons. 9. D. Pacifica contra ser Paternianum, n. 2. lib. 1. qui dicit non habere locum dispositionem d. Auth. quādo vnum ex dictis requisitis cessat Gabr. cons. 142. arbitror Antoninae quartam, n. 1. lib. 1. & Honded. cons. 93. praetendit nu. 18. Et tāto magis, quia videbatur probatum Sanctiliam habuisse in dotem duas possessiones valoris florenorum centum siue 90. & ad minus 70. vt deponūt testes quatuor super 12. c. fol. 38. 42. 47. & 51. quae censeri debet
2 dos cōgrua respectu qualitatis ipsius, cum ista mensuretur secundum quantitatē patrimonij, qualitatem, & honestatem personarum, numerum liberorum, & consuetudinem regionis, & familiae, ac iudicis arbitrium l. cum post, §. gener, ff. de iure dot. l. 3. C. de dot. promiss. Afflict. dec. 337. in causa, nu. 9. Menoch. de arbitr. casu 149. in vniuersa fere, nu. 34. & seu. f. 163. & Becc. cons. 12. extat in oppido, nu. 6. fo. 223. qui plures allegant. Ratio est, secundum Men. loc. cit.
3 quia cum qualitates sint variabiles, non potest dari certa determinatio, praesertim cū per tres testes dictorum haeredum super 13. cap. fol. 44. & 48. & 49. probetur dictam Sāctiliam fuisse competenter dotatā cum florenis 50. attenta eius cōditione, quibus accedit Philippus testis ipsius Sanctiliae super 9. interrogatorio fol. 29. qui plenè probat contra producentem Rom. cons. 104. Pater Reueren. in fi. cum ceteris per me allegatis decis. 61. ego dicebam in causa, n. 41.

Item habere super vna domo florenos 38. vt constat per pub. instrumentum in actis exhibitum.

Et vlterius dictum Paganellum esse pauperem, vt colligitur ex depositione Aurelij Philippi super 8. interrog. f. quadragesimo sexto dicētis, qd non habebat bona sufficiētia pro eius victu, & alijs testibus contra dictam Sanctiliam examinatis prout fol. 38. 42. 45. 47. 50. & 51. iuncta depositione Belisarij testis ipsius Sanctiliæ super 14. cap. fol. 64. expresse probantibus, quod Archangelus cogebatur quolibet anno emere frumentum pro eius victu, quia ex possessionibus non recolligebat fructus sufficientes,
4 quæ proculdubio paupertatem probare vi-
5 dentur cum in terminis dictæ Authenticę. Præterea ille dicatur pauper cuius substantia non sufficit ad victum, & vestitum hæred. & coniugis superstitis, vt inquit Natt. cons. 405. manifesta est nume. 12. lib. 3. fol. 143. nam si dicta bona non sufficiebāt pro defuncto, multo minus pro pluribus hæredibus, & dicta Sanctilia.

6 Secundo quia dicta authentica. Præterea non habet locum, quando mulier cum huiusmodi parua dote iunctis suis operibus est apta ad se substentandum sine mendicitate, vt asseritur apta d. Sanctilia Soc. consil. 121. præmittenda est, nu. 46. lib. 4. & Corn. cons. 249. viso suprascripto pūcto lib. 3. quibus addo quod nouissimè censuit Rot. Bononien. in materia dict. sed Auth. Præterea quæst. 4. num. 24. cum seq. fol. 80. quæ plures adducit.

Sed pars affirmatiua ad fauorem d. Sanctiliæ informāte pro parte eiusdem Domino Mario Antonino I. C. probatissimo cōmuni omnium Dominorum suffragio se-
7 cuta fuit, quia dispositio d. authen. Præterea procedit non solum, quando vxor nullā habuit dotem, sed etiam, quando habuit paruam dotem, vt ibi voluerūt. Bald. Salyc. Castrens. Roman. Aretin. Francis. de Ram pon. Dec. num. 4. & seq. Curt. iun. col. pen. in fi. num... Picus colum. 3. in fi. num... versi. limita tamen Tiraq. in tracta. de iudic. in reb. exigu. vers. nono ex hoc infertur, num. 19. fol. 575. Barbat. cons. 74. scripsit psalmista, colum. 4. lib. 4. Bursat. consil. 92. Dominus Io. Franciscus, nume. 22. lib. 1. Honded. cons. 93. prætendit Domina Agnes, nu. 4. &
* est communis* opinio, pro quā semper fuit iudicatum, vt in terminis post plures, quos allegat consuluit Rymin. iun. cons. 657. Domina Catherina, n. 40. lib. 6. f. 192. & Decia. cons. 70. & prima facie, nu. 12. vers. tertio &
* vltimo lib. 2. immo magis communis* opinio, quæ in iudicando est tenenda secundū Ludouicum conclus. 1. de solut. matrim. ampliat. 1. in vers. prima tamen opinio, fol. 520.

8 Et patua dos dicitur, quæ non sufficit ad alimenta secundum Bald. in dicta authent. præterea, & ibi Dec. numero quinto, qui te-
* statur de communi* Michael Graff. in suo tract. de success. in §. successio quæst. 39. numero quarto, fol. 225. Rym. & Decian. vbi supra, qui dicit, quod salua conscientia non potest aliud iudicari, ratio est quia stante parua dote habito intuitu ad uirū, qui erat diues perinde est, ac si fuisset indotata Sur. consil. 112. Ambrosius Saluatus, nume. 84.
9 nam parum, & nihil æquipetantur, ut dixi supra decis. 62. in proposita dubitatione, num. 13. & infra decis. 78. maior pars, num. 17. & probatur in l. quamuis, ff. de condit. & demonstrat. & per glo. in auth. minoris debitor, C. qui dar. tutor. pos. Nati. cōs. 246. statutum Castelletti Molinæ, nu. 6. fol. 71.

Non obstat primum obiectum, in quo dicebatur non fuisse probatum de matrimonio contracto sine dote, diuitis uiri tēpore mortis, & paupertate vxoris, ut erat faciendum.

Quia ad primum de matrimonio cōtracto sine dote. Rñdetur quod cum dos fuerit parua, ut de se pater, quia fructus eiusdē uix sufficerent ad eam alendā pro uno mēse, quod d. Sanctilia potest dici indotata per ea, quæ supradicta sunt.

10 Ad secuudum, quod de diuitijs uiri constat non solum per famam, qua diuitiæ plenæ probātur, gl. in l. ubi adhuc, C. de iur. doti. Bal. in aut. quod locum, n. 13. C. de collat. & Decian. cons. 47. Primo ergo nu. 6. lib. 4. f. 204. sed etiā per illos testes qui deponunt de ualore bonorum ipsius Paganelli ascendente ad summam florenorum 3654. cum
11 quibus poterat diues nuncupari, quia fuit per duos alios testes probatum, *Che chi ha fiorini tre millia in Castignano, è ricchissimo, & per tale si tiene in detta terra.*

12 Ad tertium quod præter id, quod paupertas dictæ Sanctiliæ fuit per testes plene probata, ac per famam, & communem vulgi opinionem, qua etiam probari potest, Mascard. de probatio. conclus. 1154. n. 19. lib. 3. fol. 71.

Re ipsa de huiusmodi paupertate apparere dicitur, cum ex dicta dote alimenta percipi non possiut, & paupet dicatur, qui
13 non reperitur habere centum aureos glo. in §. fin. in uerbo pauper authen. de exhib. rei. Honded. consil. 93. prætendit Domina, numero trigesimo, fo. 765. seu ille, qui talis uidetur

videtur iudices arbitrio, ex quo dicitur sublatum, quod subsequenter dicebatur de congruitate dictæ dotis.

Prout nec obstat dum dicebatur fuisse probatum dictum Paganellum non habere bona sufficientia pro eius victu, & quod cogebatur quolibet anno emere frumentum.

Nam primum non probatur nisi ab vno teste ipsorum hæredum, cui standum non est, cum sit singularis, & contrarium appareat ex alijs testibus, & tanto magis, quia cũ probetur bona eiusdem ascendere ad dictam summam florenorum 3654. sufficiebant ad eius, & vxoris victum etiam secun-
14 dum communem extimationem prædiorum, quæ fieri solet ad quinque pro quolibet centenario secundum Neuizzan. cons. 74. Deo subiecta erit anima mea, num. 5. & & 13. nullum potest fieri fundamentum.

Prout nec facit secundum quia non concludit de necessitate cum possit esse, quod vnus sit diues, & quod cogatur emere fru-
15 mentum quolibet anno, quare talis probatio dubia non concludit, l. non hoc, C. vnde cognat.

Non obstat dum dicebatur dictam Authen. Præterea non habere locum quando mulier cunctis suis operibus potest viuere.
16 Nam id debet intelligi de illis operibus quæ præstare solebat vxor viuente marito, vt in specie loquitur Rot. Bonon. d. quæst. 4. num. 24. & 25. item vbi in processu fuisset probatum d. mulierem posse sic operari, & lucrari: & huiusmodi lucrum esse sufficiens vinculus cum redditibus dotis ad congrua alimenta, vt exinde viuere possit, vt in terminis apparet decisio D. Io. Vincẽ. Condiui. de qua inter cons. diuersorum in materia præfatæ Auth. Præterea incipiens D. Catherina num. 3. fol. 241. non autem in præsenti specie, in qua cum vxores ciuium non soleant exercere vilia officia, vt depo-
17 nunt plures testes dictæ Sanctiliæ, quæ vidualiter viuens censetur in primo matrimonio quousque maritata sit, l. quoties in vers. in viduitate permanẽs, C. de priuileg. scolar. lib. 12. l. fin. C. de bon. mater. non tenebatur tentare hanc viam insolitam in vituperium ipsius mariti fuit de mente Soc. d. cons. 121. num. 45. & d. Rotæ Bonon. d. q. 4. num. 27. fol. 82. esset enim dedecus huic mulieri, quæ hactenus nobiliter vixit velle nunc vilem artem inchoare, vt consuluit D. Bisela I.C. celeberrimus cons. 5. D. Catherina num. 3. fol. 222. inter cons. diuersorũ in materia d. Auth. Præterea, & censuit Condiuius in d. decis. nu. 6. fol. 242. vt in terminis respondet. Rolan. consil. 14. & si ambigui, numero 48. lib. 3. & Rymin. iun. consil. 657. Domina Catherina, nu. 55. & seq. lib. 6. qui in specie respondent ad dictum con-
18 sil. Soc. 121. quia nõ tenetur, nec debet ad viliores operas descendere, quam ad illas, quas viuente marito poterat salua dignitate, & honore familiæ mariti facere, secundum Decian. consil. 111. decessit maritus, numero 19. lib. 3. nec altori inseruire, seu artem exercere. Menoch. cons. 453. cum præstantissimo numero decimoquarto, & decimoquinto, lib. quinto, Honded. consi. 93.
19 prætendit numero 13. immo hæres efficitur indignus hæreditate defuncti, si est in causa, vt vxor eiusdem cogatur alteri seruire secundum Barbat. d. consil. 74. colum. 5. in versiculo quinimo plus videtur lib. 4. Rolan. dicto cons. 14. num. 49. lib. 3. & Decian. dicto cons. 111. num. 20. lib. 3.
20 Et tanto magis, quia probatur per duos testes dictam Sanctiliam esse quinquage-
21 nariam, & sic senem per ea, quæ tradit Innocen. in capitulo quoniam frequenter, numero 3. vt lit. non contest. & Oldrad. cõsil. 93. Magister ordinis, num. 20. fol. 32. & etiam quia isto tempore incipit senectus secundum gl. in prohem. sexti Decretal. quo
22 casu, nec videtur apta ad seruiendum, vt quoque tetigerunt. Rolan. num. 55. & Rymin. iun. num. 57. in locis citatis, nec teneri ad id faciendum, cum senectus, quæ sem-
23 per est veneranda l. semper in princ. ff. de iure immunitatis, & Aul. Gellius lib. 11. ca. 9. non debeat in hunc modum vituperari, hoc enim non est de priuilegijs eisdẽ concessis, vnde rectè inuehitur Barbat. d. cons. 74. scripsit psalmista, colum. 4. in versiculo, nec obstat si opponatur lib. 4. relat. per Rymin. iun. vbi supra contra dicentes mulie-
24 rem senem posse esse pedissequam præcipuè in his partibus, in quibus dantur floreni decem quolibet anno, qui uix sufficiunt pro tertia parte vestium, & aliorum necessariorum, quod nouum videri non debet per ea, quæ tradit Decian. cons. 83. ex proposita, num. 59. lib. 5. fol. 261.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Condemnatio expensarum simpliciter facta per iudicem ad quem an intelligatur etiam de expensis prima instantiæ.

SVMMARIVM.

Expensarum condemnatio facta per iudicem ad quē intelligitur etiam de expensis factis in prima instantia, nisi habuerit iustam litigandi causam, numero 1.

DECISIO LXXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Rota censuit super proposita dubitatione condemnationē expēsarum factam per Dominum iudicem, à quo in causa Octauij Cherubini appellati, & Ludouici Matthæi de dicta ciuitate
1 appellātis debere intelligi de omnibus expensis tam causæ appellationis, quam causæ principalis per ea, quæ tradunt Felyn. in capitulo significauerunt de exception. numero septimo, Dec. in capitu. sæpe nume. 15. de appellat. Marf. singul. 684. circa materiam expensarum. Put. decis. 246. in vna Cęsaraguftana lib. 2. fol. 373. & Afin. in sua pract. ciuil. §. 32. cap. 2. ampliat. 7. nume. 32. fo. 417. & Granut. Theorema. 6. Decius, numero sexto, fol. 29. nisi appareat, iustam causam habuisse, vt post Felyn. vbi supra, & Hyppol. Marsil. in l. patre, vel marito, num. 71. ff. de quæst. dicit idem Afin. loco citato, num 1. & Granut. d. Theorem. 6. Decius, num. 13.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXIIII.

FIRMI CASTRI Altidonæ.

ARGVMENTVM.

Positiones, an possint haberi pro confessis contra non personaliter citatum, & impeditum.

SVMMARIVM.

Mora in non respondendo positionibus, an possit purgari, num. 1.
Contumax ad hoc, vt habeatur pro confesso circa positiones productas, quid requiratur, nume. 2.
Citatio Procuratoris ad respondendum positionibus, an sufficiat, num. 3.
Verba constitutionis, quando respiciunt personalitatem, an possit Procurator respondere positionibus, num. 4.
Procurator, quando possit respondere positionibus, num. 5.
Principalis positionibus quomodo respondere teneatur, nume. 6.
Metus an excuset à contumacia, num. 7.
Impeditus, an habeatur pro confesso, si non respondet positionibus, nu. 8.

DECISIO LXXIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

In vna Firmana Castri Altidonæ vertente inter Marcum Antonium Mauritium, artiũ, & Medicinæ Doctorem appellantem ex vna, & Ioannem Baptistam Alexandri num appellatum ex altera; dicebatur positiones productas pro parte D. Domini Marci Antonij Mauritij haberi pro confessis ipso facto ad fauorem ipsius producentis, cum post binam monitionem eis responsum non fuerit ad formam

mam constitutionis Marchiæ cap.19.lib.5. fol.348. & D. Ioannem Baptistam post lapsum termini comparentem ad respondendum admitti non posse, etiam per viã pur-
1 gationis moræ, nam vbi lex ipso iure facit executionem nõ admittitur purgatio moræ, vt post Barthol. in l. si insulam, num. 19. ff. de verbor. obligat. consuluit Neuizzan. consi.6. visis verbis Ducalis decreti, numero 12.fol.51.
2 Sed aliud fuit resolutũ, quia ad hoc contumax habeatur pro confesso, quia non respondit positionibus, requiritur quod ipse sit monitus personaliter; non autem eius
3 procurator, vt in præsenti specie factum fuit, nam monitio in personam procuratoris non sufficit, vt notatur in cap. 1. de confess. lib.6.& probat Ias. in aut. hoc amplius, numero 3. C. de fideicomm. Alexan. consi. 188. viso processu, numero 3. lib.2. fol.152. & Crauet. consi.254. decreto principali, nu. 3.fol.514.

Et tanto magis, quod præfata constitutio loquitur, quando fuit bis citatus principalis, non autem Procurator, vt colligitur ex illis verbis ibi (statuimus, quod si quis) & rectè quidem, nam cum supra iusserit in principio, partem aduersam teneri ad respondendum, & compelli debere per iudicem non obstãte, quod allegaretur, vel opponeretur positiones esse impertinentes,
4 quæ verba respiciunt personalitatẽ, vt quoque id melius comprehenditur ex subsequentibus verbis, in quibus expresse dispo nit Procuratorem non posse cogi ad respõ
5 dendum, licet quatenus voluerit ad id faciendum tanquam principalis, & habens sufficiens, & speciale mandatum auctoritate dictæ constitutionis facta prima citatione admittatur, non autem potest, nã tunc,
6 vt ibi debet citari principalis, qui tenetur respondere per verbum credit, vel non credit simpliciter sine aliquo adiumento, non poterat procurator, etiam in terminis iuris communis eis respondere per ea, quæ tradit Pedemon. decis.113. stante decreto, nu. 5.fo.458.& glo. ad dictam constitutionem Marchiæ capitu.19.lib.5. in littera C, num. 1. in versiculo fallit, vbi fo.350.

Immo vbi aliqua contumacia ipsius respondere debentis cõsiderari posset, idem esset ob impedimentum, quod habuit in accedendo cum militibus contra bannitos coactè, & metu penæ, qui metus prçter id,
7 quod excusat etiam si fuisset leuis, & non cadens in constantem virum à contumacia, vt voluit Bald. in l. ea, quæ num.8.col. 2. versiculo quæro nunquid quçlibet occasio, C. quomod. & quan. iud. & consuluit Crauett. consil.319. Proponitur in facto, numero 20. in versiculo septimo. Respondeo fol.685. huiusmodi probabilis causa non respondendi ipsum penitus eximit ab omni damno, & sic pro confesso haberi non pòtuit, vt expressè, & verbis clarissimis consuluit Bald. consi. 315. statuto cauetur in fine in versiculo, & iussus lib. 2. & Crauet. loco citato.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXV.

FANENSIS.

ARGVMENTVM.

Appellatio, an detur quando iudex pronunciat executionem esse reuocandam, & annullandam.

SVMMARIVM.

Appellatio, an detur in executiuis, num.1. & 18.
Aequalitas inter litigantes est seruanda, num.2.
Interpretatio qualibet tendere debet ad æquitatem, num.3.
Inæqualitas, an toleretur inter reum, & actorem, num.4.
Appellatio an detur, quando pronunciatur instrumentum non esse exequendum, nu.5.
Appellare, quod vnus possit, & alter non, est absurdum, nume.6.
Executionis reuocationem, an debeat obtinere, qui obtinuit in causa nullitatis, num.7.
Iudex nullitatis, an possit annullata reuocare, num.8.
Iudex appellationis reuocat attentata, num.9.
Sententia quando est pronuntiata nulla irrita est possessio cum inde sequutis, num.10.
Appellatio suspendit, & retardat, num.11.
Appellatio datur quando est connexa causa nullitatis, nume.12. & 20.
Mistura nullitatis processus respicit petitorium, numero 13.
Sententiæ capitula, si plura sint, an plures dicantur sententiæ, num.14.
Verba quando sunt posita in vna, eademque oratione,

ne, an constituant vnum capitulum, vel plura, numero 15.
Verba correspectiua, quid operentur, num. 16.
Iudicium dicitur ordinarium non executiuum, quando est introducta quæstio nullitatis, num. 17.
Appellatio in casibus prohibitis an detur, nu. 19.
Appellare, an liceat ratione modicissimi præiudicij. d. num. 19.
Sententia quando profertur verbis negatiuis, an militet eadem ratio, num. 21.
Appellatio an detur, quando pronunciatur actorem non esse immittendum in possessionem, num. 22.
Appellatio in ambiguis est admittenda, nu. 23.
Appellatio quando non reperitur prohibita censetur permissa, num. 24.
Verbum quodlibet cum effectu operandi debet censeri appositum, num. 25.
Ius ex facto oritur, nume. 26.
Appellatio vbi esset prohibita, an concedatur ratione noui grauaminis, num. 27.
Gloss. 1. Clem. 1. de re iudicat. quomodo sit intelligenda, num. 28.
Supplicatio proprie non inducit litis pendentiam, numero 29.
Appellatione pendente, an dicatur quis obtinuisse, numero 30.
Verbum obtinere præsupponit ius, num. 31.
Sententiam vnicam pro se habens, an dicatur obtinuisse, num. 32.
Appellatio rescindit iudicatum, nu. 33.
Appellatione pendente, an præsumatur pro sententia, num. 34.
Res iudicata pro veritate habetur, num. 35.
Appellatio, an detur in causa attentatorum, numero 36.
Attentatorum remedium quando cesset, num. 37.
Relator causæ in Rota non habet votum, nu. 38.

DECISIO LXXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

A Sententia lata ad fauorẽ Aloysij Seueri I. C. de Saxo Ferrato cõtra Baptistam eius patruũ de eadem terra incolam d. ciuitatis Fani, in qua dictum fuit executionem reuocandam, & annullandam, an potuerit appellari, & appellatio huiusmodi admitti, vt factum fuit.

1 Dicebatur quod non, quia in executiuis regulariter non datur appellatio.

2 Secundo, quia sicut licuit d. Baptistæ exequi suum instrumentum in vim sententiæ primi iudicis appellatione non obstãte, ita
d. Aloysio licere debet exequi sententiam
reuocatoriam, & annullatiuam dictæ exe-
cutionis absq; aliquo vitio attentatorum,
vt seruetur requisita æqualitas inter litican-
tes, & vna pars nõ sit plus priuilegiata, quã
3 alia, quia præter id, quod quælibet interpre
tatio tendere debet ad æquitatem. Roma.
in l. quod si possessor, §. actanda, numero 1.
4 de petit. hæred. inæqualitas non toleratur
inter reum, & actorem nisi adsit aliqua pre
sumptio pro actore. Contard. in l. vnica, c.
si de moment. poss. limit. 17. in verbo seque-
strum, numero 15. fo. 215. vnde dicebat Bal.
nouel. in suo tracta. de dot. par. 6. priuil. 2.
5 numero 12. fo. 18. quod sicut non datur ap-
pellatio, quando mandatur instrumentum
exequi ita non debet dari quando pronun-
ciatur instrumentum non esse exequendũ,
vt pluries vidit seruatum Perusij, quem se-
quitur Marsil. singul. 389. tu scis. Ruy. cons.
85. lib. 5. & Magon. decis. Lucan. 62. stat sta-
tutum, num. 8. fol. 205. esset enim valde ab-
6 surdum, quod vnus posset appellare, & al-
ter non. Franc. in cap. si duobus, §. denique,
numero 3. de appellatio. Contard. in d. l. vni
ca, C. si de moment. possess. limit. 17. in ver-
bo sequestrum, num. 14. fol. 15.
7 Et tanto magis quia obtinens in causa
nullitatis obtinere debet etiam reuocatio-
nem executionis secundum gl. in clem. 1.
in verbo donec Ioan. de Imol. nume. 11. &
8 Vital. numero 27. fol. 84. de senten. & re iu-
dic. præsertim cum iudex nullitatis possit
omnia intentata prætextu illius sententiæ
reuocare ad instar iudicis appellationis, qui
9 omnia attentata appellatione pendente ex
suo officio reducit in pristinum, vt voluit
Barto. in l. 1. num. 18. C. quando prouocare
non est necess. & Alexan. consil. 2. conside
ratis his, num. 15. lib. 3. ratio est secundum
Innocentium in cap. ex insinuatione, nu. 2.
de procurato. fol. 70. quia sententia pronũ-
10 ciata nulla irrita erit possessio, & quidquid
11 ex ea sequutum est l. nõ dubium, C. de leg.
quod non esset si daretur appellatio, quæ
omnia suspendit, & retardat.
12 Sed contrarium censui, quia quando est
connexa causa nullitatis prioris sententiæ,
vt in præsenti specie datur appellatio. Bald.
cons. 141. præmissis verbis numero 7. lib. 1.
Contar. in l. vnica, C. si de mom. poss. limit.
24. num. 22. ratione complicationis fo. 240.
Turret. cons. 68. ego ordinatè procedẽdo,
13 numero 2. fo. 122. ratio est quia mistura nul
litatis processus respicit petitorium. Con-
tard. loco citato, num. 14. fol. 239. & totam
causam deuoluit per ea, quæ tradit Matth.
Brun. cons. 73. breuiter concludo. Nec dica

tur

tur appellationem non afficere saltem respectu verbi reuocandam in dicta sententia
14 positi, quia tot capitula tot sententiæ.
15 Quia d. verbum reuocandam, cum sit coniunctum, cum dicto verbo annullandā, & positum in vna, eademq; oratione vnū capitulum, & non plura dicuntur per ea, quæ censuit Rot. decis. 13. aliàs 465. extra Rotam, numero quarto, de probat. in nou. fol. 48. & Contard. d. limit. 24. num. 16. fo.
16 240. cum sint correspectiua, & vnum positum propter aliud per ea, quæ scribit Aym. consil. 11. tria principaliter videnda, num. 3. & 179. in causa appellationis in fi. & consil. 245. Stephanus Bergadani, num. 2. vers. rursus, & cons. 298. terminus Didali, num. 13. vers. 5. Rot. Bonon. decis. 29. in causa. Rym. iun. consi. 23. Illustris, & Generosus Comes numero 132. & consil. 61. agit camera fiscalis, num. 23. cum seq. lib. 1. non poterit vno ommisso super alio pronunciari, quia posito vno ponitur, & alterum, sublato vno tollitur, & alterum, l. etiam §. ex causa, ff. de mino. l. fi. ff. de acceptil. Crauet. d. consil. 179. in fi. & cons. 245. nume. 2. in vers. sed in correspectiuis.

Non obstat dum primo loco opponebatur in executiuis non dari appellationem.
17 Quia quando est introducta quæstio nullitatis iudicium nō dicitur executiuum, sed ordinarium, cum nullitas in instrumento scripta non reperiatur.

Et ubi executiuū nuncupari posset idem
18 esset, quia dum dicitur appellationem in executiuis nō admitti intelligitur de temeraria, & calumniosa, non autem honesta & probabili, vt post Angelū in l. quisquis, C. quor. appellatio. dicit Rymin. iun. consil. 358. igitur ad primum, numero 6. lib. 4. & Turrett. d. consil. 68. numero quinto, puta quando allegatur aliqua iusta causa ex qua appellatio deberet admitti, ut dicit Duen. regu. 42. appellatione limit. 10. fol. 23. uel constaret de notorio grauamine, nā tunc
19 etiam in casibus, in quibus appellare non licet admittitur appellatio etiam in terminis Aegidianæ, ut per Ludouic. decis. Perus. 20. Domina Martiana, nume. 24. fol. 25. quod quoq; uerum puto in minimis, cum ratione modicissimi præiudicij permittatur appellare l. si prolusorio, ff. de app. Ang. in l. 1. ff. de app. recip. cap. cum super de re iud. & Vasq. in suo tract. controuers. lib. 1. c. 41. num. 16. fol. 78. Sed appellatio interposita per Dominum Baptistam, à dicta sententia reuocationis, & annullationis est iusta, honesta, & probabilis, quia conatur defen-
20 dere, quod executio non sit nulla, sed ualida à qua nullitate datur appellatio ergo.

Non obstat, quod secundo loco opponebatur, nam opinio Doctorum supra allegatorum non videtur tuta; quando enim sen
21 tentia profertur verbis negatiuis non militat eadem ratio, quæ militat, quando proferē verbis affirmatiuis, vt notabiliter multoties practicasse dicit Angel. in l. quisquis quor. appella. non recip. relatis Iacob. de Sanct. Georg. in l. fi. C. de ædict. Diu. Adria. tollen. nume. 56. Duen. reg. 44. appellare à senten. limit. 1. fol. 26. Tiraq. in tracta. de mort. Saisit Leuif par. 6. declaratio. 6. num. 3. fol. 157. & Menoch. adipiscen. remed. 4.
22 num. 876. fol. 73. vnde secundum præcitatos si fuerit in remedio adipiscēdæ lata sententia pro reo contra actorem, in qua fuit dictum, actorem non esse mittendum in possessionem datur appellatio, & si regulariter sit probanda ad omnem effectum.

Secundo quod vbi procederet opinio Doctorum in cōtrarium allegatorū quod
23 ex præmissis nō transit ita de plano, seu vt melius dicam sustineri non potest, quia quando iudex pronunciat instrumentum exequendum agitur de actu positiuo, ac affirmatiuo, quando dicitur instrumentum non exequendum de actu negatiuo, qui cū differant, quia affirmatiua regulariter præualet secuudum gl. in l diem proferre, §. si plures, ff. de arbitr. Bart. Bald. & Angel. in l. hæredes palam, ff. de testam. Firmian. in verbo affirmatiuam. & Franc. Curt. in suo tracta. de testam. conclus. 2. numero 8. to. 4. fo. 26. & conclus. 26. nume. 56. fol. 128. cum sit dignior, & præstantior, nam vt inquit Saly. in l. 1. §. rei vxoriæ, numero 6. versicu. & sic nota, de quo meminit Patian. in suo tracta. de probat. capitulo 16. numero sexto, lib. 1. fol. 8. ens quodlibet est nobilius, & elegibilius, quàm non ens ratione ambiguitatis appellatio erat admittenda, vt post glo. in capitu. vt debitus in rationabili causa de appellat. Bart. in l. 1. colum. 2. numero 6. ff. nil. nouar. appellat. pend. & alios tradit Tiraq. in dicto tractat. le mort. Saisit. le vif. par. 6. declarat. 6. numero decimo, fol. 158. præsertim cum in terminis de quibus agitur in
24 specie prohibita non reperiatur, quo casu censetur permissa secundum gloss. in l. qui restituere in gloss. vlt. ad fi. & ibi Bal. & Angel. ff. de rei vendic. & Tiraq. loco citat. nu. 9. & quidem necessario, cum aliàs sequeretur absurdum, nempe quod idem esset dicere executionem reuocandam, & annullandam, quod simpliciter dicere reuocan-
25 dam, quod esse non potest, cum quodlibet verbum cum effectu operandi debeat censeri

26 seri appositum, & ex variatione facti dica-
tur ius, quod ex eo oritur variari l. si ex pla-
gis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. maximè, quod
27 dum dicitur annullandam, inducitur no-
uum grauamen, ob quod etiam vbi appel-
latio esset prohibita, licitum est appellare,
vt post Ruyn. cons. 78. in quæstione in prin.
lib. 5. Gabr. de appellat. conclus. 4. nu. 2. in fi.
fol. 142. tradit Lancellot. de attentat. capit.
11. de attentat. pendente temp. ad appell.
limit. 33. num. 35 to. 5. fol. 384.

Prout nec obstant in oppositum addu-
cta ad corroborationem. Primo quia ex
his non infertur appellari non posse. Secũ-
28 do quia allegata gloss. in d. clemen. 1. de re
iudicat. quam ibi sequuntur Imo. & Vital.
in locis citatis, non habet locum quãdo est
appellatum, sed quando facta executione,
est suo iudici supplicatũ super nullitate, vt
probat Guliel. de Monte Laudano in dicta
Clemen. 1. de re iud. num. 2. quia & si tunc
obtinens in causa nullitatis debeat habere
reuocationem executionis secundum di-
ctam glo. non tamen idem est quando fuit
29 appellatum, quia supplicatio propriè non
inducit litis pendentiam, nec rescindet iu-
dicatum, quod erat terminus litis, sicut ap-
pellatio, vt inquit Bald. in authen. quę sup-
plicatio, num. 3. C. de præc. imper. offeren.
& tanto magis, quod præfata glo. loquitur
de eo, qui obtinuit, quod propriè non po-
test verificari quãdo fuit appellatum, quia
30 ea pendente non potest dici quempiam in
31 in causa nullitatis obtinuisse, cum obtine-
re præsupponat ius, vt post Archid. in cap. si
gratiose de rescript. in 6. dicit Alberic. in
32 obtinere, de quo per vnicam sententiam
apparere non dicitur, quia præter id quod
appellatio rescindit iudicatum etiam si pet
33 calumniam appelletur, vt per Bald. in dicta
Auth. quæ supplicatio num. 3. de precibus
34 imp. offeren. tunc non præsumitur pro sen
tentia, quo ad effectum executionis, nam
talis sententia non potest exequi l. 1. §. vlt.
ff. ad Senat. Consult. Turpil. Præposit. in ca.
dilecto, nu. 65. de appellat. Dec. in cap. quo-
niam contra nu. 33. vers. non obstat, quod
appellatio de probat. Menoch. de præsum-
pt. præsumpt. 67. lib. 2. nume. 40. fol. 61. nisi
illa fecerit transitum in iudicatum, vt scri-
bunt omnes in capit. quoniam de probat.
35. & hoc ex præsumptione iuris, & de iure,
quia res iudicata pro veritate habetur l. in-
genium, ff. de stat. hom. l. res iudicata, ff. de
reg. iur. Menoch. vbi supra, num. 46. & seq.
nam tunc propriè, & verè dicitur quis ob-
tinuisse cum id propriè iudicatum dicitur
Gemin. numero vndecimo, & Franc. in ca-
pitulo non solum, numero nono, de ap-
pell. in 6.

Nec quicquam facit allegata Doctrina.
in dicta l. prima, numero decimooctauo,
C. quan. prouoc. non est necess. & Alexan.
d. consil. 2. in fi. lib. 3. nam loquuntur de at-
tentatis appellatione pendente, de quibus
non tractatur in præsenti specie, circa quæ
36 Rota ista semper tenuit illam opinionem,
quod detur appellatio, quam secuta fuit.
Rot. in nou. decis. 2. aliàs 113. tres senten-
tiæ super attentatis fol. 54. de re iudicat. &
decis. 28. aliàs 517. eodem titu. in antiq. fo.
43. & Bellamer. decis. 37. vbi appellatur. de
appellat. de quibus meminit Lancellot. de
attent. capitulo vigesimo octauo, de sent.
in caus. attentat. feren. numero 47. to. quin-
to, fo. 447. licet ipse teneat contrarium, nu.
95. fol. 448.

37 Et vbi aliquid pendẽte appellatione pos-
set dici attentatum, idem est.

Primò quia remedium attentatorũ ces-
sat quando appellatio à lege, vel statuto est
prohibita, vt post Gemin. in cap. non solũ,
numero 10. vers. tu solue, & ibi Franc. nu.
7. in vers. tertio limita de appell. in 6. dicit
Manfred. in suo tractat. de attent. p. 7. num.
3. to. 5. fol. 237. sed de iure non dabatur ap-
pellatio, quia causa erat executiua vigore
publici instrumenti ergo.

Secundo quia contra conuentum actio-
ne personali, vt in præsenti specie, in qua
executiuè fuit actum, vt supra nõ reuocan-
tur attentata, vt post Vitalin. in clausula nil
nouari in verbo. Item fallit si agatur actio-
ne personali, num. 1. fol. 57. dicit Manfred.
loco citato, num. 11. fol. 237.

Causa tamen per appellationem intro-
ducta coram Rota informante pro parte
dicti Domini Aloysij D. Ottauio de Nigris
I. C. acutissimi ingenij duo ex votantibus,
qui tunc temporis maiorem partem facie-
bant, dixerunt male fuisse per me iudicatũ
circa admissionem dictæ appellationis, vt
in eorum decisione, ad quam.

48 Etsi D. Relator, qui votum in Rota non
habebat vigore constitutionis Rotalis cap.
18. fol. 5. in hoc cum eis non conueniret,
quia sentiebat, vt supra.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LXXVI.

FANENSIS.

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur ab interlocutoria, in qua iudex declarat se competentem.

SVMMARIVM.

Appellari, an possit quando iudex declarat se iudicem competentem, num. 1.

Et quid si tacitè per processum ad vlteriora id fecerit, num. 2.

Iurisdictionis defectus cætera omnia excedit, numero 3.

Iudex dum pronunciat se incompetentem non speratur alia pronuncia, num. 4.

Iudex dum pronunciat se competentem grauamen, an per appellationem, à diffinitiua reparari possit, nume. 5.

Appellari an possit, à pronuncia legitimationis personæ, num. 6.

Lex quæ præbet occasionem perperam interloquendi tanquam iniqua attendi non debet, num. 7.

DECISIO LXXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN vna Fanensi verten te inter Franciscũ Panetium appellantem ex vna, & Panetiam quondam Dominici Ludouici Panerij vxorem Roberti Bisci gotti appellatam ex altera, in qua dubitatum fuit, an à pronuncia Domini iudicis, à quo, qui declarauit se iudicem competentem assignando partibus tempus ad iustificandum, & impugnandum detur appellatio.

1 Domini concorditer dixerunt quod sic
per ea, quæ tradunt gl. finalis in authen. habita, C. ne fil. pro patr. & ibi Bald. numero
38. Ruyn. consi. 1. visis omnibus, quæ proponuntur, numero quarto, lib. 4. Roman.
singu. 130. si iudex numero 1. fol. 20. Natta consil. 172. in causa & quæstione, numero
1. lib. 1. fol. 138. Bolognett. in dicta authen. habita, numero 289. Becc. dicto consil. trigesimoprimo, numero tertio, qui numero
2 sexto, fol. 52. dicit idem esse, quando iudex
tacitè se declarat competentem per processum ad vlteriora Guid. Pap. dicta decis.
75. numero primo, in versiculo. Item quando iudex pronunciat Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. numero 822. & seq. & Honded. consil. vigesimoseptimo. Prosequendo ordinem, numero vigesimo, & quod ab huiusmodi pronuncia tanquam à diffinitiua appellari possit nouissimè dicit Aluar. Valasc. decis. 47. frequenter numero quinto, fol. 85. Ratio est, quia iurisdictionis defectus cætera omnia excedit, & dum
4 iudex pronunciat se competentem nõ spe-
5 ratur alia pronuncia, si autem pronunciat
se competentem grauamen per appellationem, à diffinitiua non reparatur. Bart. in l. ante sententiam, numero decimotertio, ff. de appellat. recipien. & Honded. loco citato, qui numer. vigesimoprimo, dicit idem
6 esse in pronuncia à legitimatione perso-
narũ, quia illa trahit secum executionem, nec per appellationem, à diffinitiua reparatur. Etiam si lex diceret, quod à tali interlocutoria appellari non possit, quia vt inquit Federic. de Sen. dicto consil. sexage
7 simosexto, numero primo, huiusmodi lex
tanquam iniqua, cum præbet iudicibus occasionem perperam interloquendi attendi non debet, idem videtur fuisse de mente. Angel. consil. 195. Domina Gulielmina in fi. de quo meminit Dec. consil. quadragesimonono, Præstantissime Doctor, numero secundo, in versicu. tertio facit, dum dicit, quod si vigore generalitatis statuti appellatio posset dici prohibita, quod Magistratus omnes causas ad se traherent.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO LXXVII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Minori an concedatur restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium.

SVMMARIVM.

Minori non conceditur restitutio in integrum nisi tria concurrant, num. 1.
Causa super qua fundatur restitutio in integrum debet plene probari, num. 2.
Restitutio in integrum, quando petitur contra sententiam libellus, quid continere debeat, nume. 3.
Læsio, an sit probanda quando petitur restitutio in integrum, nu 4.
Obseruantia debet attendi, nu. 5.
Obseruantia non allegata non est in consideratione, num. 6.
Minor contra minorem non restituitur, num. 7.
Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, nu. 8.
Possidentis conditio melior est etiam in pariter priuilegiato, nu. 9.
Ecclesia contra Ecclesiam, an restituatur, nu. 10.
Minor, & ecclesia æquiperantur, nu. 11.
Minor contra minorem non restituitur, quãdo vterq; tractat de damno vitando, nume. 12.
Ratio eadem vbi militat, militare quoque debet eadem iuris dispositio, num. 13.
Restitutio in integrum non datur in possessorio summariissimo, nume. 14.
Restitutio in integrum non conceditur super modico, num. 15.
Læsio modica non habetur in consideratione, nu. 16.
Modicum æquiperatur nullo, num. 17.
Actio iniuriarum non datur pro modico, nume. 18.
Infamis quis non efficitur pro modica iniuria, numero 19.
Inquisitio scrupulosa non fit de minoribus, num. 20.
Parum, qui transgreditur non vituperatur, nu. 21.
Scrupulosi in quo deficiant, num. 22.
Bona ecclesiæ parui momenti possunt alienari sine solennitate canonica, num. 23.
Præses non editur pro modico, num. 24.

DECISIO LXXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

MAior pars Dominorũ dicebat petitam restitutionem in integrũ aduersus lapsum fatalium, ac desertam appellationem pro parte Io. Baptistæ Bernabei cõtra Cæsarnum, & Cresios ad formã Breuis exhibiti, quo mandatur concedi si, & quatenus de iure, non esse dandam, quia
1 minori licet regulariter concedatur restitutio in integrum aduersus quamcumq; læsionem etiam, quod possit agere contra tutorem, vel alium ad interesse, tam ex iuris communis dispositione, l. etiam, C. si tut. vel curat. inter ven. Becc. consil. 12. cũ proximis diebus, num. 77. Paseth. consil. 156. in hac causa, num. 7. & Surd. consi. 87 iure negari, nu. 6. fol. 222. & consi. 95. ex eo solum, num. 22. lib. 1. quàm ex forma Constitutionis Marchiæ lib. 6. cap. 13. fol. 381. id tamen non procedit, nisi tria necessaria requisita de quibus per Minsi. obseruat. 16. ad hoc, numero primo, fol. 481. probata fuerint, nempe se minorem, secundo se læsum, tertio, quod læsio prouenit ex dolo aduersarij, vel sua nimia facilitate; quorum duo vltuma deficere videntur, nam per solam appellationis desertionem non dicitur probatum de præmissis, nisi quoque per legitimas probationes constiterit plenè de cau-
2 sa, super qua fundatur petita restitutio in integrum, capitulo primo, in verbo apparet de in integrum restitutione, & capit. ex litteris eod. titul. Minsin. obseru. 49. cum petitur cent. 1. fol. 406. nempe quod si appellatio deserta non fuisset, iustitia mediante sententia ferri debuisset ad eius fauorẽ per ea, quæ post Barto. in l. nam, & postea, §. si minor, ff. de iur. iur. num. 6. Bald. in l. fi. C. de in integr. restit. minor. numero 7. in terminis tradit Rolan. cons. 53. quod legitimè, num. 42. lib. 2. fol. 116. & cons. 10. Restitutione in integrum, nume. 7. lib. 4. fol. 21. Minsin. obseru. 17. sed quid in minore, nu. 2. & seq. cent. 4. fol. 481. & nouissimè Rot. Lucan. decis. 108. ex solo fatalium lapsu in princ. fol. 171. Idem plures allegando censuit Pedemon. decis. 157. quæsitum num. 9. fol. 643. quem sequitur Surd. cons. 79. non inficior num. 9. lib. 1. & Eugen. cõs. 70. quod in præsenti causa, nu. 29. fol. 194. vbi in specie

cie dicit, quod quãdo petitur restitutio cõtra sententiam debet in libello narrari, & concludi, quod minor ita de iure suo in processu probauit, quod pro eo sententia ferri debuit, & nihilominus iudex sententiam tulit contra; spretis probationibus ipsius minoris, immo vt ibi nume. 30. & seq. nõ sufficit ita petere, sed requiritur,
4 quod summarie doceatur de læsione antequam ita petens audiatur, & postea dum super restitutione auditur debet de ea ple-
* ne doceri attestando de communi*, & allegando inter cæteros Rot. Bonon. decis. 85. dubitabatur in quadam causa, num. 1. ratio est secundum Rolan. dicto cons. 53. nu. 42. quia potuit sententia esse iusta, & sic, quod in aliquo nõ fuisset læsus per desertionem appellationis.

Res tamen apud me nõ transibat ita de
5 plano, cum plurimũ vrgere videretur contraria obseruantia, de qua fidem facit Ludouic. de mino. conclus. 2. fo. 519. dum dicit similes restitutiones ob allegatam tantum minoritatem alio non edocto concedi, & ita seruasse in hac Prouincia Marchiæ Anconitanæ, & alijs locis, & nõ minus doctè quam subtiliter adducta pro fideicommisso ad fauorem dicti Burnabei per Eruditissimum I. C. Dominum Ioannem Baptistam Ferrettum in consilio desuper dato; cuius scripta semper mira elegantia, & eruditione abundant, licet ausus non fuerim tenere contrarium quia durum vide-
6 batur recedere à communi * opinione ob
* dictam obseruantiam non allegatã in processu, de qua fidem facit Pedemon. d. decis. 157. numero 13. & Lud. vbi supra, & etiam quia in hac scrabrosissima fideicommissorum materia multa adduci, ac replicari possent, quæ de præsenti saltem non facerent ita rem claram, & notoriam, vt fortè requiritur, & per aliquem ex Dominis conside-
7 ratum fuit, præsertim cum adsint minores hinc inde, qui faciunt cessare omnem prætensam restitutionem in integrum, cautũ
8 enim iure communi reperitur, priuilegiatum non vti priuilegio contra priuilegiatũ l. fi. ff. ex quib caus. maior. las. in aut. qui rẽ, C. de sacr. sanct. eccles. immo secundum Barto. in aut. quas ruinas, C. eod. nume. 3. in
9 pariter priuilegiato melior est conditio rei conuenti, vt inquit Bald. in l. iubemus, nu. 1. C. ad Trebell. & l. si seruus, §. illo de verb. oblig. & in capit. in pari lib. 6. de reg. iur. ad quod facit dictum Pari. de Put. in suo tract. de Lud. numero 16. to. 7. fol. 152. dicentis, quod si minor mutuat minori perdituro melior est conditio perdentis, quia non tenetur ad restitutionem.

De quo licet possit dubitari per ea, quæ tradit Mandos. in suo tracta. de priu. ad instar. q. 1. decimo quarto numero quinto, to.
10 18. fol. 27. quia sicut ibi ecclesia restituitur contra ecclesiam eo modo, & minor con-
11 tra minorẽ restitui debet, cũ æquiparẽtur.
12 Communis * tamen doctorum senten-
* tia est, quod minor non restituatur in integrum aduersus minorem, quando vterq; prout in præsenti specie tractat de damno euitando, vt in terminis probat Alex. consi. 55. quoniam nume. 18. lib. 5. Paul. de Castr. cons. 37. vt bene numero quinto, volum. 2. Ceph. consil. 7. Reuerendissimus Episcopus, numero 12. in fi. volum. 1. Lud. decis. Perus. 54. d. Paris, numero 8. & Oddo de restitu. in integr. q. 18. articulo quinto, nu.
* 35. vbi testatur de communi,* & est tex. in l. verum, §. fi. & in l. si minor 25. annis filio fam ff. de mino. quod etiam per Dominos fuit comprobatum.

Nec dicatur, quod cum duo sint sententiæ, nempe vna in qua ad fauorem dd. minorum fuit pronunciatum d. Io. Baptistæ ius diuidendi, & alia in qua fuit pronunciatum, Zachariam Cæsararum manuteneri in possessione bonorum emptorum, in renutam captorum à dd. minoribus reis cõuentis, & subhasta eidem Cesarano venditorum, quod saltem d. Io. Baptista debeat restitui, à præfata sententia lata contra ipsum ad fauorem d. Cæsarani, quia tunc cessat, quod dicebatur de priuilegio minoris, quod non operatur contra alium minorẽ pariter priuilegiatum, cum d. Cæsaranus sit maior, non aut minor.

Nam respondetur primo, quod cum Cesaranus emerit bona vindicta subhasta ad instantiam dd. minorum de Cretijs reorũ conuentorum pro asserto eorum credito, de quo constat per publicum instrumen-
13 tum, in actis exhibitum dicitur tractari de eorum præiudicio, ob quod, cum militer eadem ratio, militare quoq; debet eadem iuris dispositio iuribus vulgatis.
14 Secundo quia à d. pronuncia tanquàm lata in possessorio summarijssimo non datur restitutio in integrũ, vt post Capic. decis. 4. i cauta Illustrissimus Marchionis Laini, numero 10. & seq. fol. 16. Rot. Bonon. decis. 79. mota lite, nume. 8. Didac. lib. 1. pract. quæst. capitu. 17. numero quarto, vers. textum ad hæc fol. 440. tradit Menoch. de retinen. possess. remed. vltimo, numer. 54. fo. 160. ratio esse potest, quia agitur de modi-
15 co præiudicio super quo restitutio in integrum non conceditur l. Scio, ff. de restit. in integr.

integr. vbi Barto. numero primo, Gayl. obseru. 102. condemnatum numero quarto,
16 fol. 216. & modica lęsione, quæ non habetur in consideratione Burlat. conf. 168. Prophanata fuit aliàs, nu. 31. lib. 2. quia modi-
17 cum æquiperatur nullo cap. licet causam de probat. in verbo nulla, vel modica est fides adhibenda cap. cum te. de re iudic. ibi considerantes, quod nulla fuerit, vel minima Rodo. quæst. 9. numero 57. de reb. eccl. non alien. fol. 55.
18 Hinc est, quod pro modico non datur actio iniuriarum, sicut nec actio de dolo gl. in d. cap. cum te in verb. minima, & quod
19 pro modica iniuria quis non efficitur infa-
20 mis, & quod de minoribus non est fienda
21 scrupulosa inquisitio, & quod qui parum transgreditur non vituperatur, vt volunt
22 aliqui scrupulosi, qui aliorū paleas, & non
23 proprios trabes vidēt, & quod bona ecclesiæ parui momenti possunt alienari sine solennitate canonica, vt quoq; accidit in pluribus similibus, de quibus per Corse. in suo tract. de mini. p. 1.
24 Et tanto magis quia pro modico non itur ad Præsidem l. placet, C. de pedan. iud.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXVIII.

FIRMENSIS.

ARGVMENTVM.

Testes post didicita testificata, an possint examinari super eisdem, & directo contrarijs.

Et quid in muliere petente restitutionem in integrum.

SVMMARIVM.

Testes post didicita testificata super eisdem, & directo contrarijs examinari possunt, num. 1. *Contrarium, num.* 4.

Mulier debet restitui ad effectum, quod possit examinare post didicita testificata super eisdem, & directo contrarijs, num. 2. *Contrarium, num.* 7.

Idem est in minore, & ecclesia, nume. 3.

Opiniones quando sunt hinc inde inter Doctores iuris ciuilis, recurritur ad ius canonicum, num. 5.

Ius Ciuile non dedignatur sequi sacros canones, numero 6.

Mulieri, & Rustico an succurratur in his, quæ inducta sunt ad iuris rigorem, num. 8.

DECISIO LXXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

POst didicita testificata, an possint examinari testes super eisdem, & directo contrarijs.

Dicebatur pro parte Diamantis Buccolinæ de dicta ciuitate Firmi in causa, quam habet cum Buccolino de Buccolinis de eadem ciuitate, quod sic, nō solum
1 quia secundum communem * opinionem legistarum, de qua meminit glo. in clem. 2. de test. in verbo appellationis causa littera H, id est permissum, cum non præsumatur testes dicere falsum coram superiore iudice, sicut coram minore, vt dicit Guid. Pap. in suo tracta. de præsumpt. nume 119. to. 4. fol. 304. & decis. 586. quæritur vtrum
2 vbi opinionem legistarum verā appellat; sed etiam quia in omnem casum tāquam mulier debet habere restitutionem in integram. Afflict. decis. 216. quoūdic habemus, numero 2. qui dicit, semper fuisse practicatum, quod minor, ecclesia, & mulier per viam restitutionis in integrum possint ponere idem, & contraria articulis alterius
3 partis. Idem de minore, & ecclesia scribit Crot. in suo tract. de test. in rubr. forma in testium examinatione, quæ sit obseruanda numero 58. to. 4. fol. 218.

Sed communi omnium Dominorum
4 suffragio contrarium fuit resolutum, nam quantum attinet ad primum caput de cō-
* muni * opinione legistarum, dicebatur veriorem opinionem esse in contrarium, quę probatur in dicta clement. 2. de test. vt probant. Barto. in l. per hanc, numero quinto, C. de tempo. appellat. qui dicit esse standum decretali, de qua in capitu. fraternitatis extra de test. Guid. Pap. decis. 14. licet inter doctores fol. 25. & decis. 347. tam de stylo fol. 499. Corn. consil. 27. in præsenti, numero primo, lib. 3. lo. de Amic. cōs. 111. ad demonstrandum numero 7. Didac. Couar. lib. 1. pract. quæst. capitu. 18. nume. 6. in vers.

vers. sexto præcæteris fol.443.& alios citat. per Rolan.consil.45.articulus iste num.14. lib.2.& Mising. obseruat.41. Magna est inter legistas numero tertio,fo.405.qui hanc
* appellanr veriorem,& magis * cõmunem. Ratio est secundum Rolan. dicto consilio
5 45.numero octauo,lib.2.quia in controuersia opinionum,quæ est inter iuris ciuilis interpretes, recurrendum est ad ius canonicum, nempe ad dictam Clement.2.de test. qua id decisum reperitur, cum ius ciuile non dedignetur sequi sacros canones, cap 1.de oper.nou.nunciat.

Quo vero ad secundum caput de prætensa restitutione in integrum, affirmaba-
7 tur,allegatam decisionem Afflicti 216. qua huiusmodi fundamentum defendebatur
* esse communiter * reprobatam, vt per Pedemont.decis.87.quæsitum fuit, numero nono,in versicu. non obstat, qui miratur,
* quod Afflictus loquutus fuerit cõtra communem conclusionem, nam vt post Butr. consil. 72. visis allegationibus numero secundo, dicit idem Pedemon. loco citato,
8 numero decimo. Non succurritur mulieri, vel rustico in his quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandi, nisi vbi subest iusta, vel probabilis ignorantia, quæ non cadit in præsenti specie.

Et quod mulieribus, & rusticis non succurratur ex capite simplicitatis rusticanæ, vel sexus fragilitatis dicunt Barto. in l. 1. §. numeratio ad fin.ff. de nou. oper. nunciat. Iacob. de Sancto Georg. in l. vbi exigitur, numero septimo, ff.de edon.& Soccin. de test. numero 124. Afflict. super constitu. Regn. de in integr. restitu. mulier, numero tertio,lib.2.rub.40. fo.84.vbi dicit,quod restitutio de iure communi non reperitur concessa mulieribus, & Odd. in suo tracta. de restitu. in integr. quæst. 10. articu.6. numero 32. in versic. contra tamen fol. 104. vbi alios plures allegando attestatur de ma
* gis * communi, & quæst.65.articulo 11.nu. 19.in vers.& breuiter f.119.vbi de commu-
* ni * fidem facit.

Idem dicit nouissimè Surd. decis. 104. impugnando numero 25. fol.239.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXIX.

SARNANI.

ARGVMENTVM.

Iudex à quo, qui successit iudici ad quem, an possit iterum iudicare in causis maioribus.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis quando debeat causam delegare, num. 1. & 3.
Causa sub eodem iudice reuideri non potest, num. 2.
Iudex qui proponit causam in Rota, an habeat votum, num. 4.
Ex diuersis non fit illatio, num. 6.

DECISIO LXXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa Philotiæ Bartholomæi appellantis ex vna,& Christophori Petri Antonij appellati ex altera, cum forte fuerit extractus vnus ex Dominis, qui aliàs dum erat iudex à quo iudicauit, dicebatur non posse causam huiusmodi à dicto iudice terminari, sed esse alteri delegandam per ea, quæ dixi supra decis.14.in causis numero 8.& seq.
2 Præsertim cum non conuincat, sub eodem iudice,qui verisimiliter non est reuangaturus propriam sententiam, parte exclamante, & timente iterum grauari, vt dixi supra dicta decis. 14. in causis, numero 14. & decis. 47. à sententia iudicis,num.4.causam appellationis reuideri.

O Sed

3 Sed Domini communiter dixerunt contrarium, quia cum tempore quo in dicta causa fuit extractus iudex, iam processus esset completus, partibus accommodatus & pluries facta citatio ad sententiam, & aliud non remaneret nisi ipsa simplex prolatio procederet, cessetque propterea omnis suspicio, quæ prætendi posset tam circa confectionem processus, quo ad votum per eundem dandum, vt primum probatur ex
4 præmissis, secundum verò, quia causam proponens non habet votum, vt legitur in constitutione Rotali capitulo decimooctauo, folio quinto, sed tantum iudicat de voto aliorum Dominorum frustratoria videbatur petita delegatio, cum fine ea dicta pars appellans habeat intentum.

Nec dicatur quod proponens licet regulariter non habeat votum, quod illud habere potest, quando vota sunt paria ex forma eiusdem constitutionis & capituli supracitati, quia & hoc per Dominos videntes Rotam modo non habere nisi quatuor Auditores, consideratum fuit, quorum cum tres tantum habeant ius vocandi, impossibile est, quod proponens votum habeat & intret casus, de quo in dictô capitu. decimooctauo, qui solum esset considerabilis quando in Rota adest ordinarius numerus quinque Auditorum, vel in ea remanent tres, vt aliquando non semel euenit.

Non obstant deducta in allegata decisione 14. Quia ibi agebatur de causa infra
5 centum, in qua cum quilibet Auditor Rotæ solus potuisset iudicare, vrgebat suspicio, quod ille iudex à quo, postea effectus iudex ad quem non confirmaret suam sententiam, secus in præsenti specie, in qua cum agatur de summa supra centum cessat per præmissa omnis suspitio, & oppositio, & tanto magis, quia ex diuersis non
6 fit bona illatio l. Papinianus exuli, ff. de mino.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXX.

LAVRETANA.

ARGVMENTVM.

Agenti de quo infra, an obstet quod opponitur de adiecto, cui, & si solui possit non tamen possit agere, & quod non probauit illam quantitatem hæredis iuncta suspicione falsitatis ex actis resultante, demumque succubuisse dicatur ex eo, quod agendo ex duabus apodixis ad summam petitam illam ex vna tantum probauit.

SVMMARIVM.

Adiecto solutioni rectè soluitur, sed agere non potest sine mandato, num. 1.
Agens, vt hæres an debeat probare se talem, nu. 2. *&* 8.
Acta cum additionibus diuersi atramenti, & cassaturis reperta, an probent, nu. 3.
Petitor pecuniarum, quando dicatur amisisse causam, num. 4.
Falsi suspicio, an habeatur pro plena probatione, numero 5.
Notarius ad tollendum dubium, quod oriri posset ex additionibus, & cassaturis, quid facere teneatur, numero 6.
Qualitas, quod quis non sit hæres, an debeat allegari, & sufficiat si id in iuris allegationibus factum fuerit, num. 7.
Agens ex pluribus chirographis si probat ex vno, obtinere debet, nu. 9. *& seq.*
Effectus vbi habetur non quæritur de modo, num. 10.
Vtile per inutile non vitiatur, num. 11.
Copulatiua quando resoluatur in alternatiuam, numero 12.
Adiectus solutioni, quando præsumatur procurator, nu. 13.
Obseruantia est attendenda, nume. 14.
Causa mercatorum tractantur de bono, & æquo, numero 15.
Procurator quando fieri possit, & quibus verbis, numero 16.
Malum non debet præsumi, num. 17.
Mandati fines nemo transgredi præsumitur, numero 18.

Verba

Verba non sufficiunt vbi facto opus est, num.19.
Productio facta post conclusum in causa, an releuet, num.20.
Impugnatum, quod est an iuuare possit, num.21.
Calculus inter mercatores, an præsumatur transmissus, nume.22.
Frustra petitur, quod habetur, num.23.
Oblatio uerbalis, an releuet, num.24.
Oblatio faciendi omnia ad quæ, quis tenetur, an aliquid operetur, num.25.
Illiquidum an dici possit aliquid prætextu calculi, nu. 26.
Liquidum qui l dicatur, nume.27.
Executio an dicatur iniusta prętextu liquidationis non factæ, num. 28.
Liquidatio cuius expensis sit facienda, nume.29.
Exceptio calculi non impedit executionem, numero 30.
Executio rei non liquidæ, an peti possit, nume.31.
Falsitas actorum quando non noceat, num. 32.
Substantialia, & non accidentalia attendi debent, numero 33.
Iuramentum dum dicitur regulari secundum naturam contractus intelligitur in substantialibus, nume.34.
Falsificans in non substantialibus, an puniatur pœna falsi, num.35.
Notarius non potest præiudicare partibus, nu.36.

DECISIO LXXX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IOannes Dominicus de Mageriis Mediolanensis pro Iulio Cæsare Iordano de eadem ciuitate produxit cōtra Ioānem Dominicū Riccardum duo chirographa eorūq; vigore petijt scu. 240. prout in processu fo. 12. & super præmissis obtinuit fauorabilem sententiam coram Domino Iudice, à quo.

Dubitatum fuit an dicta sentētia debeat confirmari, vel infirmari ex pluribus, &

Primò quia obstat defectus mandati, ēt, quod tam in primo chirographo celebrato 23. Maij 90. in Loreto, in quo constituit se Io. Dominicus Riccardus debitorem dicti Iulij Cæsaris Iordani de summa librarū bis mille quingentorum viginti sex, & solidorum decem imperialium, quam in secū do celebrato sub die 21. Ianuarij 1589. Mediolani, in quo idem Io. Dominicus constituit se debitorem hæredū Francisci Iordani de libris quinque mille tercentum sexaginta quatuor Imperialium: adsit etiā promissio de soluēdo ei, qui præsentauerit di-
1 cta chirographa, nam solutioni ad adiecto
licet recte soluatur §.plane instit. de inutil. stipulat. l. eū, qui ita §.qui sibi, ff. de verbor. obligat. & ibi Bart. in princ. & l. sed si filio, §.1. ff. de constit. pecun. Rot. Florent. decis. 106. Antonius numero primo, fol. 320. non tamen potest agere dicit gloss. in dicto §. plane instit. de inutil. stipul. in verbo Sæia littera B. & Strac. in suo tract. de adiect. par. 1. de iure, seu potestate adiecti, numero 46. to.6. par.1. fol.385. nisi habuerit mādatum, vt ibi nume. quadragesimooctauo, & propterea secundum eundem est bona cautela, vt ille constituatur Procurator ad agendum cum ea potestate, quæ creditori expedire videbitur.

Et vbi non obstaret, clarum est, quod virtute dicti secundi chirographi præfatus Magerius non potest agere pro dicto Iulio Cæsare Iordano, cum nō probauerit dictū Iulium Cæsarem hæredem dicti Francisci Iordani, cui fuit facta dicta promissio, nam
2 quando, quis agit, vt hæres, debet probare
se talem etiam parte non opponente Zab. consil.72. sigillatim ad singula dub.5. num. 11. Bald. consil.374. quæritur vtrum captura numero tertio, lib.4. fol.61. Dec. cons.61. pro tenui numero primo, fol. 69. Decian. cons.24. quæritur ergo num.53. lib.1. folio 420. & consil.37. quæritur ergo ex præmissa num.64. lib.3. fol.245. Angel. de Combil. consil. 8. in themate, numero 34. fol. 313. Becc. consil.75. remedium canonis reintegrandæ, numero 6. fol.35. Pedemon. decis. 108. Cæsar de Alberris, numero 8. & 9. & Ludouic. decis. Lucan. 2. Reuerendus, numero 11. fol.14.

Secundo quia dictus Magerius non exhibuit computa trāsmissa, vt tenebatur, nā Cæsar Iordanus, cuius nomine agitur in litteris dicto Magerio transmissis, de quibus f.10. ponit hæc verba videlicet. *Magnifico honorando cugino mando l'inclusa al magnifico Riccardo acciò habbiate più occasione di farui pagare le polize, che mi deue conforme al conto mandato.* & tñ reperitur dictum Riccardum reū cōuentum inter cætera fo.34. fecisse protestationem de computis non exhibitis, & datis. Item obtulisse se paratum facere oē id, ad quod tenetur factis cōputis, prout f.11.

3 Tertio quia d. sententia fuit lata ex actis
de falso suspectis ob additiones, & cassaturas in eis repertas, quibus propterea, nedū

vlla venit adhibenda fides secundum Mascardum de probat. conclu. 740. Multæ sũt, num. 7. lib. 2. fol. 107. præsertim cum dictæ additiones reperiantur scriptæ diuerso atra mento per ea, quæ scribit idem Mascard. vbi supra nume. 18. Cæph. consil. 287. cum dictus Io. Marcus num. 27. lib. 2. fol. 203. & Menoch. de arbitrar. cas. 187. num. 35. lib. 2. cent. 2. fol. 192. sed ille qui petijt dictas pecu nias dicitur amisisse causam, vt probat Bar. in l. in fraudem, §. quoties ff. de iure fisc. Dec. in capitu. cum venerabilis, nume. 21. extra de exception. Ruyn. consi. 15. de duo bus videndum est, nume. 3. lib. 5. qui dicit hanc opinionem esse indistinctè veram, &
* communem * Boer. decis. 291. & videtur, quod sic num. 2. fo. 722. & Clar. in §. falsum in vers. item propter falsitatem, vbi testa-
* tur de communi *, quia cum huiusmodi suspiciones oriantur ex vitio visibili ipsius
* scripturæ, procedit illa communis * opinio
5 quod suspicio falsi habetur pro plena probatione secundum Mascard. conclus. 730. falsitas communis num. 6. lib. 2. fo. 106. præ
6 sertim cum notarius ad tollendum dubiũ à quo processerint cancellationes, & addi-
tiones non seruauit communem practicam, quæ vt inquit Alexan. in l. si vnus nu. 8. C. de testam. est, vt notarius addat hæc verba, videlicet illud quod supra cancellatum, vel inductum est in tali loco feci ego manu propria.)

Sed Domini pro maiori parte dixerunt bene iudicatum per d. Dominũ iudicem, à quo (licet vnus fuerit in cõtrario voto, quia cum pro parte d. Iordani fuerint probata incumbentia ad obtinendum circa petitã summã scut. 440. vt ex actis iuri, & rationi consentanea erat d. sententiæ approbatio, & confirmatio etiam, quod circa d. secundum chirographũ posset affirmari d. agentem succubuisse ex eo, quod non probauit
7 suũ principalẽ hæredem d. Francisci Iorda ni, vt tenebatur; præsertim cũ id fuerit oppositum, quæ oppositio, & si tanquã facta in allegationibus iuris inefficax videatur p ea, quæ scribunt Guid. Pap. decis. 221. item d. die 14. n. 6. Crau. cons. 150. in causa benefici, nu. 2. fo. 298. calore productionis factæ coram iudice primæ instantiæ, vt in proces su fol. 25. ad euitandam opinionem Duen. reg. 277. executio potest fieri ampliat. 5. fo. 158. & Ludouic. concl. 1. de hæred. in vers. infertur nu. 42. fol. 483. & Mascard. conclu. 1245. nu. 11. lib. 3. fol. 218. à ter. dicentium
8 quod agens, vt hæres non tenetur probare se talem qñ pars non opponit, quæ an vera sit, poterit considerari non solum ex dinumeratione doctorũ hinc inde adductorũ, sed ex rationibus ex eisdem allegatis, quæ
9 pro nunc omittuntur, videtur facta efficax, quia producẽs chirographa, si probat eius creditum ex vno, non venit repellẽdus sub prætextu quod non probauit ex alio, quia
10 præter id, quod vbi hẽtur effectus, non quæ
11 ritur de mõ, nõ dẽt vtile per inutile vitiari, l. 1. §. sed si mihi Pamphilũ vbi Bar. in prin. & doct. ff. de verbo. obligat. l. inter oẽs, C. fa mil. ercisc. & l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. præcipue, quod quãdo, quis agit ex pluribus causis copulatiuè non tenetur omnes causas probare, nam si
12 probat de vna, obtinebit, quia illa copulati ua resoluitur in alternetiuam secundũ Bar. in l. Fulcinius, §. cũ hoc edictũ, n. 3. ff. quib. ex caus. in poss. eat. & cõs. 193. cõe Ligignani Bal. in l. si mater tua, nu .. C. de rei vẽd. & Dec. cons. 212. Magnifici Dñi, n. 4. Crauett. cons. 16. post redditum, n. 7. f. 53. & Decian. cons. 13. duo sunt pro perfecta, n. 2. lib. 2. fo. 135. Idem tenet Franc. in c. significauit n. 8. de appell. f. 47. qui id limitat nisi vna cã veniat qualificatiuè ad alterã, vel qs se astrinxerit ad probandũ, quod nõ est in præsenti specie. Etiã si facta expressione plurĩũ causarũ vna esset vera, & aliæ oẽs falsæ per ea, q̃ tradit Aret. in §. sed quia n. 3. instit. de fideicõmiss. hære. per gl. singularẽ in l. si quis ad exhibendũ, ff. de excep. re iud. & Prepos. in c. dilecto, nu. 15. in versiculo, & iõ ẽt in fimi li, qui id limitat in decreto. Sed sic est, quod summa petita probatur ex primo chirogra pho, ergo.

Et non obstare primum obiectum, quia adiectus solutioni per d. verba, *& à chi presentarà la presente*, præsumitur procurator p ea, quæ in terminis tradit. scribit Rebuff. in tract. de litt. obligat. art. 1. glo. 9. num. 33. & seq. tom. 1. fol. 73. Strac. in suo tracta. de adiect. quæst. 8. nu. 9. & seq. to. 6. p. 1. fol. 400. vbi num. 10. dicit ita seruari in Curia Anco
14 nitana, in qua cum adsit magnus numerus mercatorum, non est ab huiusmodi obseruantia discedendum, cum res agatur inter mercatores, inter quos proceditur de bono, & æquo, ac sine iuris scrupulositate Roman. cons. 94. visis, nume. secundo, in versi. & maxime fo. 68. & cons. 193. negari nume ro primo, versic. & maximè fol. 132. Curt. sen. consil. 6. primo aspectu, numero primo, in versic. quod est iste fra Pillonus, fol. 4. & Mandos. ad Roman. dicto consil. 193. in verbo mercantiæ littera A, & Raynal. Cors. in suo tracta. indag. iur. ciuil. capitu. 27. huiusmodi lis, nume. tertio, to. primo, fol. 285.

Et

Et vbi non præsumeretur nō videtur, vel tenenda esset opinio Bart. in l. 3. §. causæ, n. 2. ff. de Carbon. ædict. quā sequitur & communem * dicit Alciat. de præsumpt. regu. 1. præs. 33. n. 3. f. 39. & nouissime tenet Meno. de præs. lib. 2. præs. 34. nu. 9. f. 31. eam intelligerem procedere non, quo ad effectū agendi, sed quo ad effectum recipiēdi pecunias, nam tunc non tenebitur debitor soluere portiori illius obligationis vigore cuius petit, nisi reddat litteras obligatorias, & cautionē indemnitatis præstet, vt videtur fuisse de mente Rebuff. in d. suo tract. de litt. obligat. art. 2. glo. 1. nu. 75. f. 94. de eo dubitandum, cum illud satis probatum dicatur per litteras dicti Iulij Cæsaris in actis exhibitas f. 20. saltem, quo ad contenta in primo

16 chirographo nam procurator potest fieri per nuncium, & per epistolam l. 1. ff. de procuratoribus in princ. Item per verbum rogo, mando, supplico, & similia; secundum opinionem gloss. in § 1. in verbo mandatum instit. de mandat. quam sequuntur addit. ad Porr. in rubr. eod. & ibi Ioan. Faber. & Rebuff. de mand. nu. 748. fol. 409.

Nec, quod subsequenter opponebatur concernens dictum secundum chirographum, nam & si non fuerit probatum dictum Iulium Cæsarem Iordani esse hæredem dicti Frācisci Iordani in chirographo præfato nominati, non tamen id ei nocet, cum creditum petitum ex primo chirographo iustificari possit, vt supra dictum fuit.

Prout nec obstat secundum obiectum, nam non potest dici dictum Magerū non egisse iuxta calculū transmissum, eo, quod illud non exhibuit, nam aut fuit transmissū dicto Magerio, vt prætenditur ex parte dicti Riccardi, & tunc alio non probato, cum calculauerit iuxta summam petitam, quæ colligitur ex præfato chirographo ille de-

17 bet censeri calculus, quia aliàs esset præsumere malū, & quod ipse Magerius voluerit transgredi fines mandati, quod non est dicendum, & tanto magis, quia iuxta illud Ciceronis de C. Gracco non sunt attendē

19 da verba, vbi videntur facta, ibi, quid verba audiam, cum facta videam.

Nec dicatur quod hoc est falsum, quia vltimo loco pro parte dicti Iulij Cęsaris fuit productus dictus calculus.

20 Nam respōdetur, quod huiusmodi productio fuit post conclusum in causa, & sic nō releuat, & vbi releuaret, cum exhibitio huiusmodi fuerit impugnata ab ipso Riccardo non potest in ea se iuuare, & tanto magis, quod nihil ad fauorem ipsius Riccardi continetur, nec aliquid, quod obstet petitæ executioni, nam ex dicto capitulo idem, quod antea fuit calculatum constat,

22 aut fuit transmissus ipsi Riccardo, vt est verisimile, à communiter accidentibus inter

23 mercatores, & tunc frustra cōqueritur de calculo transmisso non producto, quasi quod petat, quod præ manibus habet, vt faciebat quidam Villius quærens Asellum quem æquitabat.

Quare non obstat sæpedicta protestatio de computis non exhibitis ex prædictis, nec oblatio faciendi id ad quod tenetur fa-

24 ctis computis, nā huiusmodi verbalis oblatio non releuat cum debeat esse realis l. decem, ff. de solut. Bart. in l. acceptam, C. de vsur. & Alexan. cons. 130. in causa Strazarolorum, nu. 11. lib. 4. qui refert Bart. in l. prætor, §. si reus paratus, num... ff. de oper. nou. nunciat. ducentem omnes leges, quę dicūt debitorem debere esse paratū soluere sunt intelligendæ, quod debitor debet ire cum denarijs in manu aliàs non dicitur obtulisse, vt etiam dicit Carrott. in suo tractat. de oblat. in tit. de oblat. verbal. nu. 1. fo. 147.

25 Immo d. oblatio faciendi omnia ad quę, quis tenetur tanquam confusa, & indeterminata est inutilis, & non releuat secundū Imo. in l. prætor ait, §. si quis paratus, ff. de nou. oper. nunc. Aret. cons. 142. ex facto proponitur nu. 26. & Carrott. loc. cit. in 1. q. n. 8. fo. 148. nisi quando quātitas nō est liquida, nam tūc sufficit facere dictam oblationem offerēdo partem liquidam, & pro residuo fideiussorem iuxta tradita per addit. ad Bar. in l. creditor, quæ est lex finalis, ff. de distrac. pign. in littera C.

26 Et tanto magis, quia prætextu asserti calculi nō facti non redditur debitum inliquidum, cum de eo ex sæpedicto primo chiro

27 grapho clare constet, nam liquidum in iure dicitur illud, de quo clare constat, vt probat tex. in l. 1. C. si secun. nupt. mulier. & Galles. in suo tract. camer. obligat. de liquidat. nu. 1. fo. 126.

28 Nec executio iniusta, seu retardanda sub prætextu, quod nunquā deueniatur ad executionē, nisi prius liquidato omni iure ex e qui petentis. vt per Gall. lo. citat. nu. 6. f. 127. Bar. in l. 1. ff. de ędεn. & in l. proinde, §. notādum, ff. ad leg. Aquil. Natt. cons. 60. pro spectabili nu. 2. lib. 1. f. 45. Boer. decis. 52. & videtur nu. 8. f. 51. Pedem. decis. 129. Girardus, nu. 6. f. 519. Cęph. cons. 204. Nobilis Dominus Antonius, n. 5. lib. 2. Rol. cons. 20. in præsenti consultatione, nu. 8. Afin. in sua praxi iudic. in §. 31. c. 58. vigesimo principaliter, n. 2. f. 410. proprijs expensis ipsius qui tenet ipsā liqdationē facere, vt āgt Cęph. cōs. 296.

O 3 primo

primo quæritur num.51.lib.secundo.

30 Quia exceptio calculi non impedit executionem summæ expressæ, vt post Dec.in l.pecuniam, quam nume. octauo, in 4.not. ff. si cert. pet. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio in fi. ff.de condit. & demõst.tat. * per gloss. communiter approbatam in l. 2. ff.de in diem adiect.Grammat.decis.58.Magnifica Margarita numero 10. & 11. f. 269. dicit Gallel. in suo tracta. Camer. oblig. in fin. de vi instr. oblig. camer. consid.2.nu. 3.fol.100.

31 Præsertim,quod executio etiam rei non liquidæ per l potest,quando illa in executione fieri intenditur secundum Cagnol. in l. vnica,C.de sent.quæ pro eo, quod inter. & Pedem.d.decis.129.numero 14. fol. 521.& facit Cagnol. in l. quatenus, ff. de reg. iur. num.22.lib.3.fol.619.

Et vbi præfata oblatio obstaret,prout reuera non obstat,est aduertendum, quod illa non fuit facta in præsenti iudicio,nec occasione præfatorũ Chirographorum, sed in causa cuiusdam sequestri occasione alterius Chirographi antea exhibiti, vt ex actis manifestè constat, in quibus non reperitur,quod post earum productionem, & aduersus d.petitionem facta fuerit,vt erronei creditur.

Nec quod tertio loco opponebatur de 32 falsitate actorum, quia cum afferta falsificatio non fuerit in citatione,libelli oblatione,litis contestatione, iuramẽto de calumnia, & prolatione sententiæ, quæ vt inquit Abb.in ca.cum I.& A, numero 11. de sent. & re iudic.sunt de substantia iudicij,nec in recognitione dictorum Chirographorũ, quæ apparet facta sub die 19. Septembris 1596. per dictum Riccardum in præsentia iudicis, & notarij, non videbatur considerabilis, nec impeditiua, seu obstatiua per ea, quæ in terminis tradit Alexan. cons.14. visis, & consideratis nume.10. & seq. lib.6. fol.11. & in l. si vnus defectus, num.6.C.de testam.facit Roman. consil. 369. circa primum,num.36.fo.265.& Mascard. conclus. 742.falsitas in vna parte,nume.8. & seq.lib. 2.fol.100. & aliàs censuit Rota, vt dixi sup. decis.29.Fuit per Dominos,num.31.& 33.

33 nam substantialia debent considerari,non autẽ accidentia, & accessoria, & propterea dum dicitur iuramentum regulari secundum naturã contractus,intelligitur in sub-

34 stantialibus, non autem accidentalibus,& accessorijs. Mars. singul. 226. emphyteota priuati fol.59.& Couar.variar resol.lib.3.c. 17.num.5.in versiculo at iuramentum fol. * 283.qui attestatur de communi*.

35 Hinc est, quod falsificans in non substantialibus,non,potest puniri pœna falsi ordinaria secundum Boss. in titu.de fals.numero 90.fol.200.& communem* opinionem * de qua testatur Clar. in §. falsum in vers. itẽ excusatur fol.12. sed Stellionatus Vrsill. ad Afflict.decis.404. fuit per Illustrissimũ, numero 14.fol.351.

Vnde cessat nõ solum præfata obiectio, sed quod consequenter dicebatur de amissione causæ, quia cum loquantur de notario falsificante,& delinquente,non debent

36 extendi ad partem non delinquentem,cui notarius præiudicare minimè potest,præcipuè in falsitate non substantiali, vt dictum fuit.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXI.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Priuilegium alicui concessum, quod inuitus trahi non possit coram alio iudice,quàm sibi specialiter deputato,an operetur, quando fuit conuentum cum iuramento posse conueniri ubique,& coram quocunque iudice.

SVMMARIVM.

Priuilegium concessum,ne quis conueniri possit citra mare,an comprehendat eum,qui certo loco soluere promisit, num.1.

Cameralis obligatio,an contineat pactum, quod quis possit ubique,& coram quocunque iudice conueniri,num.2.

Iuramentum non tollitur absque speciali mentione, num.3.fallit num.4.

Matura deliberatio non cadit super ignotis,nume.5.

Geminatio,quam uim habeat, nu.6.

Clausula motu proprio idem operatur, quod clausula ex certa scientia,nu.7.

Clausula motu proprio an operetur,ubi adest cameralis obligatio, nu.8.

Inhibitionis moderatio debet fieri ex eisdem actis,numero 9.

Statutum an sit seruandum coram iudice appellationis,num.10.

Priuilegia an debeant registrari, & infra quantum tempus,num.11.

DECI-

DECISIO LXXXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Dicebam priuilegium concessum Georgio Marmoretto Constantinopolitano, à Sanctissimo D. Clemẽte VIII. Pontifice Maximo, quod sine expressa sui, & pro tempore existentis in dicta ciuitate Anconæ Gubernatoris licentia, nominatim obtinenda, à nemine coram quibuscunque iudicibus ordinarijs, & delegatis in iudicium trahi, aut sub prætextu cuiuscunque causæ, tam ciuilis, quam criminalis citari, aut molestari possit non impedire appellationem interpositam ad hanc Rotam, à sententia lata cõtra Capitaneum Merellum, & litis cõsortes, & sic inhibitionem prout petitur non esse moderandam, cum illud non comprehendat præsentem speciem, in qua partes ante concessionem dicti Priuilegij conuenerunt pro obseruatione contentorũ in instrumento, de quo agitur posse conueniri vbique locorum, & coram quocunque iudice, vt in terminis probat Abb. in capitu. dilecti filij in princ.
1 de for. competen. qui dicit priuilegium à Sede Apostolica concessum omnibus Anglicis, vt super causis pecuniarijs citra mare conueniri non possint, non comprehendere casum de eo, qui certo loco soluere promisit, præsertim cum dictum pactum sit geminatum vigore Cameralis obligationis in eodem instrumento positæ, pari-
2 ter eundem pactum ex propria sui natura continentem, vt per Gallesi. in suo tracta. Cameral. obligat. in nouella obligat. formula in vers. & promittit fol. 165. & iura-
3 tum; quod sine specifica mentione sublatum non dicitur gloss. fin. in cap. cum non deceat de elect. in 6. Bart. in l. si quis in princ. testamẽti nu. de legat. 3. Afflict. decis. 111. fuit dubitatum, numero 13. fol. 84. & ibi Vrsil. in addit. numero 17. fol. 85. & Seraph. de Priuil. iuram. priuil. 22. num. 38.

Sed Domini cõmuniter tenuerunt contrarium informante D. Antenore Caballo Senogalliensi I.C. præstãtissimo, ac diligenti legum interprete ob vniuersalitatem verborum sæpedicti priuilegij asserendo allegata in contrarium non obstare, quando Papa aliquid, prout in casu isto facit motu proprio per ea, quæ tradunt Franc. in c. 1. n. 9. de iur. iuran. in 6. in vers. idẽ si dictæ clausulæ in fi. fol. 98. Felyn. in cap. constitutus, numero 6. limit. 3. de rescript. fo. 110. Gabr. conclus. 5. num. 28. de iur. iuran. priuil. 22. num. 25. fol. 132. & ex certa scientia, ac causæ cognitione, vt per Alexan. consi. 59. viso instrumento numero 8. lib. 1. Grat. cons. 41. quæritur an præscriptio numero 21. lib. 1. fol. 62. Gozzad. consil. 16. in hac causa videtur numero quinto, fol. 37. Curt. iun. consil. 170. habita diligenti consideratione nume ro trigesimosecundo, fol. 110. Gabr. conclus. 11. numero duodecimo, in fi. de statu. f. 164. & Seraph. dicto priuil. 22. nume. 40. de qua causæ cognitione ambigendum nõ videtur, cum Papa in dicto priuilegio di-
5 cat se totum fecisse matura deliberatione, quæ non cadit super his; in quibus cognitio non interuenit, maximè cum sæpedicta clausula ex certa scientia possit dici ge-
6 minata, quæ multo magis operatur, vt id
7 probatũ videtur ex eo, quod clausula motu proprio idem operatur, quod clausula ex certa scientia Rebuff. in suo tract. de supplicat. seu error. proposit. glo. 10. num. 14. fo. 5. 24. to. 1.
8 Nec dicatur, quòd stante obligatione Camerali in dicto instrumento posita clausula motu proprio non operatur, quia ex forma eiusdem Cameræ de qua per Gallesi. loco citato dicitur promissum aliquã moratoriam, saluum conductum, inhibitionem, significationem, priuilegium, vel gratiam quamcunque non impetrare, neque illis, aut illorũ aliqua, seu aliquo etiam motu proprio Principis, seu aliàs quomodolibet concessis vti.

Nam respondetur, quod in instrumento, cuius vigore fuit obtenta à dicto Marmoretto præfata sententia nulla aderat obligatio Cameralis, licet postea in alio instrumento nouiter producto illa reperiatur extensa per eundem notarium, quod nec fieri poterat, parte, de cuius interesse agitur, non vocata. Nec factum releuaret, cum
9 præsens quæstio moderationis inhibitionis decidi debeat ex eisdem actis, non autem ex nouiter deducendis, vt ad litteram iubet statutum Anconæ in rubr. 73. de appellationibus in vers. quas causas appellationis teneatur. quod in decisorijs etiam coram iudice appellationis seruari debet, l. si fundus, ff. de auct. Rolan. cons. 48. in præsenti numero decimosexto, lib. tertio, fol. 109. licet secus sit, vt ibi in ordinatorijs.

11 Seù, quod dictum priuileginm ex defe-ctu registrationis nõ factæ ad formam Bullæ Pij Papæ Quarti, quæ in Bullario est Bulla 138.fol.683. sit nullum, & habeatur pro non concesso.

Quia cum loquatur de concernentibus interesse ipsius Papæ, & Cameræ de quo non apparet, nihil facit, & vbi aliquid faceret idem esset, cum non sit lapsus terminus trium mensium, à dicta bulla assignatus ad faciendum dictam registrationem, quo casu interim valet, nam præfata constitutio illud irritat, & pro non facto haberi vult elapsis tribus mensibus.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Confessio an posit pro parte acceptari, & pro parte non.

SVMMARIVM.

Debitor si confessus fuerit partem debiti, an possit peti pars confessata, & residuum, num.1.

Confessio rei, an possit diuidi per actorem, nu.2.

Confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari num.3. fallit, num.8.

Acceptatio actus debet fieri cum sua qualitate adnexa, num.4.

Confessio certæ partis debiti, an dicatur simplex, uel qualificata, num.5.

Dictio taxatiua non qualificat, sed diuidit, num.6.

Diuisum an dicatur de qualitate eius, à quo fuit facta diuisio, num.7.

DECISIO LXXXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Magister Io. Cerdo petit cõdemnari D. Menicam Lucæ dictæ ciuitatis ad sibi dandũ certam pæcuniarum summam vigore cõfessionis ab eadem in actis factæ, sed quia confessiõ huiusmodi est cum iusta qualitate videlicet quod dicta summa fuit ad computum certæ suæ mercedis occasione non nullarum subucularum, & reticularum per eam sutarum.

Dubitatum fuit an possit dicta mulier condemnari ad dictam summam alio non probato pro parte dicti Cerdonis.

Ratio dubitandi duplex fuit.

1 Prima per textum in l. si quidem, C. de transact. in fi. vbi dicitur, quod debitor confitendo partem debiti creditori suo poterit ab illo petitam pars confessata, quam residua pars debiti.

2 Secunda quia confessio rei potest diuidi per actorem acceptando, quod pro se facit, & repellendo, quod contra se facit secundum Bald. in l. si præsidi, numero 2. C. de donatio. ante nupt. Petr. de Rauenn. sing. 49. confessio rei.

Sed contrarium censui, quia confessio facta certo modo, & cum certa qualitate
3 prodest confitenti in hoc, quod nõ potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari, vt notabiliter voluit Salyc. in l. 1. num. 7. in quarta oppositione versiculo, aut confessio est implicita. Angel. in l. 2. nu. colum. 1. vers. si vero positio continet vnium, C. de donat. ant. nupt. in §. Item si quis postulante, numero quarto, versiculo si autem d. negatio colum. 3 instit. de action. Ias. in l. contra iuris, §. si filius, nume. 12. ff. de pact. Gomes. in §. si quis postulante, num. 17. instit. de action. Alexan. cons. 87. in causa Ludouici in vers. & ideo si confiteor lib. 1. fo. 94. Roman. cons. 167. Antonius accusatus, nu. 6. in versiculo quarto quia verba, & consil. 353. Quo ad primum, nu. 11. Dec. cons. 510. in casu de quo agitur in versiculo quia Laurentius Anchar. cons. 146. in prædicta quæstione numero 6. Ferret. cons. 74. in casu de quo

quo quæritur numero tertio, qui attestatur
* lib. 1. fol. 73. de magis communi* Mandos.
in addit. ad Roman. dicto consil. 353. in vltima additione, & nouissimè Surd. deci. 258. confessionem eius, nume. 4. fol. 186. etiam stante aduersatiua, vt ibi num. 8. fol. 587. Ra
4 tio est, vt dicit ibi Roman. dicto nume. 11. quia acceptans vnum actum debet illum acceptare cum qualitate sibi annexa.

Non obstat prima ratio dubitandi quia,
5 vt respondent Bald. & Salyc. in d. l. si cum dos, ff. ter. amot. de quibus meminit Io. Anton. Trigona singul. 3. tu habes doctrinam nu. 3. præfata confessio non dicitur qualifi-
6 cata, sed simplex. Quia apponendo taxatiuam censentur duæ orationes vna affirmatiua, & alia negatiua, quo casu taxatiua non qualificat, sed diuidit.

Nec secunda, quia non propterea sequitur, quod cōfessio possit acceptari sine sua qualitate, nam quando confessio per reum est diuisa, & per actorem aliquid de diuisis acceptatum, non potest dici, quod confessio habeatur sine sua qualitate respectu eius, quod diuisum, & acceptatum est,
7 quia diuisum nō dicitur de qualitate eius, à quo fuit facta diuisio, & vbi dici posset, cum dependeat ex consensu ambarū partiū nihil nocet resolutioni supra firmatæ.
8 Secundò respondetur, quod quando deducuntur plura separata potest fieri acceptatio vnius capituli cæteris reiectis, vt voluit Bald. in consil. 156. Causæ duæ, num. 3. & Ferret. dicto cons. 74. num. 2. in criminalibus autem dic vt per Menoch. cas. 93. nu. 37. fol. 133. & cas. 279. num. 6. & seq. fo. 253. & seq. & Rot. Lucan. in nouiss. decis. 70. confessus fuit, col. 2. fol. 98. quæ testatur de
* communi*.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXIII.

MONTIS FORTINI.

ARGVMENTVM.

Appellatione deserta per processum ad vlteriora, an prorogetur iurisdictio, & possit aliquando per iudicem pronunciari.

SVMMARIVM.

Iurisdictio per processum ad vlteriora appellatione deserta dicitur prorogata, nu. 1.
Contrarium, num. 4.
Instantia est introducta fauore publico, nu. 2.
Instantia an possit prorogari de consensu partium, num. 3. & 7.
Appellatio quando est deserta non reuiuiscit nisi ex Principis gratia, num. 5.
Quinque potest suo fauori renunciare, & sibi præiudicare, num. 6.
Iurisdictio pacto priuatorum an dari possit, nu. 8.
Calculatio dierum vtilium antequam causa declaretur deserta an sit facienda, nu. 9.
Appellatione deserta sententia licet reuocari non valeat potest tamen confirmari, num. 10.

DECISIO LXXXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Appellatione deserta si ad vlteriora processū fuit, an dicatur iurisdictio prorogata.

In vna, quæ modo vertitur inter Iulianū, & Capitaneum Nicolaum Aurelij appellātes ex vna, & Liberatum Pauonium appellatum ex altera vnus ex Dominis erat in
1 voto affirmatiuo per ea, quæ tradit Alex. consil. 63. stātibus his quæ supra narrata sūt, numero 21. lib. 4. Quod in terminis comprobari posse mihi videbatur non solum per ea, quæ scribit Afflict. super cōstit. regi. lib. 2. de appellat. rubr. 45. nume. 13. fol. 94. vbi dicit, quod & si Andr. super dicta constit. teneat contrariū, non tamen vidit eius opinionem seruatam in practica per tex. in l. fi. §. fin autem partes, C. de temp. & reparat. appellat. sed etiam, quia dum dicitur
2 instantiam, quæ est introducta fauore publico, vt post glo. & doct. in l. properandum in princ. ff. de iudic. dicit Alexan. consil. 50. visis actis num. 8. lib. 2. fol. 42. nō posse pro-
3 rogari, nec tacitè, nec expressè Vanr. in suo tract. de nullitat. de null. ex defectu iurisdict. num. 127. to. 4. fo. 390. id non extenditur ad instantiam abbreuiatam per constitutionem, seu statutum, quia ista de consensu partium prorogari potest, vt in terminis post Salyc. in d. l. properandum in prin. ff. de iudic. Marant. in suo Spec. p. 5. nu. 26. fol. 221. qui id probat per tex. & ibi doct. in cap. de causis de offic. delegat. & Fely. in c. venerabilis, num. 10. de iudic. dicit Roland. consil.

DECISIO LXXXIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa vertẽte inter Petrum Buractum, & Dominam Penelopẽ de Nobilibus coram Rota de consensu partium introducta occasione cuiusdã legati vsusfructus facti eidem Penelopę per quon. Tiburtium Buractum eius virũ, qui reliquit eam vsufructuariam vna cum D. Victoria, & alijs filijs nascituris instituto patruo ipsius testatoris prout &c. Clarum est antiquissimam, & vulgatam consuetudinem Bulgari, de qua meminit glo. in aut. hoc locum cap. si fetu. nupt. & ibi Cyn. Odofr. Alber. Bart. Bal. Ang. & alij Bononiæ perfectam in curia Bulgari Imperialis Vicarij, qua disponitur vsumfructum vxori relictum vna cũ filijs resolui in alimentis vbiq; per Italiam communiter esse receptam, vt per Manticam nunc Cardinalem meritissimum in suo elegãti tractatu vlt. volun. lib. 9. titu. 7. num. 1. in princ. Dec. cons. 418. visa iterum, num. 1. & alios citatos per Simon. de Præt. de interpret. vlt. volun. lib. 4. dubita. 10 numero 46. fol. 411. sed ambigitur, an præsentem speciem dicta consuetudo amplectatur.

Ratio dubitandi fuit, quia patruus pro extraneo habetur, cum omnes excepti filij, nepotes, & alij, qui filiorum locum obtinent in successione testatoris dicantur extranei. Menoc. de præsump. præsump. 140. numero 2. lib. 4. fol. 251. quia tunc vxori relictæ vsufructuariæ debetur plenus vsusfructus, non autem alimenta tantum, vt prætenditur pro parte dicti Buracti. Alexand. consil. 57, ponderatis verbis, num. 2. versic. sed circa hoc lib. 3. Corn. cons. 5. in hac consultatione, nume. 1. & 2. Gabr. de vsufruct. conclus. 2. numero 54. & conclus. 3. num. 1. fol. 314. vbi plures allegat Ias. consil. 44. ad dubia mihi tradita numero 13. lib. 1. Rolan. consil. 74. quia de pluribus, nu. 7. lib. 2. Menoch. de presumpt. lib. 4. dicta presum. 140. nu. 3. fol. 252. Simon. de Præt. de interpreta. vltim. volunt. lib. 4. dubitation. 10. num. 57. & seq. fol. 413. Natt. cons. 297. num. 1. ex testam. lib. 2. Cardinalis Mantic. de coniect. vltim.

vltim.volunt.lib.9.titu.7. num.14. fol. 250.
* qui attestatur de communi*, & Gabr. de vsufruct.conclus.3.num.2.fol.314.qui eam
* dicit magis* communem, & Iaf. d.consil. 44.in vers. nec in hoc puncto, qui dicit super hoc non inuenisse aliquem discrepare, & Io. Bott. cons.44. Dominus Ludouicus, nu.4. qui indistincte nu. 5. dicit, quod vxor extraneo instituto habet integrum vsumfructu, ratio est quia sæpedicta Bulgari consuetudo, quæ habet tantum locum liberis institutis, non debet extendi ad alios causã, vt per Alex dicto consi.57.num.2.lib.1. Ias. dicto cons.44.maximè cum non possit esse eadem ratio quando sunt instituti hæredes transuersales sicut quando sunt instituti filij proprij testatoris, quibus magis debetur hæreditas, vt quoque dicit Card. Mãtic. loco citato, qui identidem affirmat illud verbum vsufructuariam impropriè non debere intelligi quia à proprietate verborũ receditur solum quando liberi sunt instituti hæredes, non autem si ascendentes, vel transuersales scripti fuerint hæredes.

8 Prout non procedit dicta consuetudo Bulgari, quãdo vsusfructus est relictus vna cum filijs, vt euenit in persona dictę Penelopes, quæ fuit relicta vsufructuaria, vt supra, quia tunc coniectura est, quod testator voluerit relinquere verum, & propriũ vsũfructum, & non alimenta tantum, vt post Corn.cons.5.nu.4.lib.1. in hac consultatione. Dec.cons.454.nu.3.& 4.iuridicas esse arbitror Gabr.in tit.de vsufruct.conclu.2.nu. 44.Ruyn.cons.39. de tribus quæritur,nu.3. lib.2.& Caualcan.in suo tracta.de vsufruct. nu.54.in terminis dicit Menoch.de præsũptio.præsumpt.139.num.21. lib.4. fol. 248.
9 qui arguit ex illa dictione vna, quæ signifi-
10 cat vnitatem, & æqualitatem, & ex determinatione respiciente plura determinabilia, quæ debet æqualiter determinare, & ex
11 dictione cum, quæ est copulatiua, & pariter coniunctiua, & talis, quod per eam omnes personæ copulatę simul, & æqualiter vocantur, vt late per Vulpel.in suo tract. de præposit.aduerb.& coniunctio.significa.in verbo cum num. 1.& seq.

12 Nec vbi fuit legatus vsusfructus omniũ bonorum, & vbi vxor fuit liberata à confectione inuentarij, & alijs de iure requisitis, vt fuit factum in casu de quo agitur, quia tũc vxor dicitur relicta vera vsufructuaria, & cessat allegata cõsuetudo Bulgari, vt per Rot.Bononien.decis.98.nu.1. in vers.quarto dicitur mens, & alios citatos per Menoc. de præsumpt. præsump.139. num.33. lib.4.
* fol.249.qui testatur de communi* Illustrissimus Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. titu.7.lib.9.numero 26. in vers. sed illud fol.251.

13 Et maximè quia tantum videtur de mẽte testatoris, qui vlterius mandauit d.Penolepem eius vxorem non posse molestari, nec cogi ad reddendam rationem, vbi cogi posset etiam si ageretur de debito magnæ quantitatis pecuniæ vel rerum, quia omne id ei donat ob mortem, legat, & remittit omni meliori modo, quæ vbi aliud operarentur, eamq; liberarent ab omni eo, quod posset teneri, de quo põt videri per Gozzadin. cõs. 94. faciunt saltem fidem de ampla, & bona testatoris voluntate, quæ verisimiliter non potest restringi ad alimẽ-
14 ta. Nam si secundum communem* Do-
* ctorum opinionem per dictum verbum vsufructuariam, Dominam, & massariam censentur relicta alimenta, cum præheminentia, frustra in dicto testamento fuissent apposita alia verba sæpius pro veritate præmissorum ponderata, si ipsa quoque ad alimenta essent restringenda, & nulla esset differentia inter casum, & casum, vnde dicit Surd.cons.218.nume.13.& seq.notoria est allegando Corn.cons.3.nume.11. col.fi.
15 super dicto themate, vol.2.& alios, quod si testator postquam reliquet vxorem vsufructuariam per verba, quæ important alimenta subijciat alia verba, legatum non debet restringi ad alimenta, ne sequentia uerba videãtur superflua, quia subdendo alia verba censetur voluisse ampliare relictum, & non minuere.

Aliud tamen præmissis nõ obstantibus uidetur in casu isto magis uerum. Nã cum plura demonstrent intentionem testatoris fuisse relinquere uxori suæ una cum filiabus alimenta tantum, non plenum usumfructum, ista contraria uoluntas est obser-
16 uanda, etiam si esset tacita, quia una præsũptio tollit aliam, ut in terminis dicit idem Mantica de coniect.ultim.uoluntat. d.titu. 7.lib.9.numero 20.& Surd.cons.218. lib.2. num. 6.& 7.& uerba cantarent in contra-
17 rium, nam prius attendi debet mens, quã
18 uerba, cum uerba seruiant menti, & non mens uerbis, l.non aliter de legat.3.& recedatur à proprietate uerborum ob uerisimilem, & præsumptam testatoris uoluntatẽ. Menoch.de præsumpt.præsump.139.nu.1. lib.4.f.297.

19 Prima coniectura est, quia testator reliquit dictam Penolepem eius uxorem usufructuariam omnium bonorum suorum, & Dominam, & Madonnam, quo casu legatum restringitur ad alimenta, & propriè confert

confert consuetudo Bulgari, vt per Ias. in l. cum hi, §. si in singulos annos in fi. ff. de trāsact. & Menoch. de præsump. lib. 4. præsum pt. 139. nu. 4. fol. 247. qui dicit illud nomen
20 Dominum significare præeminentiam, & nomen vsufructuariam alimenta tantum: ratio, vltra illam generalem, quæ fauore libertorū assignari solet, duplex esse pōt,
21 prima quia verbum usufructuariam facilius alteratur, quando alia quoque uerba alterantur Surd. consi. 218. nu. 8. lib. 2. notoria est consuetudo. Secunda quia quando uerba adiecta in ultima uoluntate sunt cōtra naturam usufructus, & important proprietatem, ut uidetur in casu de quo agitur in quo uxor relinquitur domina, nūquam dicitur legatus ususfructus l. species auri ff. auri & arg. legat. Signoro. consi. 75. nu. 3. in quæst. præsenti quia dictum uerbum Do-
23 minam, quod est Dominij, nō capit usumfructum; ut per eundem Signorol. ubi supra nu. 4.
24 Secunda coniectura est quia d. Testator reliquit eius uxorē usufructuariam Dominam, & Madonnam in domo ipsius Testatoris, ob quam legatum ad alimenta restrictum uidetur Paul. de Castr. cons. 416. nu. 1. lib. 2. ad primum quęsitum. Tertia coniectura est, quia idem Testator declarauit eādem Penelopem eius uxorem non posse expelli de domo ipsius Testatoris à quāuis persona seruando uitam uidualem, & honestam, quo casu dicitur uoluisse relinquere alimenta tantum, non usumfructum arg. l. Proculus ff. de usufruct. Ray. cons. 35. attentis uerbis testamenti nu. 4. lib. 2. vt in terminis casus de quo agitur habetur per Menoch. de pręsumpt. lib. 4. præsumpt. 140. nu. 13. fol. 152 Gabr. de vsufruct. conclus. 3.
26 nu. 35. fol. 315. Ratio est quia cum usufructus plus habeat, quam usus l. qui usumfructum ff. de uerb. oblig. licet ille, qui habet usum possit habitare l. si habitatio. §. si usus l. plenum §. si Prætor ff. de usu, & habitatio. frustra fuisset relicta usufructuaria omnium bonorum, cum sub tali usufructu cōtineatur etiam habitatio, ut dicit idem Menoch. ubi supra nu. 14. fol. eo. Quarta conie
28 ctura est quia d. Testator reliquit uxorem Dominam, & usufructuariam instituendo patruum, & legando dotem filiabus suis, quo casu etiam dicitur uoluisse relinquere alimenta, & non plenum usumfructum, ut in specie uoluit Capr. cons. 158. nu. 1. subscripsi me. Signorol. consi. 175. nu. 8. In quæstione præsenti Mantich. de coniectu. ultim. uolunt. tit. 7. lib. 9. nu. 5. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 139. nu. 71. fol. 251. & præsumpt. seq. nu. 4. fol. 252. Ratio est, vt inquit Capra vbi supra, quia sicut prętulit fratres carnales ipsi filiæ instituendo ipsos hæredes vniuersales, ita præsumitur uoluisse præferri vxori in ipso Dominio rerum, & vsufructu, cum alias fratres perperam, & frustra instituisset, quod non est pręsumendum, de quo non est mirandum, quia ipse dicit consuetudo Bulgari ex identitate rationis potest extendi. Non obstat primum obiectum, dum dicebatur deberi plenum usumfructum, quando est institutus patruus, qui pro extraneo habetur, quia Bulgari consuetudo non habet locum, quando extranei sunt instituti.

Nā respōdetur, quod Doctores allegati in contrarium loquuntur in diuersis terminis, nempe quando simpliciter fuerunt instituti extranei, & non quando testator reliquit uxorē Dñam, & usufructuariam, instituit Patruum, & legauit dotē filiabus suis. Nam tunc licet patruus sit extraneus ob illud, quod prætulit talem extraneum filiabus dotatis sumitur coniectura, quod uoluerit relinquere alimenta tantum, & non plenum usumfructum ut per Capr. d. consi. 158. nu. 1. & sequaces arguentes non tantum ex identitate sed ex maioritate rationis, quod est permissum, ut per Euerard. in sua topic. iuris loco à simili numer. tertio, fol. 133.

Secundo dicitur, quod stantibus prædictis coniecturis non plenum usumfructū, sed alimenta tantum relicta fuisse asserendum est, quia cum mens testatoris declaretur ex uerbis, & coniecturis Paul. de Castr. cons. 123. num. 2. ad fin. lib. 1. uiso testamento Michaelis, & Fulgos. consil. 13. nume. 2. vers. quid namque Dec. consil. 480. in casu qui contingit, nume. 5. quod ex eis resultat dicitur de mente testatoris, & tollit omnia obiecta. Mantic. de coniectu. ultim. uolunt. titu. 18. lib. 8. numero 8. fol. 225. quia uoluntas testatoris censetur fuisse talis, qualem uerba sua demonstrant; uerba. n. ultra quod sunt notæ earum, quæ sunt in animo passionum l. Labeo, ff. de supellect. legat. in quit Philosophus nullū est maius mentis nostrę testimonium, quam qualitas respectu uerborum, in tantum, quod ubi habemus sonum uerborum, non indigemus interprete ut dicit Ias. num. 142. num. 50. lib. 2. in præsenti consultatione, maximè quod dictæ coniecturę non sunt formatę ex capite, uel propria cuiusque opinione, sed ex uerbis in testamento expressis, à quibus non est recedendum.

31 Non obstat secundum obiectum, dum diceba-

dicebatur,quod consuetudo Bulgari, quādo vsusfructus est relictus vna cum filijs,nō procedir, quia tunc coniectura est, quod voluit relinquere verū,& proprium vsumfructum.

Nam contrarium tenet Bald. consi. 30. lib. 5. nu. 2. Paul. de Cast. cōs. 21. num. 4. vol. 1. quod vxor q. Domini Rectoris Gabr. cōsil. 127. nume. 3. & 4. lib. 1. & Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 6. lib. 9. nu. 5. fo. 24. quibus addo Gozzad. consi. 80. in princ. In hac causa de pluribus Rolan. cōsi. 74. nu. 1. cum seq. lib. 2. quia de pluribus, & Rota in nouissimis decis. 762. part. 2. In vna Senensi Donationis lunę 21. Nouembris 1583. Ratio est, vt inquit Gabr. d. consi. 127. nu. 3. cū
33 seq. lib. 1. quia cum per illa uerba Dominam, & vsufructuariam non possit consequi uxor nisi alimenta, illa verba, quæ addita sunt vna cum filijs, quæ important dimi nutionem, non habent interpretari, vt augeant effectum verborum præcedentium, sed vt voluerit testator eam non aliter posse alimenta perciperem, nisi vna cum filijs, donec possit, maximè, quod talis interpretatio est conformis verisimili menti, & cōsuetudini testatoris in hæc verba disponentium.

34 Nec quicquam facit, quod dictio cum sit copulatiua, & pariter coniunctiua, & talis, quod per eam omnes personæ copulatæ simul, & æqualiter vocantur, quia hoc procedit. nisi aliud suadeat testatoris mēs, vel subiecta materia, vt latè per Vulpel. in d. suo tract. de propositio. aduerb. & cōiunct. signific. in verbo cum num. 1. & seq sed aliud demonstratur secundum mentem testatoris, vt sæpedixi: ergo.

36 Non obstat tertium obiectum, dum dicebatur, quod quando legatur vxori vsusfructus omnium bonorum eam liberādo à confectione inuentarij, & alijs de iure requisitis cessat sæpedicta Bulgari consuetudo, & mulier dicitur vera vsufructuaria.

Nam respondetur. Primo quod id non fuit factum ad declarandum ipsam esse veram vsufructuariam, sed ad hoc, vt tāquàm tutrix electa vna cū Petro Buratto patruo ipsius testatoris esset liberata à requisitis de iure, vt demonstrant illa verba testatoris, & alijs de iure requisitis, & præcipuè, quod respectu mulieris aliquando videbatur difficilis obseruantia rigoris iuris, à qua ambos tutores eodem tempore liberare placuit, quæ optimè comprobari videntur ex coniecturis supra enumeratis, nam si vna præ-
37 sumptio tollit aliam l. diuus, ff. de in integ. restit. c. accedens & c. tuā, & ibi gl. de spōsa. Marf. in l. frater tuus ff. ad leg. Cor. de Sicar. nu. 50. Roman. consi. 156. nu. 4. Honorā de Domine, & Ias. in l. si quis in fundi vocabulo nu. 32. ff. de legat. 1. à fortiori plures supra numeratæ tollent hanc vnam, quia du-
38 plex funiculus est fortior ca. 1. vbi Doctor. de tregu. & pac. Dec. consi. 341. nu. 6. viso puncto.

39 Nec quicquam faciunt verba subsequentia supra specificata, quia ista, nec præsumptionem, nec coniecturam aliquam præiudicalem facere possunt, quia cum dicta Penelopes, & Burattus fuissent deputati Tutores, & Curatores filiorum ipsius testatoris, per liberationem relictam circa redditionem rationis non dicitur declarata vera vsufructuaria, sed solum liberata ab exactissima, anxia, & stricta rationum redditione Couar. variar. resolut. cap. 14. lib. 2. nu. 3. fol. 171. seu à redditione rationis, administrationis bonos quæ sibi competit respectu, præeminentiæ gubernationis & promiscui usus, quē habebat viuo testatore, & qui ei post mortem etiam ipsius Testatoris conceditur, vt in terminis casus nostri. respondet Mantic. de coniect. vltim. volun tat. dicto tit. 7. lib. 9. nu. 26. fol. 251. quæ etiā faciunt ad solutionem præcedentis obiectionis.

In hac causa non fuit per DD. votatum quia partes ad concordiam deuenerunt.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXVI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Rota Prætor festiuis diebus, in quibus causis ius dicere valeat.

SVMMARIVM.

Causæ ob pietatem, misericordiam, vel necessitatem expediri an valeant feriatis diebus, num. 1.
Exceptio confirmat regulam, nume. 3
Causæ an expediri possint festiuis diebus secundum constitu-

constitutionem Marchiæ,num.2.
Consuetudines contra constitutiones Marchiæ sunt sublatæ,num.4.
Causæ, quæ in curia Prætoris terminari possint festiuis diebus,num.5.
Dies festiui, qui dicantur,num.6.
Feriarum repentinarum tempore, an possit ius reddi, num.7.
Clementis VIII. aduentus ad ciuitatem Maceratæ, num.8.
Feriæ repentinæ æquiperantur ferijs inductis in honorem Dei,num.9.
Ius publicum, & diuinum pari passu ambulant, numero 10.
Reuerentia,quæ fit Papæ,Deo fit,num.11.
Statutum in loco statuentium prævalet, num.12.

DECISIO LXXXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 PRætor Rotæ, an possit in diebus festiuis ius dicere saltem in causis, in quibus ob pietatem, & misericordiam, vel necessitatem ius dicere permissum est, vt per Nau.in suo Manual. confess. de tertio præcepto decal. Sabbata sanctifices cap.13.num.13.fol.163.& Ludouic.Lopez.in suo instructo.conscien.ca. 52.de obserua.festo.in vers.non licet iudic. fol.168.

2 Videbatur respõdendum negatiue,quia cum constitutio Marchiæ cap.24.lib.6.fol. 394.id prohibeat in quibuscunque causis etiam criminalibus, vigore vniuersalitatis dictæ dictionis,de qua dixi sup. decis.51.pa ter diuidens bona,nu.31.& seq.etiam causæ præfatæ comprehensæ dicũtur præsertim
3 cum ponat deinde tres limitationes, quæ confirmant regulam, & dispositionem antea factam in casibus non exceptis, l. nam quod liquidè,§.fina.ff.de pecul.legat.l.quæ situm,§.denique,ff.de fund. instruct. Socc. cons.72.visis statutis,num.1. lib. 4. & Crot. in l.omnes populi,ff.de iust.& iur.numero 240.lib.1.

4 Nec quicquam facit asserta consuetudo in contrarium,quia etiam vbi de ea constaret,nihil releuat, cum in confirmatione cõstitutionum Marchiæ facta per Paulũ Tertium sub die 10. Septembris 1544. quæ solet imprimi ante principium dictarũ constitutionum,consuetudines contrariæ sunt sublatæ.

5 Sed cum venerit casus in vna vertente inter Andream Riccium actorem ex vna occasione cuiusdam pretensæ mercedis,& Iulium Trolium reum conuentum ex altera. Dixi posse in curia Prætoris ius dici dictis diebus festiuis, non generaliter, sed in infrascriptis tantum casibus.

Primò in causis miserabilium personarum.

Secundò in causis pupillorum,& pupillarum.

Tertio in causis viduarum.

Quartò in causis pauperum.

Quinto in causis mercedis famulorum, & mercenariorum, & aliarũ personarum pro precio seruiẽtium,vt sunt,famulæ, obstetrices,& nutrices.

Sextò in causis vertentibus inter forenses siue lis sit inter eos siue cum ciuibus, & habitatoribus Maceratæ.

Septimò in causis pretij panis, & vini, vel alterius rei venditæ pro cibo, & potu, seu hospitio.

Octauò in causis alimentorum præstandorum cuicunque personæ alimentandæ.

Nonò in causis relictorum ad pias causas.

Decimò in omnibus causis ad fauorem animæ tendentibus.

Vndecimo in omnibus, & singulis causis criminalibus, quomodocunque inueniendis,cognoscendis,& terminandis.

Duodecimo in datione tutorum, & curatorum.

Decimotertiò in amotione officij.

Decimoquartò, & in omnibus alijs casibus à sacris canonibus permissis.

6 In alijs autem non, etiam de partium consensu sub pœna nullitatis eorum, quæ gesta sunt; quia sic ad litteram sãcitum reperitur à statuto Maceratensi in rubr. 16. de ferijs & diebus feriatis lib. 2. fol. 14. in quo,qui dicantur dies festiui specificantur.

7 Idem feriarum repentinarum tempore dici posse existimarem ob res publicas feliciter gestas, vel ob aliam publicam gratulationem,quarũ meminit tex.in l.sed,& si, §.feriæ extra ordinem,ff.ex quib. cauf. maior. quæ quidem si magna in hac Macera-
8 tensium vrbe fuit die decima nona Aprilis 1598. propter aduentum S. D. Clementis Papæ VIII. Pontificis Maximi, cum Ferrariæ imperium rursus Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ adeptum magna Principum, ac populi frequentia visitauit,maxima quidem

dem in reditu hac die 13. Decembris dicti anni omnibus, & præcipuè his, qui ad visendum S. Pontificem acclamationes pro eius salute vbique turmatim, ac certatim à primo ad vltimum emittendo visa fuit, cui cum viginti iuuenes extra vrbem occurrissent sericis vestibus discoloribus induti eos equestri dignitate insigniuit, & sequenti luce antequam discessisset cum illa primum illuxerit incredibili omnium lætitia in templo Diui Francisci ordinis minorum missam cum mira sanctitate, ac populi summa pietate celebrauit, qui sibi promiscue prostratus aderat. feriæ enim re-
9 pentinæ æquiperantur ferijs inductis. in honorem Dei, vt dicit Bald. in l. sicut pro bonis la prima, nume. 2. C. quomod. & quan.
10 iud. cum ius publicum, & diuinum pari passu ambulent. Vant. in suo tractat. de nullit. in titu. de nullitat. ex defect. iurisd. nu. 129. tom. 4. fol. 390. & præsertim quando sunt pro aduentu Papæ, nam illa reueren-
11 tia, quæ ei fit, ipsi Deo fit, vt per text. in l. nō distinguemus, §. sacerdotio ff. de arbitr. dicit Bald. loco citato.

Non obstat allegata cōstitutio Marchiæ cap. 24. lib. 6. quia recipit limitationem, & declarationem à præfato statuto Macera-
12 tense, quod in loco statuentium, & curia Prætoris præualere debet per ea, quę dixi supra decis. 1. Non est dubium, præsertim cum non sit dictæ constitutioni contrarium, sed limitatiuum, & declaratiuum prædictorum casuum rationabiliter.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXVI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Executio in quibus bonis fieri nequeat.

SVMMARIVM.

Executio in armis, & æquis militum fieri non potest, num. 1.

Et quid quando subest æquitas, nume. 5. vel tractatur de collectis, vel exactionibus communitatis, numero 6.

Executio non potest fieri in libris scolarium, num. 2.

Executio non potest fieri in libris Doctorum, nu. 3.

Executio non potest fieri in Breuiario clerici, nume. 4.

An executio possit fieri in bonis dotalibus saltem quando debitum est commune inter virum, & vxorem, nume. 5.

Fundus dotalis non potest alienari, nec pignorari, num. 6.

Executio an possit fieri in corpore mortuo, nu. 7.

Cadauer an possit suspendi, num. 8.

Executio an possit fieri in bonis, in quibus pater habet vsumfructum, nu. 9.

Executio an possit fieri in fructibus præbendæ, numero 10.

Exceptio firmat regulam, num. 13.

Dictio, quoquomodo, restringitur, quando subest ratio restringendi num. 14.

DECISIO LXXXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 CLarum & ferè indubitatum est, quod executio i armis, & equis militum fieri non potest tam ex dispositione iuris communis, vt probat glo. in l. nepos proculo in versiculo dignitate, ff. de verbor. signific. Iaſ. in §. item seruiana, num. 66. fol. 101. & ibi Gomes. numero 30. in vers. sicut arma fol. 99. Rebuff. in suo tractat. de priuil. scolar. priuileg. 113. fo. 536. & Duen. regul. 275. limit. 3. fol. 155. quam vigore priuilegiorum concessorum de mandato S. D. Clementis Papæ VIII. sub die vltima Ianuarij 1594. militibus S. Romanæ Ecclesiæ.

2 Prout nec fieri potest in libris scolarū, vt probat glo. in d. l. Nepos proculo in verbo dignitate, ff. de verbor. & rer. significat. Iaſ. in l. si non sortem, §. si centum, num. 10. in versic. licet regulariter, ff. de condit. indebit. & in dicto §. item Seruiana, num. 56. Rebuff. dicto priuileg. 113. & Duen. dicta regu. 275. limit. 5. fol. 156. In libris Docto-
3 rum, vt probat Mandos. in suo tract. de inhibit. 71. num. 16. & 17. fol. 100.

4 Nec in Breuiario clerici, vt dicit Iaſ. in d. §. item seruiana dicto num. 56. In bonis dotalibus etiam si debitum inter virū, & vxo-

rem

rem commune sit. Bal. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. & Io. Bosche. in suo tractatu de nupt. lib. 6. nu. 31. tom. 9. fol. 95.
6 quia fundus dotalis, vt inquit ibi Bal. non potest alienari, nec pignorari.
7 In corpore mortuo Cyn. in l. si is qui numero 3. C. qui test. facer. poss. fol. 364. vbi licet dicat errare iudices, qui mortuos suspēdere faciunt, cum in cadauer seuire non liceat. Menoch. de arbitrar. cas. 285. nume. 1. & seq. fol. 156. & Vasq. controuers. Illustr. capitulo 96. numero septimo, & octauo, fol. 185. cum cæteris adductis per Farinac. de inquisit. quæst. 10. numero 77. fol. 86. p. 1. etiam si quis post sententiam capitalem moriatur Ioan. de Anan. in cap. 1. numero octauo, de tornemen. veritas tamen est quod in iudicis arbitrio residet, vt tradunt Menoch. loco citato numero septimo, cū seq. Cataldin. de Boncomp. in suo tracta. de sindic. numero 94. tom. 6. fol. 356. & latè prosequitur Farinac. d. quæst. 10. numero 78. cum sequenti, a calijs casibus de quibus per Duen. loco citato.
9 Cui dum limit. 7. loquitur in peculio pro fectitio filij, in quo pater habet vsumfructum addo Guido. Pap. decis. 526. executio sententiæ, num. 1. fol. 771. Cappel. Tholos. decis. 120. item fuit quæsitum an condemnato filio, & ibi addit. Paris. consil. 157. no-
9 bilis olim Franciscus nume 6. cum seq. vbi
* attestatur de communi * Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 8. num. 7. in vers. hinc apparet, fo. 145. & Ioan. Royas in suam epitome suc cessiori cap. 7. num. 57. & seq. tom. 8. par. 1. fol. 369. & limit. 11. dum loquitur de fructi-
10 bus præbendæ Io. Gutter. in suo tracta. de contract. iurat. cap. 17. num. 8. tom. 6. par. 2. fol. 64. & Rodoan. in suo tract. de spol. eccles. quæst. 6. num. 10. tom. 14. fol. 235.

Sed non propterea sequitur, quod executio facta contra Capitaneum Hieronymum Pellicanum in quodam eius equo ad instantiam Octauij Recchij olim depositarij dictæ ciuitatis Maceratę pro certa flo renorum quantitate debeat, vt petitur reuocari, & annullari, etiam sub prætextu, quod dictus Capitaneus sit diues, & habeat alia bona, in quibus executio fieri potest, quo casu nulla subest ratio equitatis, quod plus fiat in equo, quam in alijs bonis, vt for
11 san subesset, quando non haberet alia bona, vt voluit Gomes. in dicto §. item Seruiana, numero trigesimo, instit. de action. pergl. in l. executores in verbo aratorium in littera K, C. quæ res pign. oblig. poss. & Duen. dicta regul. 275. numero quinto, folio 156.

12 Nam cum dicta executio facta fuerit pro collectis, & exactionibus Communitatis dictæ ciuitatis Maceratæ, qui casus est vnus de exceptuatis in dictis priuilegijs fauore solitarium executionum concernentium interesse Cameræ Apostolicæ, & Communitatum ciuitatum, & terrarum status Ecclesiastici, non dicitur priuilegio præfato, nec dicti iuris communi dispositioni sup-
13 posita; nam exceptuata firmant regulam in contrarium.

Nec dicatur, quod Papa in septimo Priuilegio dictæ militiæ concesso loquatur de
14 quocunque debito, quia ista vniuersalitas non debet trahi ad debita priuilegiata, & supra per ipsum Principem exceptuata, cum adsit ratio restringendi Bald. consil. 48. quia verba nume. 1. lib. 4. Ang. consil. 281. Martinus Ioan. de Florentia, numero secundo, colum. 1. & Crauett. consil. 136. extat duplex statutum, numero 6. & seq. fol. 471.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXVII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Actio, an detur pro pecunijs uinctis ad ludum alearum.

SVMMARIVM.

Vincens ad ludum alearum, an teneatur ad restitutionem, eidemque actio detur, num. 1.
Exceptio dolo facis obstat petenti pecunias, quas vincit ad ludum alearum, num. 2.

DECISIO LXXXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

PEtrus Nicolæ, qui petit à Valerio de Palancha dictæ ciuitatis certam summam pecuniarum, quam eidem vicit ad ludum alearū, an possit obtinere, vel veniat repellendus.

Dicto agenti actionem esse denegādam
1 censui, quia si vincens tenetur ad restitutionem, vt probatur in aut. alearum vsus, C. de religios. & sumpt. funer. & in l. fin. ff. de aleator. & per gl. in cap. clerici officia. in verbo ad aleas littera D, in versic. alij dicunt de vit. & honestat. cleric. & in c. 1. 35. distinct. in verbo alia littera C, quando scilicet sibi non obstat aliqua præscriptio quinquaginta annorum, vel inueterata, & immemorabilis cōsuetudo indifferenter ludendi ciuitatis, seu probetur, q̄ ipse qui vicit, fuit tractus per victum ad ludendum, nam tunc ad restitutionem cogi minime potest, vt nouissimè scripsit Marcellus Cala in suo tract. de modo articulandi, & probandi in prima specie probationis, quæ fit per test. nu. 1053. & seq. fol. 206. multo minus dabi-
2 tur actio, cum petenti obstet exceptio dolo facis petendo, quod restiturus est, l. dolo, ff. de dol. metu sue.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXVIII.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

In Possessorio, an sit quo ad omnem effectum appellationi deferendum.

SVMMARIVM.

Appellatio in possessorio admittitur, quo ad deuolutionem tantum, vbi extat consuetudo, num. 1.

Appellatio in possessorio secundum magis commu-
✱ nem opinionem non admittitur etiam, quo ad deuolutiuum, num. 2.

DECISIO LXXXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

FVit incidenter introducta alia quæstio in causa Hieronymi Cunei, & Constātiæ Grimaldæ, an scilicet dū fuit dictum in possessorio non esse appellationi deferendum intelligatur quoque quo ad deuolutiuum, & fuit resolutum id
1 procedere quo ad suspensiuum tantum, non quo ad deuolutiuum, quia talis est huius Tribunalis, & curiæ consuetudo, à qua non videtur iuridice posse recedi, vt in terminis dicit Gabr. conf. 35. Terentius egit, nume. 1. lib. 2. licet secundum magis com-
✱ munem * & veram opinionem de iure cōmuni intelligi debeat, quo ad omnem effectum, vt latè per Contard. in intellectu, l. vnicæ, C. si de moment. possess. nu. 4. in vers. alij vero f. 40. qui vlterius dicit seruari quotidie in curia Capitolina, & etiam per Dominos de Rota, quidquid dixerit Ludou. decis. Perusi. 20. dum contrariam opinionē
✱ magis * communem, & æquam appellat.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO LXXXIX.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Locata domo, an veniant omnia in ea existentia.

SVMMARIVM.

Locata domo, an veniant ibi posita ad vsum temporalem, nume. 1.

Venditione

Venditione facta, quæ veniant, num. 2.
Locatio regulatur secundum emptionem, & venditionem, num. 3.
Locata domo veniunt omnia connexa, et in ea affixa, num. 4.
Connexa pro vno habentur, & eodem modo iudicantur, num. 5.
Mobile, quod est; quando assumat naturam rei immobilis, num. 6.
Res quando dicatur ad perpetuum vsum destinata, num. 7.

DECISIO LXXXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Henũ petitum per Iuliam viduam relictam q. Horatij Buccaronij videbatur omni mora post posita restituendum, à Liuia vidua relicta q. Petri Rossi con ductrice dom⁹ de qua agitur, quia locata domo non dicitur locatum Ahenum, præcipuè cum illud in præfata domo positum fuerit nõ ad perpetuũ vsum dictæ domus, sed ad vsum temporalem dictæ Iuliæ, & ipsius familiæ, vt probatur in l. fundi, §. Labeo, ff. de action. empt. & ibi per Apostillam, & Alberig. Ias. in l. beneficium, num. 11. ff. de constitut. princ. & Tiraq. in suo tract. de iur. primicerio.

Sed contrarium verius visum fuit, nam
2 sicut veniunt in venditione omnia existentia intra ipsos confines rei venditæ, nisi nominatim sint excepta l. ædes sacra, §. 1. ff. de contrahen. empt. l. fin. vbi Angel. num... de euict. Dec. consil. 347. prima facie in casu proposito, nume. 3. col. 2. in versiculo, quia vis tota, fol. 374. & Crau. consi. 105. Andreas Bottini nu. 1. fo. 202. ita in locatione veniũt omnia contenta in re locata, quia huiusmo
3 di contractus regulatur secundum emptionem, & venditionem, l. 1. & 2. ff. locat. & conduct. & §. 1. institut. de locatio. & con-
4 ductio. præsertim cum dictum Ahenũ sit, in eadem domo affixum, quo casu ea locata, & concessa dicitur etiam concessum Ahenum, vt probat Ias. in d. l. beneficium, nume. 11. ff. constit. princ. Tiraq. de retract. Lignager. §. 1. gloss. 7. numero 115. in vers. ex quibus potes intelligere fol. 79. & in suo tractat. de iure primigen. quæst. 48. numero 6. fol. 636. & Rota in nouissimis decis. 822. Romana statuarum, numero primo, par. 3. fol. 213. nam affixa, & connexa pro
5 vno habentur, & eodem modo iudicãtur, vt ad litteram probat tex. in capitulo translato sacerdotio de constitut. & in l. si finita, §. ex hoc ædicto in versiculo si vero vnita, ff. de damn. infect. Etiam quod Ahenum sit quid mobile, domus vero immo-
6 bilis, nam tunc quod est mobile, cum accedit rei immobili, eiusque naturam assumat, censetur pars domus, vt considerauit Cagno. in l. cum principalis 139. numero decimotertio, in versiculo, nec modum ff. de reg. iur. lib 3. fol. 746.

Non obstat, quod supra opponebatur, quia cum præsupponatur dictũ Ahenum esse, vt vulgariter dicitur *inchiodato, & mu-*
7 *rato nella detta casa* dicitur ad perpetuum vsum destinatum, vt in terminis respondet Cæphal. consil. 92. testatur iure legati, numero vigesimosexto, lib. 1. & in locatione comprehensum, per ea, quæ tradit Abb. in capitulo Raynutius, numero quarto, de testam: & Crauet. dicto consil. 105. numero octauo.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XC.

CINGVLI.

ARGVMENTVM.

Compromisso pendente, an possit agi coram ordinario.

SVMMARIVM.

Compromissum non impedit iudicis additionem, nu. 1. fallit num. 4. & seq.
Compromissum non inducit litis pendentiam, nec facit rem litigiosam. num. 2.
Compromissum quando dicatur factum in arbitratores, num. 3.
Compromissum, quod fit in arbitratores est quædam transactio, num. 5.
Pœnitentia non datur in transactione etiam soluta pœna, num. 6.

Iuramentum habet vim homolagationis, num. 7.
Clausula rato manente pacto, quid operetur, numero 8.
Homologatio in compromisso, quid operetur, num. 9.
Actio, & exceptio oritur ex homologatione, numero 10.
Iuramentum an possit poni in compromissis, numero 11.
Ius Canonicum praeualet iuri Ciuili in Prouincia Marchiae, num. 12.
Compromisso pendente, quod possit adiri iudex quomodo intelligatur, num. 13.

DECISIO XC.

MAXIMO DEO AVCTORE.

SPreto compromisso, an possit agi coram ordinario. In vna cinguli in qua proposita fuit d. haesitatio videbatur respondendum, affirmatiuè per text. in l. si in seruum in fi. ff. de arbitros, & tradita per Roman. consil. 338. in casu propositae consultationis Blanc. in suo tractat. de compromiss. quaest. 7. numer. 10. in verbo iudicio to. 3. par. 1. fol. 183. & Lancellot. de attentat. pendente compromiss. cap. 15. num. 6. to. 5. fol. 388. Praesertim cum per illud, vt ibi numero sexto, non videa-
2 tur inducta litis pendentia, nec res facta litigiosa, vt dicunt Bald. in l. 1. colum. 2. num. 8. vers. vltimo quaero, C. commun. diuidun. & Ias. in l. is apud quem, nume. 9. versiculo respondeo, quod litigiosi vitiũ, C. de aeden.

Licet Dominus contraria sententia tanquam verior magis placuerit, nam tracta-
3 tur de compromisso facto in arbitratores, cum illud fuerit factũ de iure, & de facto, vt latè tradit Baptist. de Sancto Blasio in suo tractat. de compromiss. in rubr. de differ. arbitr. & arbitrat. in praefat. nume. 11. in vers. nono quando, & in versic. 26. quando, & in vers. 19. quando respectiuè to. 3. p. 1. fo. 298. & de actu iurato, nam partes compromiserunt in dictos arbitratores medio
4 iuramento, quo casu prohibita est iudicis
5 ordinarij aditio, vt primum probatur, quia cõpromissum, quod fit in arbitratores est
6 quaedam transactio, in qua non datur poenitentia, etiam si pars vellet soluere poenã, vt in terminis voluerunt Bald. in aut. hodie §. Apostolos nu. 17. C. de appellat. Ang. in l. qui fidem col. 1. ff. de transact. in versiculo, & per hoc, qui dicit hoc esse menti tenendum perpetuo. Franc. in c. ex ratione, num. 33. de appellar. fo. 13. Soc. consi. 39. capio primam, num. 47. lib. 4. & Baptist. à Sancto Blasio in dicto suo tractat. de arbitr. & arbitrat. par. 2. q. 51. num. 2. in vers. sed in arbitratore fol. 304. & Lancellor. d. c. 15. de attent. pendentis compromiss. num. 187. fo. 392.
7 Secundum vero, quia iuramentum ha-
8 beat clausulam rato manente pacto, immo maiorem vim, vt inquit Bal. in l. si quis maior, nu. 12. c. de transactio. quae operatur poenam, & pacti praestationem peti posse secũdum Bart. in l. si quis maior, nume. 8. & ibi Doct. C. de transactio. iuncta l. cum proponas, eod. titu. Ias. in §. item si quis nume. 15. institut. de action. fo. 132. Fel. in c. ad nostrã, num. 22. col. 5. de iur. iuran. Corn. consi. 40. viso processu, nu. 9. & cons. 246. in hac consultatione, n. 4. lib. 4. lo. de Amic. consi. 113. Doctor prestantissime, num. 13. & Seraph. de priuil. iurament. priuil. 85. nu. 3. quae siue
9 sit tacita, siue expressa operatur, quod non
10 possit quis ire ad alium iudicem, quia ex ea oritur actio, & exceptio Franc. in c. ex ratione, num. 32. de appellat. & Lancellot. de attent. dicto cap. 15. num. 193. fol. 392.
11 Nec dicatur, quod huiusmodi iuramentum non operatur, quia est contra text. in aut. decernit, C. de recept. arbitr. & ibi glo. in verbo male in littera F, qua prohibetur fieri compromissum cum iuramento.

Nam id procedetet vbi seruaretur ius ciuile, vt dicit Seraph. in dicto priuileg. 85.
12 num. 4. secus in hac Prouincia Marchiae, in qua, ei praefertur ius canonicum vigore Constitutionis capitu. 38. lib. 6. in versiculo quinto, loco fol. 411.

Non obstant adducta in cõtrarium, quia praeter id, quod ex praemissis remanent paenitus sublata, illa locum haberent quando
13 fuisset soluta poena, vt probat glo. in clemen. quam diu de appellatio. Franc. in d. c. ex ratione, num. 30. fo. 13. Felyn. in capit. ex tenore, nu. 32. & seq. vers. fallit decimo de rescript. & Lancellot. de attentat. penden. compromiss. dicto cap. 15. num. 7. tom. 5. fo. 388. per tex. in l. si quis rem, ff. de arbitr. de qua solutione nullibi constat.

Laus Deo, & B. Mariae semper Virgini.

DECISIO XCI.

ANCONITANA.

ARGUMENTUM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarÿ, an possit soluere de bonis hæreditarÿs si solutio in pecunia fuit promissa.

SUMMARIUM.

Obligatio iurata an transeat ad heredes nu. 1.
Actio, quæ competebat contra defunctum competit contra hæredes, nume. 2.
Hæres debet habere hæreditatem cum suis oneribus, num. 3.
Creditor in pecunia an cogi possit ad accipiendum bona insolutum, num. 4.
Statutum quando dicatur disponere in actu iurato, nu mero 5.
Instrumenta omnia fiunt cum iuramento, numero 6.
Consuetudo apparere debet, num. 7.
Statuentes an possint tollere iuramentum, numero 8.
Statutum confirmatum à Papa dicitur Papale, numero 9.
Statutum quodlibet à Papa confirmatum, an tollat iuramentum, num. 10.
Statutum generaliter loquens non comprehendit causam dotis, num. 11.
Hæredes cum beneficio legis, & inuentarÿ, quando hæreditas est opulenta, tenentur soluere in pecunia numerata, num. 12.
Statutum non potest acceptari sine sua qualitate, numero 13.
Hæres cum beneficio legis, & inuentarÿ an possit satisfacere creditoribus de bonis hæreditarÿs, numero 14.
Debitor in pecunia quando possit dare bona, num. 15. *& seq.*
Paupertas operatur, vt quis admittatur ad id, quod aliàs non admitteretur, num. 16.
Iuramentum super impossibili non est obligatorium, num. 17.
Iuramentum est duplex, num. 18.
Inuentarium tutorum an pro sit pupillis, numero 19.
Quod non prodest, nec nocere debet, num. 20.
Iuramentum quando videatur tacitè remissum, numero 21.
Iuramentum de iure communi non habet executionem paratam, num. 22.
Cameralis obligatio an sit extendenda, num. 23.
Practica, quæ sit seruanda, quando agitur vigore Cameralis obligationis, nume. 24.
Instrumentum cum camerali obligatione habens in agendo, quam formam seruare debeat, numero 25.
Qualitas diuitiarum ab allegante est probanda, numero 26.

DECISIO XCI.

MAXIMO DEO AUCTORE.

Dotis restitutio, quando est promissa in pecunia numerata hæredes, an possint soluere de bonis hæreditarijs.

Pro parte Hortētiæ vxoris Comitis Pauli Ferretti hæredes quōdam Mineruæ eius Matris dudum vxoris Camilli Ferretti contra Franciscum, & Palazzinam de Ferrettis hæredes d. Camilli, dicebatur, quod sic, quia cum dictus Camillus promiserit medio iuramento restituere dictæ Mineruæ scuta bis mille, & centū in omnem casum dotis restituendæ in pecunia, vt de hoc constat publico instrumēto. Hæredes eiusdem personam repræsentantes tenentur ad eius obseruantiam, nam quando instrumentum est iuratum efficacia obligationis transit ad hæredes, & successores, qui obligantur sicut defunctus erat obligatus, præter quam, quo ad reatum periurij, qui in eos non transit, vt in terminis dicit Bald. in l. fin. numero decimosexto, in fi. C. de pact. & in auten. sacramenta puberum numer. decimoseptimo, C. si aduersus venditionem Paul. de Castr. in l. si grege legato 22. numero quinto, ff. de legat. 1. Abb. in capitulo cum contingat numero octauo, de iur. iuran. Anchatan. in capitulo veritatis, numero 4. eodem tit. Federic. de Sen. consilio 281. casus talis,

numero ſecundò, in fi. Angel. conſil. 326.
ex themate nume. primo, & ſecundo, Soc.
conſ. 38. in cauſa Dominorum nume. 2. lib.
3. Socin. iun. conſ. 67. Prima præſentis con-
ſultationis numero 36. lib. 2. Afflict. deciſ.
381. quædam Hyppolita num. 8. & Rymin.
iun. conſ. 814. quoniam nu. 26. lib. 7. Ratio
2 eſt quia actio; quæ competebat contra de-
functum, competit contra hæredes Feder.
de Sen. dicto conſ. 281. in fi. & Seraphi. de
priuil. iuram. priuil. 74. nu. 141. qui licet de
hoc dubitare videatur, inclinat tamen in
hanc partem, quam ego puto veriſſimam,
3 quia cum hæres adeundo acceptauerit
hæreditatem, debet illam habere cum om-
nibus ſuis oneribus, inter quæ cũ adſit obli-
gatio defuncti, illam præcisè ſeruare tene-
tur.

4 Etiam ſtante ſtatuto Anconæ rubr. 8. de
executione pub. inſtrum. diſponente cre-
ditorem in pecunia cogi poſſe ad accipien
dum bona inſolutum ab hærede beneficia-
to, quod etiam de iure communi in debi-
tore nõ habente pecunias penitus nouum
non videtur per ea, quæ tradit Theſaur.
deciſ. 153. debitor pecuniæ, numero ſecun-
do, & ſequen. folio 129. quia id non proce
dit quando debitum eſt iuratum, vt in ter-
minis dicit Alexan. conſil. trigeſimoſepti-
mo, viſo, & opportune numero vigeſimo-
quarto, verſiculo quinimmo, cum ſeq. &
numero vigeſimoſeptimo, lib. ſecundo,
Gozzad. conſil. vigeſimoſeptimo, in cau-
ſa conductor numero vigeſimooctauo, &
conſ. 32. prima facie num. 10. Gabr. conſil.
127. Cornelius, numero decimoſeptimo,
cum ſeq. lib. 1. Decian. conſil. 13. Duo ſunt,
numero 59. lib. 2. fol. 142. Rymin. iun. conſ.
506. & prima conſideratione numero 105.
fol. 91. & conſi. 516. in præſenti cauſa, num.
56. lib. quinto, fol. 125. Theſaur. dicta deciſ.
153. numero 14. fo. 130. cum nec ſtatutum,
5 nec alia quælibet generalis diſpoſitio cen-
ſeatur diſponere in materia iurata, niſi de
iuramento faciat expreſſam mentionem
glo. fin. in capitulo cum non deceat 30. de
elect. in 6. Paris conſil. 97. vt præſentis con-
ſultationis, numero nono, lib. 1. Ferrat. cau-
tel. 55. oculata fide, numero quinto, & ſeq.
fol. 116. & Gabr. qui plures allegat lib. 6. de
ſtatut. concluſ. 11. num. 5.

Nec dicatur, quod dictum ſtatutum An
conæ loquitur de inſtrumentis, & ſic quod
intelligatur etiam diſpoſuiſſe de actu iura-
6 to, cum omnia inſtrumenta fiant cum iu-
ramento, vt conſiderauit Gabr. dicta con-
cluſ. 11. de ſtatut. in fi.

7 Quia pluribus modis reſponderi poteſt
primo, quod Gabr. loco citato præſuppo-
nit conſtare de dicta conſuetudine tem-
pore, quo ſtatuta fuerunt condita, quod
non apparet in præſenti ſpecie.

8 Secundò, quod ſtatuentes non poterant
ex defectu auctoritatis tollere iuramen-
tum, etiam ſtante confirmatione Apoſto-
lica, quia cum illa non ſit in forma ſpecia-
li, ſed communi, non tollit iuramentum.
9 Et propterea licet omne ſtatutum confir-
matum à Papa, dicatur Papale, non ta-
men quodlibet ſtatutum Papale tollit iura
10 mentum, niſi confirmatio ſit ſpecialis, vel
generalis, quando ſcilicet ſtatuta fuerunt
de mandato Papæ viſa, & conſiderata, non
autem quando confirmatio eſt ſimpliciter
generalis, & ſine cogitatione ita facta, vt
non appareat, nec ipſum Papam, nec alium
de eius mandato ea vidiſſe Gabr. conſ. 127.
Cornelius Gratianus anno. numero 23. &
ſeq. lib. primo, vbi plures allegat Bero. q.
50. an ſtatutum, numero ſecundo, in verſi-
culo ergo, & ſeq. fol. 119. & Bocc. de ſtatu-
tar. vrb. præſcriptio. glo. 1. numero vigeſi-
motertio, & ſeq. fol. 7. & ſeq.

11 Nec quando agitur de cauſa dotis, quia
tunc ſtatutum quantumcunque generali-
ter loquens non comprehendit cauſam do
tis, vt dixi ſup. deciſ. 34. in vna Recane-
tenſi, numero primo, & deciſ. 39. quia Ioan
nes nume. 16. & deciſ. 42. Diana Petri Leo-
nis numero nono, prout eſt illa de qua tra-
ctatur.

12 Et tanto magis videntur dicti hæredes
poſſe cogi ad ſoluendum in pecunia nume
rata, quia ſumus in hæreditate opulenta,
quo caſu hæredes etiam cum beneficio le-
gis, & inuentarij poſſunt de iure communi
cogi ad ſatisfaciendum creditoribus in pe-
cunia numerata, vt voluit Phanuc. de in-
uentar. hæred. part. 5. explicitis inuentarij,
numero 151. to. 8. par. 2. fol. 293.

Sed pluries præſens quæſtio examinata,
Domini communiter tenuerunt contra-
13 rium, quia præter id quod dictus Comes
Paulus agendo executiue ad formam dicti
ſtatuti Anconæ rubr. 8. non poteſt illud re-
pudiare, nec acceptare ſine illa qualitate,
quod poſſint ſibi bona inſolutum dari per
ea, quæ in fortioribus terminis, nempe in
eo, qui non ligatur ſtatutis, conſuluit Pa-
ſeth. conſil. 150. quoniam in hoc caſu, nu-
mero nono, & ſeq. Quia cum ſit indiuiſi-
bile, & qualificatum ſine ſua qualitate ac-
ceptari non poteſt. Roman. conſi. 353. quo
ad primum, n. 11. cũ ſimilibus vulgatis, ſatis
clarum

clarum est etiam in terminis iuris commu
14 nis, quod hæres, qui fecit inuentarium, potest de bonis hæreditarijs satisfacere creditoribus, ac legatarijs, etiam quod alios inuito creditore aliud pro alio solui non possit iuxta textum in l.2.§.1.ff.si cert. petat.vt per Phanuc. in dicto suo tracta. de inuent. hæredit.5.par.numero 149. tom.8.fol.293.
15 Prout quoque potest ille debitor, qui adhibita omni diligentia non potuit pecunias reperire, nam tunc etiam quod iurauerit, potest compellere creditorem ad accipiendum bona insolutum iuxta formam authen. hoc nisi C.de solut. vt per Rot.Bonon.decis. vigesimaoctaua debitor in pecunia, & latius per Ludouic. decis. Perus. 64. Franciscus Ioachim per tot. part. secunda,
16 fol.decimoseptimo. Ratio est quia pauper tas, & impotentia hebet hoc priuilegium. Videlicet quod admittatur ad id quod aliàs facere non posset, vt per Honded. consil. decimooctauo, visis Scripturis ttan(missis, numero trigesimonono. Idem dicit Seraph.de priuil.iuram.priuil. 74 de eo, qui fecit, quidquid potuit numero vigesimosecundo & de paupere numero 74.& de eo, qui propter difficultatem non potest implere iuramentum numero vigesimoter-
17 tio. Nam ad impossibile etiam cum iuramento nemo obligatur Honded.loco citato, numero 37.

Nec dicatur, quod statutum prædictum loquitur de hærede cum beneficio Inuentarij facti secundum formã statuti, de quo, & si appareat, non tamen in eo fuit seruata forma requisita à statuto Anconæ rubr.20. nam non propterea affirmari potest obstare defectum formæ statutariæ, quia cum
18 duplex sit inuentarium, vnum quod fieri debet à tutore de quo loquitur tex. in l. tutor, qui repertorium, ff.de administrat. tut. & dictum statutum Anconæ rubr.20.aliud hæredis, de quo in l.fin.C.de iur. deliberan. & in statuto Anconæ rub.23. sufficit, quod fuerit seruata illa forma statuti, quæ loquitur de inuentario hæredis, de cuius obseruantia bene constat in processu, nõ forma
19 statuti loquentis de inuentario tutorum, quia sicut huiusmodi inuentariũ non prodest pupillis Veronens. caut. 126. duplex est numero secundo: Ita nec eis debet obesse.

20 Et ad primum obiectum de iuramento dicebant illum non tollere priuilegium introductum ad fauorem hæredum, qui adierunt cum beneficio legis, & inuentarij,
21 & vbi illud tolleret, quod dictum iuramentum videtur tacitè remissum, cũ dicta executio dicatur petita, & obtenta in vim dicti statuti, quod sine sua qualitate acceptari non potuit, vt dictum fuit præcipue cum alio modo haberi non potuerit, nam si dictus Comes Paulus eam habere voluisset vigore iuramenti, id non potuisset, cum iuramentum de iure communi non habeat executionem paratam, vt probat glo. ad constitutionem Marchiæ capitulo tertio, lib.5.in verbo instrumentum littera D, numero 2.fo.524. & latè habetur per Thesau. decis.26. instrumeta regulariter num. 7. in versiculo contrariam partem fol. 26. quidquid dicat Veron. caut.20.si ex forma, nu. 1.fol.8.

Prout nec potuit vigore Cameralis obli
23 gationis, quia agendo non fecit in primis, & ante omnia extendere cameralem obligationem, vt necessarium erat iuxta tradita per Galles. de form. Cameral. obligat.in summa de process. ipso nume.2.& seq.fol.
24 121.nec vsus fuit practica, de qua per eundem Galles. in eod. tract. de form. Camer. obligat. Reliqu. de process. summa, fo.134. numero 1.& seq. nec forma tradita à con-
25 stitutione Marchiæ in capitu.5.lib.5.f.330. quæ cæteris præferẽda erat cum sit lex præualens in his, in quibus locorũ statuta non disponunt.

Ad secundum de causa dotis, quæ non comprehenditur à statuto etiam generaliter loquente, & tertium, in quo opponebatur de hæreditate opulenta, quo casu hæredes etiam cum inuẽtario tenentur satisfacere creditoribus in pecunia.

Respondebant, primum tolli ab eodem statuto Anconæ dictæ rubricæ 9.de execut. pub. instrum. quod expresse loquitur de instrumento promissionis, & restitutionis dotis, vt ibi in versiculo (siue sit instrumentum &c.) Et secundum ex defectu proba-
26 tionis; quia qualitas diuitiarum ab allegante probanda est, vt in terminis dicit Pau. de Castr. in l. si vero, §.1. ff. qui satisd. cogant. cum simil. vulgatis.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XCII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Seruitus super re emphyteotica, an possit imponi consensu Domini directi.

SVMMARIVM.

Emphyteota non potest alienare, nec seruitutem imponere, num. 1. Contrarium nu. 5.
Seruitus continetur sub verbo alienationis, nu. 2.
Emphyteota non habet proprietatem, num. 3.
Emphyteota dicitur quasi dominus, num. 4.
Resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, nu. 6.
Seruitus quando imponitur ab emphyteota an præiudicetur Domino directo, num. 7.

DECISIO XCII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

MAgister Ottauius Spaciarius tonsor cum imposuerit seruitutē aquæductus in domo, quam habet ad emphyteosim à Venerabili monasterio Sancti Francisci ciuitatis Maceratæ ad fauorem Reuerendi Canonici Antonij Mariæ Riccij, & pro parte dicti monasterij petitum fuerit, declarari dictam seruitutem nulliter impositam, cum demolitione ipsius aquęducti.

Dubitatum fuit, an huiusmodi petitio de iure subsistat.

Ratio dubitandi duplex fuit.

1 Prima quia emphyteota sicut non potest alienare l. fin. C. de iur. emphyt. ita non
2 potest seruitutem imponere, cum seruitus contineatur sub verbo alienationis l. fin. C. de reb. alien. non alienan. vbi Bald. in prin. & Salyc. nume. 1.

3 Secunda quia cum emphyteota non habeat proprietatem, non potest sine consensu proprietarij seruitutē imponere, vt probatur in l. vnus ex Dominis, ff. de seruitut. & in l. in concedendo ff. de aqua pluuia arcen. vbi Bart. in princ.

His tamen non obstantibus contrarium
4 verius visum fuit, nam cum emphyteota dicatur quasi Dominus, vt in terminis dicit glo. in l. 3. ff de seruitut. & ibi Paul. de
5 Castr. numero 1. & 4. potuit dictam seruitutem imponere, vt latè consuluit Rolan. consil. 60. in quæstione nume. 8. & sequen. lib. 2. quo ad sui præiudicium, Ias. in l. 3. numero 118. C. de iur. emphyt. fol. 192. Boer. decis. 181. & videtur dicendum numero 2. & seq. fol. 391. Cappel. Tholos. decis. 461. item fuit quæsitum vtrum emphyteota in fi. fol. 75. quæ durabit tantum durante emphyteosi, & non plus, vt voluit Surd. Paul. de Castr. & Saly. in l. 3. C. de seruitut. & aqu. Afflict. decis. 280. Vincentius Malfitanus, numero secundo, fol. 319. Natt. consil. 516. in causa Callioni, num. 12. fol. 53. lib. 3. Rol. dicto cons. 60. num. 12. Clar. in §. emphyteosis quæst. 21. fol. 88. Rodoan. in suo tractat. de rebus eccles. non alienan. quæst. 79. cap. 9. emphyteota quoque num. 39. fol. 442. &
* communiter * Doctores, vt per Rolan. dicto consil. 60. num. 12. lib. 2. & Corb. in suo tract. de iur. emphyt. de caus. priuat. ob alienationem ampliat. 49. numero 20. f. 137. & limit. 29. fol. 167. idem tenet Vrsili. in addit. ad Afflict. dicta decis. 380. numero primo, fol. 319. numero 2. Ratio est, quia reso-
6 luto iure dantis, necesse est, quod resoluatur ius accipientis secundum Boer. dicta decis. 181. num. 3. in vers. quia resoluto Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glo. 1. fo. 641. Rol. dicto consil. 60. num. 11. & Vrsil. loc. citato.

Non obstant supra adducta pro ratione dubitandi, quibus primo visus fuit Bald. in l. 3. numero 3. C. de seruit. & aqu. deinde Veron. in suo tractat. de seruitut. vrban. prædio. capitulo 14. in rubric. qui possint constituere seruitutes reales, nume. secundo, fol. 12. & Ias. in dicta l. 3. numero 117. C. de iur. emphyteot. nam etiam illis non obstantibus tenent posse emphyteotam imponere dictā seruitutem super re emphyteotica Domino irrequisito, cum illa non
7 sit perpetua, sed tantum duratura quousq; durabit ius ipsius ponentis, ratio esse potest, quia per illam non præiudicatur Domino directo, vt videtur de mente omniū supracitatorum, & præcipuè Rolan. dicto consil.

consil.60. numero 15.& Corbol. dicta ampliat.49.in fi. fol.137. secus si de eius præiudicio tractaretur vt ibi. Nihil fuit pronunciatum, quia monasterium acquieuit prædictis.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XCIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Cedens bonis, an possit agere.

SVMMARIVM.

Cedens bonis, nec agere, nec conueniri potest, num. 1.
Contrarium num. 2.
Cedens bonis, an remaneat Dominus, num. 3.
Cedens bonis non dicitur habere bona pro derelicto, num. 4.
Bona, quæ sunt pro derelicto, à quolibet occupari possunt, num. 5.
Cedens bonis, an possit pœnitere, nu. 6.
Lex si vnus §. ex litigatoribus, ff. de recept. arbitr. quomodo intelligi debeat, num. 7.
Iura iuribus concordanda sunt, num. 8.
Cedens actiones an possit agere, num. 9.

DECISIO XCIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Salucus Martinellus de Serra Comitum custos Sacri montis Pietatis dictæ ciuitatis Maceratensis, aduersus quem fuit facta executio pro certa pecuniarum quantitate ad instantiam N. qui iam bonis cesserat, dicebat dictam executionem esse annullandam, tanquam côcessam, & relaxatam contra expressum
1 casum legis, nam ille, qui cessit bonis, non potest agere, nec conueniri, vt probat tex. in terminis in l. item si vnus, §. ex litigatoribus, ff. de recept. arbitr.
2 Sed côtrarium verius visum fuit in præsenti specie, nam præfatus N. licet bonis cesserit, remanet tamen Dominus antequam
3 eius bona fuerint vendita, vt probatur in l. si quis bonis la prima, ff. de cession. bonor. & per Capell. Tholos. decis. 134. item an cedens bonis, & Brun. de cession. bonor. quæst. decimanona, princ. numero sexto, tom. tertio, folio 198. & quæst. princ. 15. numero secundo, folio 197. idem fuisse videtur de mente Barto. in d. l. si quis bonis,
4 numero primo, dum vult, quod cedens bonis non dicatur habere bona pro derelicto, sed solum dedisse creditoribus pote-
5 statem alienandi, nam si esset pro dereli-
6 cto quilibet occupare posset, cum potestate pœnitendi ante actus consummationem, vt voluit Brun. loco citato.
7 Non obstat text. in dicta l. si vnus, §. ex litigatoribus, ff. de recept. arbit. Quia debet intelligi post actus consummationem, nempe postquàm bona fuerunt vendita, vel tradita creditoribus, non de illo tempore intermedio, quo ipse cedens remanet Dominus, & pœnitere potest ex his, quæ
8 supra dicta sunt, vt iura iuribus concordentur, & omnia sano modo intelligantur.
9 Hinc non semel videtur, quod cedens actiones potest, antequàm lis fuerit contestata à cessionario, seu aliquid ex debito acceptum, vel debitori facta denunciatio, agere, vt probatur in l. tertia, C. de nouat. & dicit Specu. in titu. de cess. act. in §. consequenter numero decimo, lib. secundo, part. prima, fol. 229. & in titu. de procurat. in §. sequitur, numero vndecimo, lib. primo, part. 3. fol. 169.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO XCIV.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla, an possit ex nouis actis retractari.

SVMMARIVM.

Qui patitur fieri probationes super meritis, an dicatur consentire, si non appellauerit, num. 1.
Sententiā nulla non potest confirmari, quando defectus est in processu, & substantialia eiusdem numero 2.
Sententia nulla quando principaliter fuit dictum de nullitate non potest ex nouis actis confirmari, numero 3.
Exceptio non adimplementi impedit confirmationem sententiæ, & tollit actionem, nume. 4.
Oblatio de adimplendo, parte recusante sufficit, numero 5.
Cautela ad hoc, vt oblatio facta remaneat nulla, quæ sit num. 6.

DECISIO XCIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

INsistendum non videtur super nullitate sētētię D. Iudicis, à quo cum illam satis euidētem, & claram esse Domini concorditer existimauerint, non solum ex defectu probationis quia nō fuit producta apocha matrimonialis, cuius vigore fuit actum per D. Auroram Moziam contra Mercurium Mancinellum, sed citationis, & mandati.

Sed solum an huiusmodi sententia nulla potuerit ex nouis actis confirmari.

Circa, quæ cæteris omissis parte affirmatiuæ inhærendum videbatur. Nam cum D. Mercurius passus fuerit per D. Aurorā fieri probationes super meritis, & non appellauerit, vt tenebatur, dicitur consensisse, etiā, quod simpliciter contradixerit, vt in termini post Aretin. in l. naturaliter, §. nihil commune, colum. 7. num. ff. de acquir. possess. Felyn. in capitu. inter monasterium, num. 23. in vers. forte tamen est necessarium de senten. & re iudic. consuluit Crauet. cons. 302. in hac causa, nume. 6. & voluit Menoc. in tracta. recuper. possess. remed. 1. nume. 167. & seq. & sic iudex vbi aliàs non posset confirmare sententiam huiusmodi, id poterit in præsenti specie saltem ex quodam tacito partis consensu.

Licet contrarium fuerit per Dominos resolutum, quia cum hic non agatur simpliciter de defectu existente in sententia,
2 sed processu, & substantialia eiusdem iudex appellationis non potest illam confirmare, nec reformare, sed illam nullam declarare debet, vt post Crauett. consil. 140. in causa spolij num. 8. & cons. 270. in causa Communitatis numero septimo, in versic. sed præmissis non obstantibus scripsit Granut. theorem. 17. & Alexandri consilio, numero 9. Ratio est secundum Alex. d. consi. 53. numero 14. Vant. in suo trācta. de nullit. ex de sect. process. numero 7. & nouissimè per Honded. consil. 19..... nume. 32. ue nullitas, quæ in prima aderat, influat in secundam.

Et tanto magis quia dictus Mercurius principaliter dixit de nullitate, quo casu
3 sententia nulla etiam ex nouis actis non potest, nec confirmari, nec reformari, sed debet omnino nulla declarari antequàm de facto principali cognoscatur, vt voluit Vāt. in titu. quomodo, & infra quod tempus, numero 15. & Granut. d. theorem. 17. numero 20. Ratio est vt ibi ne faciat numerum, & ita consuluit Turr. cons. 42... num. 3. & cons. 44... numero 48. cum simil.

Non obstat quod pro ratione dubitandi opponebatur, quia cū dicta apocha matrimonialis producta in Rota sit vltro, citroque obligatoria, non potuit ante adim-
4 plementum, quod fieri debebat pro parte dictæ Auroræ, dicta sententia confirmari l. Iulianus, §. offerri, C. de actio. empt. ex defectu actionis, vt probant Corn. cons. 179. visis scripturis, num. 3. lib. 1. Roland. cons. 53. viso, ac diligenter num. 27. lib. 1. Surd. cons. 102. nume. 1. lib. 1. cum ceteris supra citatis decis. 50. cum Reuerendus num. 13.

5 Et si diceretur dictam Dominam Auroram

ram excusari per oblationem per eam fa-
5 ctam de adimplendo contenta in apocha pro parte sua, quæ parte recusante sufficit secundum Barto. in l. vxorem, §. agri plagam, ff. de legat. 3. & in l. 1. numero 4. C. ne laicus & vna eademque causa Negusan. in suo tracta. de pignor. par. 3. memb. 5. part. princ. numero 7. Capic. decis. 19. in causa Francisci Viualdi, numero secundo, Boer decis. 124. & videtur num. 29. & Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 106. quidam Ioãnes Maria, num. 6. qui attestatur de magis communi. Et propterea secundum Boer. dicta de-
6 cis. 124. numero 30. cautela est, quod facta oblatione per debitorem offerat se paratũ crediror recipere, quia eo non soluente nul la est oblatio. Respondetur, quod non constat, neque constare potuit de aliqua recusatione dicti Mercurij, cum non fuerit præsens, nec citatus tempore quo asserirur facta dicta oblatio.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XCV.

ANCONITANA.

ARGVMENTVM.

Conclusio in causa, an impediat productionem instrumentorum, & scripturarum.

SVMMARIVM.

Instrumenta, & scriptura post conclusum in causa produci non possunt etiamsi sint de nouo reperta, nu. 1. fallit nu. 9. & 12.

Qui declarat nihil de nouo inducit, num. 2.

Iudex an possit de stylo se in camera informare parte non citata, num. 3. & 6.

Notorium an inducant decem, nume. 4.

Archiuistæ creditur, num. 5.

Consuetudo vniuersalis etiam in decisorijs probatione non indiget sed satis est quod allegetur, num. 7.

Consuetudo per plura instrumenta probatur, num. 8.

Causa appellationis in tertia instantia debet expediri ex eisdem actis, num. 10.

Iudex parte non instante quando possit supplere ex æquitate & deuenire ad sententiam, num. 11.

Scriptura publica quæ dicatur, num. 13.

Fides à publico officiali subscripta, & publico sigillo munita an probet, num. 14.

Litteræ officialium sigillatæ & subscriptæ à testibus, vel saltem à notario an probent, num. 15.

Inuentarium quando non requirat subscriptionem alterius notarij, num. 16.

Statutum Anconæ de inuentarijs requirit minorem solemnitatem in eorum confectione quàm ius commune, num. 17.

Statutum præfatum Anconæ de inuentarijs, an dicatur derogatiuum iuris communis, num. 18.

DECISIO XCV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN causa quæ vertitur inter Excellẽtissimũ I. C. D. Antenorem, Caballũ Senogallien. ex vna, & hæredes q. Hieronymi Bernabei ex altera.

1 Quia regulariter instrumenta, atque scripturæ post conclusum in causa produci nõ possunt capit. cum dilectus extra de fid. instrum. & capitulo cum causam de testi. cũ simil. vulgat.

Etiamsi de nouo reperta dicerẽtur, quia vt inquit Alexan. in l. admonendi num. 21. ff. de iur. iurand. quando agitur de causa, à qua potest appellari, vt in præsenti specie dictæ iura non debent post conclusum in causa admitti per text. in d. cap. cũ dilectus, sed erit expectan. quod feratur sentẽtia, & quod fuerit ab ea appellatum, cum possint in causa appellationis produci.

Duo ex Dominis dixerunt male iudicatum per D. iudicem, à quo circa admissionem fidei productæ ad probandum de prætenso stylo interpretatiuo, ac declaratiuo statuti Anconæ rubr. 23. collat. 2. de similibus circa confectionem inuentarij hæredis, maxime quòd existimabant illam esse scripturam priuatam.

Licet ego inhærendo opinioni d.d. iudicis à quo contrarium magis verum, rectius sentientis semper saluo iudicio existimauerim, quia appellatio interposita, à pronuntia admissionis dictæ fidei concernentis 3
probationem styli interpretatiui, ac declaratiui videtur super nõ grauamine, & consequenter

ſequenter reijciēda,cum nihil de nouo,in-
ducat qui declarat, vt dixi ſupra deciſ. 60.
2 ego dicebam, num. 66.

3 Et tanto magis quia ſicut Domini de hu
iuſmodi ſtylo potetant ſe in Camera infor-
mare ſine partis citatione,etiam ex officio,
vt ait Curt. ſen. conſil. 78. Domina Franci-
ſchina ſub num.2.ad fin. Alex.conſil.36.vi-
ſo themate num.9. lib.2. Apoſtil. ad Barto.
in l.de quibus in 2.lectura, nu. 10.ff. de leg.
Rocch.de Curt. in cap. fin.quæſt.8.nu.647.
in fin.de conſuetud. Aſin.in pract.iud.§.22.
cap.16.limit.3.num.2. & 7. Ioſeph Ludou.
deciſ.Lucen.36.Reuerendus Dominus,nu
mero 16. ita huiuſmodi informationē ha-
bere per dictam fidem, præſertim cum illa
nō ſolum à duodecim notarijs, & vno I. C.
approbata ſit atteſtantibus tam in inuenta-
rio hæredis, quàm tutoris requiri ſubſcri-
ptionem duorum notariorum ex interpre
tatione, ac declaratione data dicto ſtatuto
per ſtylum, & obſeruantiam, à qua mini-
me recedendum eſt,l. minimè,& l.ſi de in-
terpretatione,ff.de leg.Bero.conſ.91. ſtan-
te conſuetudine,num.10. lib.3. etiam ſi nō
eſſet præſcripta per ea, quæ poſt Anton. de
Butr. Nicola. Aret. & Alexan. tradit Dec.
conſil.11.& pro tenui facultate, nume. 10.
& aliquo pacto demonſtrari poſſet alium
intellectum de iure veriorem eſſe.& diſpo
ſitionem remanere cum mala interpreta-
tione,vt in terminis cenſuit Rota in nouiſ-
ſimis deciſ.574.difficultas propoſita, num.
2.3.& 5.p.1. ſeu ageretur de lege taxatiue,
vel excluſiue loquente per ea, quæ tradit
Bero.conſil.93. viſis dubitationibus, num.
8.lib.3.ſed etiam à publico Magiſtratu Do-
minorum Antianorum dictæ Ciuitatis An
conæ de prædictis omnibus plenam,& fidē
indubiam faciente, & à ſeptem alijs nota-
rijs in eadem fide,& ſic viginti in totum cū
Archiuiſta inſtrumentorum notariorum
defunctorum, pariter ſubſcriptis,quorum
atteſtationes circa materiam dicti ſtatuti
erant plurimum pōderandæ. Quia etiamſi
eſſent decem tantum, facerent rem noto-
riam Bald. in Authen. quod locum in fine
verſ. decimo quæritur C. de collatio. Ma-
ſcard. de probatio.concluſ.1101.incip. no-
torium æquiuoce num. 17. præſertim cum
dicto Archiuiſta quia ſtatur deputato ad
præſidendum Archiuio,cui plenè creditur
cap.ad audientiam de præſcrip. Clem.vnic.
in fin.de iur.iuran. Card. Zabar. conſ.72.ſi-
gillatim,numero 7.verſ.idem puto ſi nulla
6 citatio interuenerit. Et in notorijs poteſt
iudex de ſtylo, vel de conſuetudine quam-
uis ſuper deciſorijs extraiudicialiter ſe in-
formare parte non citata. Alexan.conſi.14.
viſo proceſſu cauſæ,num.1.lib.5.Dec.cōſil.
402.in cauſa Illuſtriſſimi,num.10. & conſi.
447.in donatione,nu.10.11.& 12. vbi quod
7 conſuetudo vniuerſalis, etiam in deciſorijs
probatione non indiget, ſed ſatis eſt, quod
allegetur & iudex ſupplet idē conſ. 284. vi-
ſo puncto, nume.10.Crauet.conſil.104. in
cauſa Magiſtri Andreæ,numero 9. Rocch.
de Curt.in cap.fin.num,645.in 8.q. de con-
ſuetud.Gabr.concluſ.1. nu. 340. de citatio.
Maſcard.de probatio.concluſ.1338. nume.
6.& 7.lib.3. Accedente præcipue exhibitio-
ne,ac oſtenſione duodecim inſtrumento-
rum inuētariorum, à duobus notarijs cum
eorum ſignis Anconæ publicatorum co-
ram Dominis facta, quia per plura inſtru-
8 menta probatur conſuetudo Barto. in l. de
quibus in repet.nume.21.ad fin.verſ.credo
etiam ff.de legi. & In terminis ſubſcriptio-
num tradunt Bald.in l.1.nume.5.C.ad Vel-
leian. Dec. conſ.11. & pro tenui vbi omni-
no videndum eſt Crauett.conſ.134. ſcripſi
aliàs num. 6. nec quicquàm efficit allegata
cōcluſio in cauſa, quia præter id quod quo
9 ad iudicem nunquam intelligitur in cauſa
concluſum, quando ſubeſt aliqua iuſta cau
ſa, etiam poſt concluſum in cauſa poſſunt
iura publica produci Marant. in ſuo ſpec.
de inſtrum.productio. nume.48.fol.366.&
Maſcard.de probatio.concluſ.6. num.141.
fol.17.lib.1.

Quod autem ſubſit iuſta cauſa, & dicta
fides poſſit nuncupari ſcriptura publica
manifeſtè apparet. Nam primum proba-
tur, quia reiectā dicta fide non poſſet am-
plius produci in cauſa appellationis ſubſe-
10 quenti, cum illa ſit tertia inſtantia in qua
& forma Conſtit. Marchiæ cap.16.lib.6.to.
389. cauſa debet expediri ex eiſdem actis.
Ideo debet iudex ſupplere ex æquitate, ne
11 pereat ius partis,ſicut quando videt inſtan-
tiam perire,poteſt ex officio parte non in-
ſtante deuenire ad ſententiam diffinitiuā
Barto.in l.Seius,& Augerius,ff. ad l. Falcid.
Alexan.in l.4.§.hoc autem iudicium,num.
12 27.ff. de damn.infec.immo ad adiuuādam
priorem probationem ſtatuti admitti de-
bent probationes etiam poſt cōcluſum in
cauſa ad declarandum Abb.in cap.clamor,
num.2.de teſtib.Dec.in c.1.numer.152. de
probatio. Afflict. deciſ.216. quotidie habe-
mus,num.5. ex quo ommiſſis cæteris, quæ
poſſint adduci, tollitur allegata doctrina.

Secundum vero quia in dicta ſcriptura
adeſt publicum ſigillum Magiſtratus dictæ
13 ciuitatis Anconæ, quod facit illam publi-
cam, & authenticam, vt probat in terminis
gloſſ.

glo. in capit. 1. in verbo authenticum, & ibi Abb. & Doctor. de fid. instrum. gloss. ad Constitu. Marchiæ, cap. 11. in verbo sigillo lib. 2. fol. 66. quæ dicit huiusmodi sigillum habere authoritatem certam, & iustam sicut instrumentarū, & alia gl. ad aliam constitu. Marchiæ cap. 30. lib. 5. in verbo instrumentum, num. 5. to. 325. & Menoc. de præsumpt. præsumpt. 57. nume. 26. lib. 2. fol. 54.
14 Eo magis quia dicta fides est à Cancellario Magnificæ Communitatis Anconæ publico officiali subscripta, & sigillo postea dictæ Communitatis confirmata vnde plenissimam facit probationem per text. in l. in fraudem, §. quo his cum glo. ibi. in versi. commentariensis, ff. de iur. fisci, glo. in Authen. ad hæc in verbo publicum testimonium, C. de fid. instrum. & ibi Docto. idem
15 de litteris officialium sigillatis, & subscriptis, à testibus; vel saltem à notario dicit Guid. Pap. decis. 481. litteris nu. 1. fol. 714. & Pedemon. decis. 71. in processu nume. 10. fol. 266.

Et si diceretur, quod frustratoria fuit productio dictæ fidei quia non tractatur de probatione alicuius styli interpretatiui, sed derogatiui iuris communis, quia quando hæres scripsit, vel subscripsit inuentarium non requiritur subscriptio alterius notarij, vt latè per Sebastian. Montic. in suo tracta. de inuentar. hæred. cap. 7. num. 56. & 59. to. 8. pat. 3. fol. 214. & Phan. in alio suo tracta. de inuentar. hæred. par. 3. num. 66. eod. to. 8. p. 2. fol. 281.

Respondetur quod de dicto præsupposito nullibi saltem, quod releuet constat in processu, ob quod videbatur multum periculosa causa ex parte dictorum hæredum; nam nedum deficit præsuppositum dicti inuentarij scripti ab hęrede, quod penitus destruit, & irritat dictum inuentarium, vt post Dec. consil. 633. consului superioribus num. 13. & 14. Natta consil. 24. viso, & bene discusso num. 12. Rolan. à Vall. cons. 73. viso inuentario, num. 39. lib. 2. sed solemnitas statuti, nedum circa subscriptionem alterius notarij circa, quæ videbatur restricta dicta difficultas, sed circa alia, quæ qui vidit processum, & sæpedictum statutum optime cognoscet.
17 Præterea cum statutum Anconæ de inuentarijs minorē solemnitatem in eorum confectione requirat, quàm ius commune, tam in citando creditores, quàm in subscriptione partis, à iure communi requisita, l. fin. vbi Ias. num. 3. 4. 5. & 6. C. de uer. delib. vbi Doctor communiter, vtiq; dictū statutū volens sufficere citationes per pro-
18 clama, & subscriptionem alterius notarij loco partis dicitur non derogatorium, sed subrogatorium loco solemnitatum iuris communis secundum Bald. in d. l. prima, nume. 5. vers. sed quæro, C. ad Vellcian. & eius dispositio subrogata loco iuris communis sapit omnino eandem naturam in omnibus, & per omnia Alex. consil. 42. in causa, & lite, num. 1. lib. 3. Tiraq. de retrac. par. 1. §. 1. glo. 10. nume. 82. & seqq. Borgni. decis. 19. supra diuisione, nume. 20. par. 1. & est ius commune in loco Doctor. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. Curt. iun. cons. 128. præsupponitur in facto, num. 10. Contard. ad Aegid. constit. 9. quæst. 3. nume. 8. potuit igitur consuetudo interpretari statutum productū quod iam derogauit seu subrogauit, vt supra, non consuetudo, quę solum interpretatur per prædicta.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XCVI.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Arboris appellatione, an veniant vites.

SVMMARIVM.

Communis vsus loquendi præualet omni constitutioni, num. 1.
Verba prolata ab imperitis quomodo interpretentur, num. 2.
Probatio communis vsus loquendi est difficilis probationis, num. 3.
Arboris appellatione de iure veniunt vites, numero 4.

DECI-

DECISIO XCVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN contractu inito inter Ioannem de Cardinale, & Hieronymũ Fractone, in quo inter dictas partes fuit conuentum, quod ille, qui haberet minorem quantitatem arborum in eius possessione teneretur alteri soluere certam pecuniarum quantitatem.

Dubitatum fuit, an in computatione dictarum arbor facienda possint numerari vites in dictis possessionibus existentes.

1 Ratio dubitandi fuit, quia debet attendi communis vsus loquendi, quod praeualet enim constitutioni l. liberorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 1. l. labeo, ff. de supel. legat. & Bart. in l. talis scriptura, num. 3. ff. de legat. 1. secundum quem arborum appellatione non veniunt vites. Et tanto ma-
2 gis, quod agitur de verbis prolatis ab impe-
2 ritis, quorum vsus grassa minerua accipi solet. Roman. cons. 4. sententiam nume. 1. fol. 4. maximè in vocabulis prolatis in vulgari prout in praesenti specie Decian. consi. 55. primo ergo, numero 23. lib. 1. & contractibus initis inter imperitos, & vulgares, vt probat Stephan. de Federic. in suo tracta. de interpretatio. iur. par. 3. num. 65. tom. 1. fol. 221.

Sed huiusmodi obiectione non obstan-
3 te contrarium fuit resolutum, nam cũ non
3 fuerit aliquid de asserto communi vsu loquendi probatum, qui vt post Io. de Anan. in cap. 1. col. 7. de sagitta, & alios dicit Mascard. de probatio. conclus. nume. 1. lib. 1. fol. 245. est difficilis probationis, non erat de eo curandum, sed recurrendum ad iu-
4 ris dispositionem secundum, quam vites appellatione arboris continentur l. 2. & 3. ff. arbor furtim Caesar Veronens. in suo tracta. de arbor. cap. 81. to. 6. p. 2. fol. 209.

Laus Deo, & B. Mariae semper Virgini.

DECISIO XCVII.

MONTIS FORTINI.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum appellatione deserta cum maiore quando succedunt minores, an competat.

SVMMARIVM.

Appellatio dicitur deserta si non fuerint reproducta litterae infra 20. dies, num. 1.

Restitutionem in integrum qui petit aduersus lapsum fatalium, an dicatur fateri appellationem esse desertam, num. 2.

Restitutio in integrum non competit minoribus aduersus id quod cum maiore cui succedunt gestum est, num. 3.

Actio ex contractu oritur in iudicijs, num. 4.

Restitutio in integrũ peti non potest aduersus id quod minorum nomine non est gestum, num. 5.

Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem in integrum, num. 6.

Procurator cum quo causa est deserta, an possit petere restitutionem in integrum aduersus lapsum fatalium, num. 7.

DECISIO XCVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ITerum proposita causa, quae vertitur inter Liberatum Pauoniũ, & litis consortes praetendentes ex actis apparere de desertione appellationis interpositae pro parte Iuliani de Iulianis, & Capita-
1 nei Nicolai eo, quod litterae citatoriae non fuerint reproductae infra 20. dies ad formã Constitu. cap. 9. lib. 6. & retenta illa opinione,

ne, quod post lapsa fatalia partes proceden do ad ulteriora non possint ea prorogate, vt resolutum fuit supra decis. 84. Appellatione deserta quia pro parte dictorum appellatorum petebatur restitutio in integrũ aduersus dicta fatalia decursa ex capite mi-
2 noris ætatis, per quam videbatur acceptata dicta desertio l. 3. ff. rem rat. haberi vbi glo. & Doct.

Dubitatum fuit, an illa posset concedi.

3 Et resolutum, quòd nõ, quia cum causa præfata esset cepta cum maioribus, & eorũ tempore deserta fuerit successio minorũ non præbet iustam causam restitutionis, vt probat text. in l. Aemilius, ff. de minor. vbi Bart. num. 5. & Doctor. omnes & præcipuè Odd. in suo tracta. de restitu. in integr. q. 2. art. 1. num. 8. ratio est quia cum fuerint maiores in iudicio, in quo dicta causa fuit de-
4 serta, orta dicitur actio ex contractu, quę nascitur in iudicijs, in quibus contrahi dicitur l. 3. §. idem scribit vbi Bart. num. 3. ff. de pecul. glo. in l. 2. §. fin. in vlt. glo. littera N, vbi Bart. num. 9. ff. de Prætor. stipulatio. & Anguissol. consil. 51.... num. 40. lib. 2. aduersus quem minorem restitui non conuenit se-
5 cundum iura præcitata, præcipuè cum minorum nomine nihil actum sit, l. nulla vbi notant omnes, & præsertim Bald. in l. defunctus, ff. eod.

Et vbi restitutio in integrum concedenda foret, id nequaquàm in præsenti specie locum habere potest, cum non constet adesse minorem, nec petentem esse procuratorem minoris ad dictam restitutionẽ pe-
6 tendam, hoc est habere speciale mandatũ, vt requirebatur secundum communẽ opinionem fundatam in l. illud, §. fi. de minor. de quà testatur Mynsinger. obseruat. 26. ad petendam, num. 1. centu. 2. fol. 427. Cassad. decis. 1. num. 3. de procurato. fo. 35. & Odd. in suo tracta. de restitu. in integr. par. 1. q. 3. artic. 12. num. 48.

7 Præcipuè cum causa sit deserta cum ipsomet procuratore, qui dictam restitutionem petit minorum nomine per ea, quæ tradit Caualcan. in suo tracta. de tutor. numero 175. fol. 110.

Et tanto magis cum agatur de eius interesse, stante Constitutione Marchiæ, cap. 11. in fin. lib. 6. fol. 378.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO XCVIII.

FIRMENSIS.

ARGVMENTVM.

Sententia de exequendo instrumentum Camerali obligatione vallatum, an debeat retractari sub prætextu simulationis, vel nullitatis, idque generaliter, & indistinctè verum sit.

SVMMARIVM.

Instrumentum publicum dicitur probatio probata clara, & manifesta, nume. 1.

Exceptiones, quæ admitti possint aduersus instrumentum camerali obligatione uallatum, num. 2.

Testis vnicus contra producentem plene probat, numero 3.

Simulatio non attenditur deficiente causa simulandi, num. 4.

Simulationis species alleganda an sit, & quomodo hoc intelligitur, num. 5. & seq.

Diuinare, quis non cogitur, num. 6.

Simulatio, an possit opponi aduersus geminatam, receptæ dotis confessionem, num. 7.

Simulatio, & exceptio non numeratæ dotis, an possit allegari quando præcessit instrumentum promissionis, num. 8.

Geminatio an ualidet primam confessionem nullam, num. 9.

Geminatio excludit simulationem, num. 10.

Simulatio, an possit allegari quando fuit iuratum omnia & singula in instrumento conteuta esse uera, nume. 11.

Confessio receptæ dotis iurata, an excludat simulationem, & exceptionem non numeratæ pecuniæ, & præiudicet cuilibet successori, & quid stante camerali obligatione, num. 12.

Causæ cognitio ex breuitate temporis nõ præsumitur, num. 13.

Quod est nimis festinatum, non potest esse ponderatum, num. 14.

Citatio an sit nulla ex defectu appositionis loci, & horæ, num. 15. & 19.

Decretum potest interponi etiam parte non citata, num. 16.

Statu-

per quam quietatio fieri debuit.

Et tantò magis, quia rei conuenti de simulatione contractus opponentis nullam
5 allegant simulationis speciem, vt tenebantur, quo casu succumbere dicitur, vt post Aret.inst.de except.in rubr. num.28. Alex. conf.111. viso superiori themate, nu.1. lib. 3.& conf.28. in causa, & lite nu. 12.lib.5.& Boer.consil.11.nu.8.dicit Anch.q.47. Vilicus quidam,n.5.lib.1.fo.30.& addit.ad Barba.quæ plures allegat d.consil. 65. in littera A, ratio esse potest, vt inquit ibi Barto.nu.4. quia intentio eius, qui speciē simulationis non allegat est nulla, & sic super ea nihil fundari, ac fabricari potest.

Nec dicatur, quod id nō nocet, quia pro parte d.Iudictæ non fuit replicatum, nec perirum declarari dictam speciem simulationis, vt faciendum de iure videbatur secundum Bal.& Sal.in l.ab Anastasio, col. vlt.C. mandat. & Veronen. in suo tract. de simulat. contract. præsumpt.26. nu.29.cū simil. quia cum in processu nihil in specie de simulatione dictum appareat per dd. de Falconibus, sed solum oppositū, quod instrumentum exequutionem non meretur ex causis suis loco, & tempore producendis
6 prout fo.7.non erat de necessitate petenda dicta declaratio, quis enim diuinare nō cogitur, etiam quod in allegationibus iuris de ea fuerit quandoq; discussum cum in huiusmodi discussione interuenerit quoque omnis necessaria replicatio, & vbi de d.oppositione simulationis appareret idem esset cum pro parte dictæ Iudictæ, d.fol.7. fuerit dictum exceptiones datas esse friuolas, inanes, animo protelandi iudicium, ac calumniosas, per ea quæ tradit idem Veron. loc.cit.præcipuè cum vt ibi aduersus eas nihil fuerit replicatum.

7 Secundò quia agitur de confessione receptæ dotis geminata, vt patet ex primo, & secundò contractu, aduersus quam non potest opponi de simulatione, vt in terminis dicunt Bart.in l.in contractibus in nou. addit.nume.9. in vers. tertius casus, C.de non num.pec.& Corset.in suo tract.de verb.geminat.num.18.to.18.fol.268.

Et tanto magis quia ante dd. binas confessiones, de quibus in dictis contractibus
8 præcedebat instrumentum promissionis dotis, ex quo solo dicitur exclusa omnis simulatio, ac exceptio non numeratæ dotis, vt in terminis probat tex.in d.l. in contractibus, §. sed quātum, C.de non num. pec. vbi Bart.d.num.9.& doct.& Io. Andr. in addit. ad spec.iu rubr.de donat. inter vir. & vxor. in fi.quibus addo Bal.Nouell.in suo trac.de dot.p.10.num.18.in vers.septimo fallit, fol. 133.cum simil.vulg.

Nec dicatur, quod confessio dotis receptæ, de qua in primo instrumēto est nulla, & etiam simulata ob d.retentionem pecu-
9 niarum, quia per geminationem subsecutam prima confessio inualide dicitur validata, vt p tex.in l.talis scriptura, & ibi doct. & Ang.ff.de legat.1.& l.legata inutiliter, & ibi Bar.eod.tit.& Bal.in tract. schismat. col. 18.dicit Corset.in d.suo trac.de verb. geminat. nu. 20. & consequenter exclusa omnis simulatio in vim d.geminationis, & verisimilitudinis, nam ad quid voluit d.Carolus, qui onera matrimonij sustinebat reiterare d.confessionem, si reuera, pecunias non habuisset: quæ etiā iure clarius probari posse videntur per ea, quæ tradit nouissimè Borel.cons.56.cum nupsit, nu.43. & seq. dum in specie dicit confessionem geminatam tollere exceptionē nō numeratæ pecuniæ.

Tertiò quia in vltimo instrumento confessionis dotis, cuius executio, vt supra concessa fuit narratur, omnia, & singula in eo contenta esse vera, quo casu, nec ipsa, nec
11 eius hæres potest allegare simulationē, vt in terminis post Ruy.consi.32.lib.4. & cōs. 132.eodem lib.& Alex.in l.nemo potest, ff. de legat.1.& in l.Seius, & Augerius, ff.ad l. Falc.tradit Anch.d.q.47.num.2.lib.1.

Quartò quia d. confessio dotis fuit iura-
12 ta, quæ non solum excludit omnem simulationem, cum operetur non posse opponi exceptionem non numeratæ virtute iuramenti habentis vim iudicialis confessionis Borel.in præfato cons.56.cum nupsit D.nu. 13.& seq. præcipue stante d.camerali obligatione de qua in terminis loquitur Put. decis.245.in causa Romana, num.3.fo.673. sed præiudicat cuilibet successori, & etiam fisco. Rym. iun. cons.83. Publicatis bonis, nu.6.lib.2. fo.86. Prout quoque præiudicat quando concurrunt alia indicia, seu coniecturæ, ex quibus veritas cōfessionis coadiuuatur, puta quādo maritus vxorē retinuit, & alimenta illi præstirit tāquā dotatę. Rym. iun. loc.citat.nu.15.vt in præsenti specie.

Secundum verò obiectum, quod fiebat de d. in rumento asserendo illud esse nullum, quia in eo nō fuit seruata forma statuti Firmi, & constitutionis, nec adhibita causæ cognitio, vt requirebatur, facile eliditur, nam eodem tēpore, quo d. Carolo fuit datus tutor, & petita licentia quietandi eodē tempore fuit super hoc interpositū decre-
13 tum, ex qua temporis breuitate videtur nō fuisse adhibitam causæ cognitionē, & consequenter decretum esse nullum, Alexan.

conſ.123.ſcripſit eccleſiaſticus,num.26.lib.
4.Dec.conſi.402.quamuis in caſu num.12.
Marſ.in ſua pract.crim.in §.nunc videndũ,
num.31.& 32.fol.44. Rolan. conſ. 33. viſis
alienationibus num. 10.& ſeq.lib.1.Borgn.
de tutor.& curat. num.128. fol.77. Decian.
conſ.38.quæſt.69. lib.3. fol. 257. Gabr.con-
cluſ.6.de ſent.num.5.Ferrat.caut.60.decre-
to iudicis,num.1.& 2.fol.120. Maſcard. de
probat. concluſ.1296.num.36.lib.3.fo.183.
Rot.Bon.deciſ.36.cauſa ſuſpecti, nume. 2.
14 quaſi quod non poſſit eſſe ponderatum,
quod eſt nimis feſtinatum, vt ibi, & quod
ſit omiſſum, quod eſt de iure diuino Rot.
Bon. deciſ. 2. dubitatum fuit, num.7.fol.3.
Decian.conſ.14.ex præmiſſis ergo num.87.
lib. 3. fol. 112. & conſ.37. quæritur ergo nu.
34. eod. lib.

Pariter tollitur quia, quod opponitur de
ſolemnitate ſtatutaria,& conſtitutionis nõ
ſeruata euaneſcit ex lectura eiuſdem inſtru
menti.

Nec dicatur, quod non interuenerunt
fratres d.Caroli,qui erãt proximiores, quia
vbi fuiſſet neceſſaria citatio id eorum cul-
pæ euenit,cum citati noluerint cõparere.
15 Etſi replicando opponeretur quod cita-
rio fuit nulla ex defectu oppoſitionis loci,
& horæ diei per ea,quæ tradunt Alex.conſ.
137.in cauſa,& lite numero 11.lib.2. Bocc.
ſuper conſtitu. vt minor lib. quinto, glo.3.
numero 119. & Eugen. conſil. 85. ſub illo,
num.28.& ſeq. fol.232.
16 Reſpõdetur primo, quod decretum po-
teſt interponi etiam parte nõ citata, vt pro-
bat tex.in l.ſi eum,§.penul.ff.de fidei.liber.
& Petr.de Suzz.in l.ea quæ, C. quomod. &
quan.iud.etiam ſi decretum deberet inter-
poni ex forma ſtatuti Bal. in l.1. num.50.C.
qui admitt. ratio ſecũdum eundem ibi du-
17 plex eſt, prima quia quod ſtatutum non
exigit,nec alij exigere debent, ſecũda quia
18 citatio eorum quorum non intereſt dici-
tur leuis ſolẽnitas, & propterea eius omiſ-
ſio non vitiat. Et vbi requireretur citatio,
quod dd.de Falconibus cum fuerint citati
coram Capitaneo Ciuitatis Firmi ad præ-
ſtandum conſenſum d. quietationi facien-
dæ,& dicendum cauſam quare id fieri non
debeat pro die 13.Ianuarij 1595. qui Capita
19 neus habet certum locum, & tribunal, ceſ
ſat præfata oppoſitio loci,vt in terminis de-
cidunt Bart. Angel.& doct.in l. ſi vt propo-
nis la 2.C.quom.& quan.iud.

Prout quoque ceſſat alia de ommiſſio-
ne horæ per ea, quæ tradunt Innoc. in cap.
cum nobis,nu.5.de electio.& elect. pot.fo.
22.vbi addit. in littera A, dicit quod citatus
ſimpliciter intelligitur citatus propria ho-
ra,qua iudex ſolet ſedere. Abb. in c. conſu-
luit num.5.& 10.de offic.& pot.iud. deleg.
Felyn.in c.cum ſuper nume.3. de teſt.cog.
& Alexan.in l.liber homo,§.decem hodie,
num.6.ff.de verbor. obligatio. qui id nota-
tu dignum reputat.

Secundò dicitur, quod vbi d. citatio ali-
quo pacto impugnari poſſet idem eſſet, cũ
dd. fratres de Falconibus aduerſus eam ni-
hil oppoſuerint,vt in ſimili dicitur de libel-
21 lo generali,& obſcuro, qui admittitur con
tra non excipientem ſecund.Fely.c.Paſto-
ralis nume.54.de except.Corn.cõſ.55.viſis,
& diligenter num.27.lib.3.Ruyn. conſ.119.
videtur fortaſſis,num.15.lib.5.Pariſ. conſi.
67.Capitulum de quo num.2.lib.4.& prac.
capit.in titu.de iur.product.numero 14.lib.
2.fol.67.

Aliud vero ex infra dicen. nam cum aga
tur de cõtractu facto,à d. Carolo, qui vt le-
gitur in dicto instrumento erat minor 25.
22 ſed maior 20.non requirebatur iudicis de-
cretum, nam ei permiſſum erat facere d.
inſtrumentum quietationis medio eius iu-
ramento,cum conſenſu duorum proximio
rum, & curatoris abſque aliquo iudicis de-
creto,quod tantum requiritur in contracti
bus impuberũ, & pupillorum vna cũ con-
ſenſu tutoris, vt ad litteram decidit ſtatu-
23 tum Firmi rubr.31. lib. 3. quod attendi de-
bet magis,quam conſtitutio, vt aliàs in Ro
25 ta fuit reſolutum, nam ſtatuta in loco ſta-
tuentium iura communia dicuntur, vt vo-
luit Peregr. in ſuo tract. de iur.fiſci lib.5.tit.
1.nu. 136. fol. 416. & nouis.tradit.addit.ad
Diaz in ſua pract. can. cap.147. in littera C,
f.556.dum affirmat ius Regni dici ius com
mune quod adeo verum eſt quod ſenten-
tia lata contra formam ſtatuti redacti in vo
lumine ſtatutorum eſt nulla, vt poſt Bal. &
Alex. cenſuit Rot. per Verald. deciſ.136.a-
liàs 23.ſententia par.3.

Nec dicatur præfatum ſtatutum Firmi
venire additatiue ad ius commune, & con
ſtitutionem Marchiæ.
25 Quia quo ad ius commune non reperi-
tur iure cautum,quod minor quando iura-
uit tam cum aſſertione cauſæ quam ſine
non poſſit valide contrahere vt pulchre
ſcripſit Put. d. deciſ. 245. in cauſa Romana
lib.3. fol.675. nec quod habens curatorem
ſic eiuſdem cõditionis, & in ſpecie debeat
adhibere iudicis decretum in ſuis cõtracti-
bus,ſed bene oppoſitum vt probat gloſſ. in
verbo abſimilis & Docto. in l.3. C.de in in-
gr.reſtit.

Et vbi reperiretur, dico, quod non venit
addita-

additatiuè,neque a d illud, neque ad Marchiæ constitutionem, quia cum statutum procedat ponẽdo orationem negatiuam,
26 & subdendo dictionem, nisi videtur dictum,instrumenta ita facta valeant per doctri.Bar.in l.actione, num.j. C. de transact. vbi Dec.num.5.Grat.consi.126. in præsenti causa,num.19.libro 2.Ped.dec.131. Decreto Astenii,num.2.cum simili,quæ videtur transire sine dubio, vt in terminis statuti Recanet.censuit Rot. in nouiss. decis.384. fuit resolutum,num.3.par.1.fo.129. quam secuta fuit etiam Rota ista in vna pariter Recanetẽsi vertente inter Antonium Angeluccium de Belforte, & Bartholomeũ Ceuolum Recinetensem,sub die 24. Augusti 1594.vt dixi sup.Decis.2.Non est dubium.

Et sic frustra disputatur, an fuerit adhibita per iudicem causæ cognitio, cum illa non esset necessaria, & propterea cum iudex ex abundanti d.contractum approbauerit interponendo suam auctoritatẽ,constitutioniq; propterea, etiam satisfactum dicatur, tanto magis valere debet,cum du
27 plex funiculus sit fortior,c.1. vbi Doct. de treg.& pac.cons.373.viso consilio, nu.8.
28 Præcipue,quod minor vbi interuenit curator, in aliquo non læditur, eo quod de male gestis habet regressum contra curatorem vbi fuisset necessaria causæ cognitio,prout non est vigore d.statuti,idem di
29 cendum foret: Nam cum non tractetur de decreto interposito, a iudice rurali, idiota, & ignaro, pro cuius decreto præsumitur, omnia præsumuntur solenniter, & cum causæ cognitione facta, quia sicut verisimile est,quod idiota,&ignarus omittat solemnitates,quas nescit,ita verisimile est quod iudex eruditus, vt sunt illi, qui proponuntur ad huiusmodi decreta interponenda in Ciuitate Firmi, fecerint omnia solemnia, & quæ facienda erant. Et propterea dict. decretum debet præsumi causa cognita, & solemniter factum per ea,quæ tradunt Duen.reg.189. Decretum Iudicis limit.3.fol.97. Rol. consil.90. Primo quidem aspectu, nume.47. libro j. fol.448.& Simonc. in suo tract. de decret. lib.3.inspect.3.num.39.& seq.tomo 6.par. 2.fol.38.

Prætertim vbi non agitur de inferiori magistratu,vt præter citat.Docto. tradunt Marsil.sing.438.lex multum confidit,in fine,fol.120. Neuiz. consil.85. Statue fetuo tuo,nume.7.folio 704.& Cott. in suis memor.in ver.decretũ minoris iudicis, alias nulla esset differentia inter iudicem maiorem,& minorem,eruditum, ac ignarum, quod non est dicendum, cum verisimile non habeat.

Et sic præsumatur pro decreto, vt consuluit Dec.cons.536. in causa quæ agitur, num.4.& seq. & late deducit Mascard. de prob.concl.276.num.3.lib.1.fo.217. quod scilicet fuerit interpositum ex iustis causis Paseth.cons.220.pro resol.nume.8. etiam si iudex esset vnus ribaldus, Ferrat.d. caut. vlt.num.12.in ver.præsumitur,non potest dici præfatum instrumentum esse nullum ex defectu cognitionis causæ, cum pro se habeat iuris præsumptionem, & in eo in-
30 teruenerint consanguinei, qui verisimiliter non permisissent fieri aliquid ad damnum minoris, nec ipsum fassum fuisse recepisse dotem,si nouissent vna cum Iudice rem vere ita se habuisse.

Et tanto minus potest dictum decretũ
31 impugnari ex defectu cognitionis causæ, quia de illa ni fallor constare videtur, nam si assertioni d.minoris iuratæ, de qua in d.instrumento, vt inquit Pute. d. decis. 245.num.1.& 2.lib.3. standum est, conueniens erat quod quietantia fieret, & sic huiusmodi decretum quatenus fuisset necessarium, non potest dici sine causæ cognitione, cum illud factum fuerit in vim d. assertionis,sed quod proinde sit,ac si specialiter dictum fuisset causa cognita cum facto & verbis aliquid apparere paria sint præter id quod in d.Ciuitate Firmi, quando decreta interponuntur, non solet fieri aliqua separata scriptura cognitionis causæ,vt p duodecim instrumenta exhibita celebrata a diuersis notarijs probatum exti-
32 tit,per quam iuri communi derogari potuit,vt in terminis de cõsuetudine,quamplurium notariorum Ciuitatis Regij con
33 suluit Rym.iun.cons.164.Dubitatum,nu. 56.lib.2.a quo consuetu non videbatur recedendum,nisi quis vellet, vt dicebat Bal. de nouo reuangare mundum, turbando subsequutum matrimonium, & damnificando d.mulierem in sua dote, quæ ex iuris dispositione,adeo est fauorabilis, quod facit cessare etiam remedium appellatio-
34 nis,vt dixi sup. Decis. 43. super proposita dubitatione,num.1.
45 Nec dicatur,quod in requirentibus magnam,& diligentem causæ cognitionem prædicta locum non habent, nisi in specie solemnitates enunciatæ fuerint, quia opinio eorum,qui tenuerunt sufficere,si id in genere factum fuerit, quos secutus fuit Mascard.d.concl.276.nu.4.libro 1.est contra magis communem,& receptam doct. sententiam,vt dicit Menoc.in suo tract.de presump.presump.75.nu.22.lib.2.fol.72.

Et dictũ consuetudinem non obstare,
36 quia non fuit probatum dictis instrumen
tis adhibitam fuisse fidem, venisseq; in no-
titiam maioris partis populi, maxime cum
dd. instrumenta non sint de antiquo.

Nam ad primum de solemnitatib. enũ-
ciandis in specie non autem in genere.

Respondetur id non esse necessarium in
casu de quo agitur ex his, quæ supra dicta
sunt, & vbi necessaria fuisset præfata enun
ciatio, idem esset cum in interpretatione
alterius decreti, de quo in eodem instru-
mento, vt in processu, fol. 2. consueuerit a-
liquãdo idem iudex dicere facta super præ
missis diligenti inquisitione, causa cogni-
37 ta, quo casu huiusmodi clausulæ debẽt ha
beri pro positis, nam præter id quod con-
38 suetum præsumitur factum Bal. in l. neq;,
la 1. num. 1. C. de nupt. Soc. iun. cons. 61. in-
spectis, nu. 34. lib. 2. & solitum apponi habe
tur pro posito, Tiraq. in suo tracta. de iur.
constit. lim. 31. nu. 9. fol. 259. ac maxime cir
ca id, quod quis est solitus obseruare, ut
in terminis probat Simon. de Put. cons. 151.
omnis actio, num. 78. & Ludou. concl. vni
39 ca, ver. infertur 127. fo. 527. ex clausula om
ni meliori modo subsequẽti in vltimo de-
creto posita facile comprobari posse vide-
tur, cum illa sustineat actum eo modo, qđ
valere potest, etiam per suppletionem, De
cian. cons. 37. consulor, an nu. 21. lib. 5. fol.
137. quasi dictum fuerit habita super præ-
missis diligenti inquisitione, causa cogni-
ta, nam d. clausula habet vim specialis ex-
pressionis, vt tradit Bald. in l. quoties, nu. 3.
C. de hæred. instit. Alex. cons. 112. post red-
ditum, nu. 3. & seq. lib. 3. Paul. de Cast. con-
sil. 323. super primo puncto, nume. 3. lib. 1.
& Fel. in c. cum super, nu. 11. vers. secundus
effectus, de off. & potest. iud. delegat.

Immo quod plus est, dico attestationem
præfatam cognitionis causę, de qua in prin
cipio d. instrumenti substinere illud, cum
nihil referat, an illa adhibita fuerit in prin-
cipio, seu in medio, vel in fine per ea, quæ
tradit Put. decis. 364. in vna Perusina hære-
ditatis, lib. 1. fol. 204.

Ad secundum de consuetudine respõd.
quod cum præsumatur in præsenti specie,
vt dictum fuit pro decreto dicta requisita
non erant necessario probanda, licet osten
sa fuerint dd. instrumenta ad docendum,
quod non agebatur de re noua, vt magis
animus iudicantium quiesceret.

Et tanto magis, quod per illa videbatur
inductum notorium consistens in notitia
decẽ hoĩum s̃m Bal. in auth. quod locum,
nu. 13. C. de collat. quod nõ indiget probat.
Laus Deo & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO C.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Aufugiens, an debeat citari.

SVMMARIVM.

Citatio requiritur in quolibet actu, nu. 1.
Fuga quid operetur, nu. 2.
Citari non debet, qui dicit se nunquã uenturum, nu. 3.

DECISIO C.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 ET si regulariter cita-
tio in quolibet actu
requiratur, l. qui de
vnoquoque, ff. de re
iud. c. cum olim, de
test. clem. pastoralis
de re iud. cum simil.
2 vulgatis. Id tamẽ lo
3 cum non habet in aufugiente, quia cũ per
fugam declaret se amplius non compari-
turum, non est vlterius citandus, vt proba-
tur in c. cum, qui de dol. & contum. in 6. &
simile videtur in eo, qui dixit se nunquam
venturum, qui propterea citari nõ debet,
vt dicit Bar. in l. ex consensu, §. fin. ff. de ap-
pell. Gloss. & Franc. in d. c. cum qui, nu. 5.
& ita fuit tentum in vna vertente inter Io-
sephum Angeli de Penna, S. Ioannis Inco
lã Maceraten. & finitũ die 17. Nouẽb. 1598.
Laus Deo, & Beatę Mariæ semper Virgini.

DECISIO CI.

MACERATENSIS.

ARGVMETVM.

Honesti viri apud quos appellatur, quam ha-beant auctoritatem.
Ascribens sibi magistratum, & iurisdictionẽ, quomodo puniatur.

SVMMARIVM.

Appellari potest coram honestis viris, nu. 1.
Appellari quando soleat coram honestis viris, nu. 2.
Honesti viri, qui dicantur, nu. 3. (cẽ, n. 4.
Honesti viri possunt facere decreta spectantia ad iudi
Honesti viri possunt dare Apostol. testimoniales. n. 5.
Honesti uiri habentur uti testes, nu. 6.

Apo-

Apostoli non sunt de necessitate petendi, quando appellatur in assentia iudicis, licet ad cautelam peti possint, nume.7.
Pœna eius, qui sibi magistratum, & iurisdictionem adscribit, quæ sit, num.8.
Pœna corporalis pro alio solui non potest, nume.9.
Fideiussor non recipitur quando tractatur de pœna, corporali, nu.10.

DECISIO C.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Secuta carceratione Reuerendorum Canonicorum E. & A. sub prætextu, quod interposita appellatione coram eis tanquã honestis viris à quadam sententia per Illustrissimum, & Reuerendissimum Galeatium Moronum Episcopum Maceratensem meritissimum eam admiserunt si & inquantum, & litteras citatorias, & inhibitoriales in forma concesserunt.

Dubitatum fuit an eis de iure id licuerit, vel saltem sint sub fideiussoribus relaxãdi.

1 Fuit conclusum, quod licet possit appellari coram honestis viris c.fi.de appell. Lap. allega.38.an valeat appellatio nu.1, & 2.fol. 36.Franc.in c.si iustus metus de appell. nu. 31.Papiens.in sua prac.in form. appellation. à sententia diffinit.in vers.coram vobis, nu. 11.mihi fol.406. & Menoch. de arbitr. cas.
2 69. non semel nu.9.fol.112.quod fieri solet quando copia iudicis à quo haberi non potest, vel infra tẽpus non potest adiri iudex, ad quem secundum Crauet.conf.140.diuino subsidio num.3.in vers. denique quãdo,
3 qui dicuntur illi, de quibus per Veronens. caut.78.quia in electione fol.26.& seq.non
4 tamen possunt facere decreta, quæ spectãt ad iudices, prout sunt admittere si inquantum, vel non admittere literasq; citatorias, & inhibitorias committere, prout fecerũt dicti honesti viri modo vigore literarum Sacræ Consultæ sub die 19. Iunij præsentis anni 1596. carcerati, sed solum dare Apostolos testimoniales, vt dicit Speeul. in titu. de appellat.iudicial.nume.14. in versic. possunt autem part.3.Soccin.consi.45. visa appellatione num.2. versicu. prærerea isti boni viri lib.1.facit Lap.allegat.121.quantum ad nunciationem nu.1.fo.142.quia honesti
6 viri habentur quodammodo, vt testes secũdum Soc.loco cit.Si petiti fuerint, nam de necessitate quando appellatur in absentia iudicis, non sunt petendi Apostoli, licet ad cautelam peti possint, vt in terminis tradit Specul.de appellat.§.sequitur videre, n.11. part.4.fol.139.Franc.in d.c.si iustus metus, nu.35.de appellat.Cassador.decis.8. appellauerat de appellation.num.8.fol. 125.
8 Et sic non posse relaxari sub fideiussoribus, quia vt prætenditur pro parte fisci agitur de crimine læsæ maiestatis de eo, qui sibi magistratum, & iurisdictionem adscribit, vt nouissimè tradit Decian.in suis tract. crim.to.2.cap.9.quibus modis hoc crimen committatur num.5.fol.117.quod facit cet
9 sare dationem fideiussoris, cum pœna cor-
10 poralis pro alio solui non possit, nec pro ea dari fideiussor secundum gloss.singularem in c.cum homo 23.q.5.Bald. in l.neque, C. ne filius pro patre, & in l.si quis in conscribendo, C.de pactis, num.5.& in l. Pogramma, C.commina. epist. Roman.consil. 15. Plura sunt, nom.2.Marsil. in sua pract. in §. examinanda, num.13.fol.48.& Petr. de Rauen.in suo trac. de feud.in lib.de pac.const. titul.vnic.to.ro.par.2. fol.42.& Farinac. in sua prax.criminal.in tit. de carcet. & carcerat.quæst.33.Regula prim, numero primo, 51.& seq.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO CI.

FRONTALIS SANCTI Seuerini.

ARGVMENTVM.

Receptatores, quam incurrant pœnam.

SVMMARIVM.

Receptatores quando puniantur tanquam rei læsæ maiestatis, num.1.

Q 3 Consti-

Constitutio Sixti V. puniens receptatores, de quibus intelligatur, num. 2.

Verbum ij est relatiuum præcedentium, nume. 3.

Verbum illis non solum est relatiuum, sed etiam personale, & ad oculum demonstratiuum, nu. 4.

Verbum prædictos est relatiuum præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus, num. 5.

Receptatores de iure communi secundum magis receptam doctorum sententiam puniuntur arbitrio iudicis, num. 6.

Pœna non reuelantium delinquentes quæ sit, num. 7.

DECISIO CI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Receptans scienter exẽptum de carceribus, cum aliquo de his, q fuit particeps eiusdem sceleris, qua pęna plectẽdus veniat. In causa, quę vertitur inter fiscum R.C. Apostolicæ actorẽ ex vna, & Reuerendum Antonium Franciscũ Baglianum de Cingulo Vicatium perpetuum Sancti Dominici à Frontale.

1 Dicebam, quod aut quæritur an dictus
Baglianus possit puniri tanquam Receptator, & tunc, id posse cõsiderari duobus modis vno modo respectu pœnæ contentæ in constitutione Sixti V. quæ in Bullario est Bulla 6. puniente receptatores tanquàm reos læsæ maiestatis, vt ibi legitur in versic. (qui perduelliones) & dicit Farinac. in titu. de carcer. & carcerat. q. 30. nu. 96. alio modo respectu iuris communis.

Primo casu videtur quod nõ, quia dum dicta Bulla punit receptatores tanquã reos læsæ maiestatis non comprehendit hanc
2 speciem, in qua non constat, quod d. inquisiti esset de nominatis, & specificatis in ea, nempe perduelliones, homicidæ, exules, & banniti ad quos tantum se refert capitulũ d. Bullæ puniens receptatores, vt demonstrant plura verba ibi posita nempe verbũ
3 illud ij, quod est relatiuum præcedentium Aret. in l. si plures, col. 2. n. 4. vers. nota quarto, ff. de vulgar. & pupillat. & verbum il-
4 lud illis, quod non solum est relatiuum, sed etiam personale, & ad occulũ demonstratiuum adeo quod pręter nominatos dicitur exclusiuum aliarum personarum Paris cons. 30. dubitatur nume. 55. & seq. lib. 2. Decian. cons. 1. & quidem nu. 216. lib. 2. facit Ias. in l. filius familias, §. diui, ff. de legat. 1. num. 151. & ibi Rip. num. 111.

5 Et verbum prædictos, quod pariter est relatiuum præcedentium cum omnibus suis qualitatibus. Barto. in l. 1. §. hoc ædicto, nume. 2. ff. de postulan. Rip. vbi supra Paris. cons. 158. si ius commune nu. 18. lib. 4. Dec. cons. 465. seruatis verbis, num. 8. & 9. Curt. iun. cons. 58. circa præmissam consultationem col. 1. num. 2. Crauet. cons. 98. nobilis, & potens num. 8. Cæphal. cons. 44. Magnificus Dominus, nu. 13. lib. 1. Rymin. iun. cons. 37. Illustris num. 8. lib. 1. non autem capitulorum subsequentium, in quibus puniuntur fractores carcerum, eximentes carceratos, & impedientes iudices executores in eorũ officij libera administratione, vt quandoque prætendebatur ex parte eximentiũ de carceribus dictum exemptum ad euadendum dictam Bullam, & de necessitate dicendum foret ad cõprehendendum casum istum, nam in dictis capitulis dictę tres dictiones non leguntur.

6 Secundò vero casu, quod sic, quia de iu-
re communi secundum veriorem, & ma-
* gis communem* receptatores delinquentium puniuntur arbitrio iudicis, vt latè tradit Menoch. in suo tract. de arbitrar. q. lib. 2. casu 348. quoniam vno, num. 2. & seq. ponderando text. in l. 1. C. de his, qui latron. & pluribus comprobat Mars. cons. 30. licet in cons. nume. 7. & seq. & cons. 47. exaudi Domine, num. 7. & 8. vbi testatur de commu-
* ni*, non autem eadem pœna, qua tenebatur delinquens receptatus.

Aut quæritur an teneatur dictus Baglianus ad aliquam pœnam contentam in dicta bulla, & isto casu est distinguendũ, nam
7 aut tractatur de pęna receptatorũ, & tunc, à supradictis non est recedendum, aut de pœna non reuelantium, & tunc dictus Baglionus venit pariter arbitrio iudicis puniẽdus ex eo, quod non reuelauit præfatos infra tres dies ad formam dictæ Bullæ in versiculo (Particularibus) in qua non reuelantes huiusmodi puniuntur arbitrio iudicis pro modo culpæ, etiam vsque ad mortem inclusiuè. Licet super, hoc non fuerit aliquid pronunciatum, quia superuenerunt litteræ Sacræ Consultæ mandantes eundẽ pro nunc relaxari cum cautione de repræsentando toties quoties.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECI-

DECISIO CII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Pœna, an possit mitigari ex probatione bonæ famæ.

SVMMARIVM.

Fama bona ad hoc, vt induat mitigationem pœnæ quid sit probandum, num. 1.
Pœna ordinaria an possit à iudice minui, nu. 2.
Scandalum est statim pro vno delicto virum punire, num. 3.
Dispensatur sæpe cum probis viris, num. 4.
Testes in causa scientiæ super fama dicentes de se ipsis, & omnibus eos cognoscentibus, an probent, numero 5.
Acta faciunt notorium, num. 6.
Testes deponentes de omnibus cognoscentibus non carent suspicione, num. 7.
Testes deponentes secundum eorum iudicium an probent, num. 8.
Testis officium est dicere veritatem, num. 9.

DECISIO CII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN vna Maceratēsi vertente inter Fiscum actorem ex vna, & Reuerendum Canonicum B. & C. eius fratres inquisitos ex altera. Dubitatum fuit, an Constitutio Sixti Quinti loquens de eximentibus carceratos de carceribus, quæ in Bullario est Bulla 6. possit ex probatione bonæ famæ mitigari.

1 Et resolutum, quod non, quia vbi alicui mitigationi locus est id debet intelligi, quando cum fama fuisset probatum prædictos non commisisse toto tempore eorum vitæ aliud delictū, vt per Alex. cons. 121. viso processu, nu. 8. lib. 7. Tiraq. de pen. tempor. caus. 51. per tot. Bertazz. cons. 11. nu. 24. lib. 1. Farinac. in tit. de indit. & tortur. q. 47. nu. 185. & Natt. cons. 458. in causa inquisitionis, nu. 13. lib. 2. dum dicit iudicem posse pœ-
2 nam ordinariam minuere, immo etiam indulgere, quando persona, quæ deliquit
3 nisi semel, noxium enim est virum statim pro vno delicto punire, immo scandalum,
4 cum soleat sæpe cum probis viris dispensari, vt probatur in c. Lugdonensis q. 9. 2. in illis verbis. (& si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ prospexeris promereri) cum pluribus citatis per Tiraq. vbi supra num. 150. fol. 453.

5 Secus vbi id non fuit probatum, vt in casu isto, nam tunc nullum fundamentum potest fieri in prætēsa bona fama, maxime, quod testes, nec dicuntur reddere sufficientem causam scientiæ dum dicunt, prædictos inquisitos reputari bonæ famæ ab ipsis, & omnibus eos cognoscentibus, quia cognoscentes huiusmodi possunt esse minor pars hominum, qui de iure sunt necessarij ad talem probationē, vt in specie consuluit Bald. consil. 406. in causa, numero 3. lib. 1. & consil. 447. ad euidentiam, num. 15. volum. 5. Dec. consil. 210. viso puncto, nu. 9. in vers. & licet. Aym. cons. 41. venerabilis Dominus, num. 5. & voluit Mascar. de probat. conclus. 749. numero 10. lib. 2. Farinac. q. 47. in titu. de indit. & tort. num. 318. & nouissimè Rota Lucan. decis. 106. statutum, col. 9. fol. 166.

Nec deponere verisimile, quia dum subsequenter affirmant, quod toto tempore eorum vitæ prædicti inquisiti fuerunt viri probi, sicut ad præsēs sunt, neq; scire, quod cōmiserint aliquod delictū, nec quod consenserint cōmittere volentibus, aliud concludere nō videntur, nisi quod sicut ad præsens sunt notorie delinquentes in præfato delicto, de quo ex eorum cōfessionibus, & actis plenè constat, quæ faciunt notorium
6 secundum Franc. in cap. dilecto, num. 140. de appellat. Grammat. decis. 36. Solon. nu. 57. & Aym. cons. 249. in causa nobilis Magdalenæ, num. 7. par. 2. ita fuerint in præteritum, vel quod pœnitus ignoret, quid dicāt, & an toto tempore eorum vitæ commiserint aliquod delictum, prout verius ex eis concludi videtur.

7 Et tanto magis, quod suspicione nō carent, dum in cā scientiæ dicunt, vt supra reputari bonæ famæ ab ipsis, & oībus eos cognoscentibus, quasi quod ipsi omnes cognouerint, & cum omnibus locuti fuerint, vt considerauit Crauett. consilio 244.

 in

in causa nobilis Magdalenæ, nu.8. fol.503. demumque fungantur potius officio iudicis, quàm testium deponendo prædictam Bullam non intrare in casu de quo agitur, cuius contrarium infra decis. 100. fuit demonstratum.

Quæ suspicio sufficit ad auferendum eis fidem, nam per huiusmodi iudicium ostẽdunt affectionem, quam habent ad causã, & sic repelluntur, vt per Crauet. loco citato præsertim cum non conueniat testibus assumere officium iudicãdi spectans ad solum iudicem Crauet. cons.6. plura videnda sunt, nu.123. officium enim testis propriè est dicere veritatem de his quæ percipit sẽsu corporis, vt dicit Innoc. in cap. cum causam, num.2. de test. quam sequitur Bart. in l. qui testamento, §. veteres, nu.2. ff. de test.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO CIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Aufugiente de carceribus capto Pœna, an mitigetur.

SVMMARIVM.

Pœna an sit mitiganda, vel in totum remittenda, quando opera ipsius petentis mitigationem, vel remissionem pœnæ aufugiens fuit captus, num. 1.

Causa quælibet non sufficit ad mitigationem pœnæ, num.2.

Fœlix exitus non excusat delinquentem, num.3.

Voluntas inspicitur in maleficijs, non euentus, nu.4.

Pęnitentia non operetur, pœnæ mitigationem, vel remissionem, num.5.

Captus non est liber, nec in suo arbitrio, num.6.

Pęnitentia intempestiua non operatur, num.7.

Pœnæ contra eximentes carceratos, de qua in constitutione Sixti Quinti, an possit mitigari, numero 8.

Iudex non debet esse clementior lege, num.9.

Peccandi occasio datur per indulgentiam criminũ, num.10.

Iudex qui est clementior lege facit litem suam, sicut ille, qui male gerit officium suum, nu.11.

Clementia, & misericodia proprie spectat ad Principem, nu.12.

Moyses ad quid lenitatem cum seueritate miscuit, numero 13.

Subditi, nec multa asperitate, nec nimia securitate gubernandi sunt, num.14.

Virga quando opus est quid agendum, num.15.

Iustitia sine misericordia vertit principem in tirannum, num.16.

Lex si per alium §. docere, ff. ne quis cum quando procedat, num.17.

Delictum consummatum expectat pęnam, nu.18.

Contumaciam purgare volens, quando comparere debeat, num.19.

DECISIO CIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

POena eximentis carceratum de carceribus, an veniat mitiganda, vel in totum remittenda quando talis exemptus fuit redactus ad carceres, vt prætenditur pro parte Pasqualis Solarij Parmensis.

1 Videbatur dicendum non solum pœnã esse mitigandam, cum opera eiusdem Solarij dictus exemptus possit dici repositus in manibus curiæ. Fuit enim captus in itinere per ipsum reuelato statim, quod pęnituit facinoris per ipsum perpetrati per ea, quæ tradit Tiraq. in suo tracta. de pœn. temperand. caus. 60. nu.1. fol.46. sed penitus remittendum per text. in terminis in l. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum in illis verbis (cæterum si nihilominus productus est cessat pœna, quoniam verba cum effectu sunt accipienda.)

Sed contrarium fuit resolutum, & ad primum obiectum responsum, quod non quælibet causa sufficit ad mitigationem pęnæ Paris de Put. in suo tract. sindicat. in verbo composito num.4. fol.163. & Gramm.
3 vot.35. nu.6. Item quod fęlix exitus non ex-
4 cusat delinquentẽm, quia in maleficijs voluntas inspicitur non euentus l. 1. §. diuus, ff. ad leg. Corn. de sicar. Tiraq. in tracta. de pœn. temper, caus.52.

Secũdo, quod non agitur de casu in quo oĩa per pœnitentem in pristinum reducta fuerint, vt in obiecto præsupponitur, cũ totum euenerit nimia, ac insuperabili diligẽtia Rectoris huius Prouinchiæ Marchiæ, qui tunc tpis erat Illustriss. & Reuerendiss.

Dominus

Dominus Carolus de Comitibus Episcopus Anconitanus Dominus meus Colendissimus vir quidem integerrimus, & nunquàm satis laudatus, omniumq; virtutum genere ornatissimus.

5 Tertiò, quod idem esset, nisi cum tali reductione in pristinum statum secuta fuerit pœnitentia, vt præsupponit Tiraq. loco citato, hoc est antequam delictum fuerit cõsummatum Ioan. Andreas in addit. ad specul. de constit. §. 1. in vers. sed incidit Bal. in l. si fugitiui serui, num. 2. C. de seru. fugit.
6 & ante capturam, non autem postquam fuerit captus, quia tunc non est amplius liber, & in suo arbitrio, vt in terminis probat Bald. in dicta l. si fugitiui serui, num. 5. C. de seru. fugit. in vers. item si deprehensus Florian. in l. arboribus, §. idem tractat nume. 6. ff. de vsufruct. per tex. in l. in laqueum, ff. de acqu. rer. do. Io. And. in dicta addit. ad Spec. in titu. de const. §. 1. vers. sed incidit littera à viden. & firman. in suo tract. de gabell. nume. 18. to. 12. fo. 76. ne medio huiusmodi in-
7 tempestiuæ pœnitentiæ vno eodemq; tempore deludatur iudex, & lex, vt inquit Bald. in d. l. si fugitiui, nu. 5. in vers. aliàs.
8 Quartò, quod non potest de aliqua mitigatione tractari, quia agitur de casu in quo constitutio Sixti V. cõtra eximentes carceratos, quæ in Bullario est Bulla 6. punit eadem pœna etiam affectum, vt demonstrãt illa verba (violare tentauerint) quo fit, vt
9 iudex non possit, nec debeat esse clementior lege auth. de iudic. §. oportet, nec flectit contra legem l. respiciendum, ff. de pœ-
10 ni. nam per indulgẽtiam criminum datur occasio iterata flagitia committendi l. si ap patitor in fi. C. de cohortal. lib. 12. Gramma. vot. 35. in causa Elizæ Sagutarij, num. 5. nisi
11 forsan velit facere litem suam Bald. in d. l. si fugitiui serui, nume. 5. C. de seru. fugit. in vers. quia tunc, prout facit quilibet iudex male gerens officiũ suum in damnum alterius. Ferrat. caut. 14. luta sunt vulgaria, nu. 8. fo. 86. vbi allegat Bald. in l. qui crimen circa fi. C. qui accusa. non poss.
12 Et tanto magis quia vti clementia, misericordia, seu venia in casu isto propriè spectat ad Principem cum aliter iudicandi expresse facultatẽ tollat a quo humiliter petenda est, qui considerato casu cum circun stantijs de quibus in processu, ac longa carceratione poterit si videbitur non sine lau-
13 de misericorditer agere exemplo Moysis qui lenitatem cum seueritate miscuit, vt nec disciplinæ deesset misericordia, nec misericordiæ disciplina cap. disciplina 45. dist. Io. Redin. in suo tracta. de maiest. Princ. in rubr. ad clementiam pronum to. 16. f. 174. nu. 27. vbi nu. 25. dicit hoc temperamentũ
14 fieri, vt neq; multa asperitate exulcerẽtur subditi, neque nimia benignitate soluãtur commendando plurimũ clementiam, nu. 1. & seq. quam quoque prudentissimè considerauit sacrum Ecumenicum Cõcilium Tridentinum, dum sessio. 13. de reformat. cap. 1. loquens de Episcopo fol. 91. dicit vbi
15 ob delicti grauitatem virga opus est, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est, vt sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria conseruetur, & qui correpti fuerint emendentur.
16 Immo debet cum in Principe iustitia sine misericordia sit summa iniuria. Boss. in titu. de priuileg. princ. num. 33. fol. 339. & non semper in eos, qui peccant, vindicta sit exercenda, nam si omnia in hoc sæculo vendicanda essent, locum diuina iudicia non haberent. In Direct. iud. eccles. fori, cap. 5. in fin. fol. 13.
17 Ad secundum obiectũ de prætensa omnimodo liberatione vigore allegatæ leg. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum fuit responsum procedere in causis ciuilibus, nõ criminalibus totus enim ille titulus loquitur, quando agitur contra eximentem ciuiliter, vt in terminis dicit Ias. in l. hoc ędicto, nu. 2. ff. ne quis eum secus si criminaliter, cum isto iure eximentes diuersimodè puniantur, secundum eundem Ias. in dicta l. hoc ædicto, §. Prætor, num. 12. & latè dixi. decis. 100.

Secundo quod tex. in dicto §. docere habet locum in exempto, qui postea fuit productus, quod debet intelligi de spontanea non autem coacta productione per ea, quę dicit Io. Andr. in addit. ad Spec. de const. §. 1. in sæpedicto versic. sed incidit, non autem in eo, qui postquam fuit exemptus ex curiæ officio fuit captus, vt demonstrat littera text. & sic ex diuersis non potest fieri bona illatio, nã captus ex curiæ officio, vbi posset dici productus, non dicitur productus à parte, sed à curia captus, & detentus, nec dictus Pasqualis senttre aliquod com-
18 modum, nam delictum consummatũ nihil aliud expectat, nisi pœnam.

Tertio quod tex. in dicto §. docere procedit vbi exemptus fuisset in cõtinenti productus hoc est eadem die secundum Odofred. in eodem §. docere; nam volens
19 purgare contumaciam suam venire debet iudice adhuc sedente pro tribunali, vel saltem ante litem cõtestatam, vt in terminis respondet Alber. in l. si is qui debitorẽ,

Q 5 ff. ne

ff.ne quis eum, num. 8. in versi. ad §. docere, secus si ex interuallo fuerit productus. Sed in casu præsenti, neutrum prædictorum verificatur quia dictus exemptus aufugit die 18. Decembris 1595. hora octaua noctis, & rei confessi fuerũt delictum, nempe dictus Pasqualis, & Canonicus B, sub die 21. Decembris dicti anni Camillus carcerum custos die 24. eiusdem, & captura dicti exempti, cum alio socio, facta fuit die 29. Decembris dicti anni.

Laus Deo, & B. Mariæ semper Virgini.

DECISIO CIIII.

MACERATENSIS.

ARGVMENTVM.

Pœna eximentium carceratos de carceribus quæ sit.

SVMMARIVM.

Ciuitas Maceratæ appellatur insignis à Summo Pontifice, nume. 1.

Eximens aliquem de carceribus ad hoc, vt incurrat crimen læsæ maiestatis, quæ requirantur, nu. 2.

Pœna l. cuiusque, ff. ad legem Iuliam, maiesta. an generaliter locum habeat contra omnes eximentes, num. 3.

Bulla Sixti contra eximentes quomodo sit intelligenda, num. 4. & seq.

Proœmium mentem ordinatoris ostendit, num. 5. fallit num. 45.

Iudices considerare debent verba proœmij, num. 6.

Verba proœmij iuuant ad decisionem dubiæ quæstionis, num. 7.

Bandimenta non extenduntur, num. 8.

Extensio non fit ad casus similes, nume. 9.

Rubrica declarat nigrum, num. 10.

Pœna eximentium carceratos de carceribus est arbitraria, num. 11.

Pœna eximentium carceratos fracto carcere est capitalis, num. 12.

Pœna commentariensis, qui pecunia corruptus exemit aliquem de carceribus est capitalis, num. 13.

Pœna l. 1. ff. de effractо. intelligitur non de pœna naturali, sed mitiori, num. 14.

Lex quando facit mentionem de pœna capitis, an intelligatur de pœna mortis naturalis, vel mitiori. num. 15.

Factum, & personarum qualitas est consideranda, num. 16.

Pœna l. 1. ff. de custo. & exhibit. reor. est arbitraria, num. 17.

Pœna commentariensis, an sit capitalis quando carceratus, qui aufugit, erat reus mortis, num. 10.

Commentarienses puniuntur pro modo culpæ, numero 19.

Lex torquens de pœna capitis debet intelligi de mitiori, num. 20.

Pœna nocturni effractoris carcerum, quæ sit, numero 21.

Pœna perpetua triremium hodie est loco pœnæ damnationis in metallum, num. 22.

Pœnæ per quas imponitur perpetua seruitus, non sunt hodie in vsu, nume. 23.

Pœna triremium imponitur etiam de iure canonico, num. 24.

Pœna diurni effractoris carcerum, quæ sit, num. 25.

Pœna quando ignoratur crimen eius qui est exemptus de carceribus, an sit temperanda, nu. 26.

Eximere de facto est turbare iurisdictionem iudicis, num. 27.

Sententia certa ferri non potest super re dubia, numero 28.

Veritati est inhærendum, num. 29.

Fugiens per ostium sibi apertum, an teneatur pœna effracti carceris, num. 30.

Pœna de iure canonico effractoribus carcerum an sit imposita, num. 31.

Iudex ecclesiasticus, an possit punire ad instar regularium ciuilium, nu. 32.

Paria sunt quem delinquere, vel delicto causam dare, num. 33.

Pœna plurium, qui accesserunt animo occidendi, si vnus percusserit, quæ sit, nume. 34.

Coadiutor eadem seueritate constringitur, num. 35.

Pœna dantium auxilium, solatium, consilium, opem, suppetias, aut mandatum ad crimen, quæ sit, numero 36.

Auxiliator quando mitius puniatur, quam principalis, num. 37.

Pœna occultantis lationem post delictum, quæ sit, numero 38.

Pœna eximentium carceratos de carceribus hodie in statu ecclesiastico, quæ sit num. 39.

Verba generalia generaliter sunt intelligenda, numero 40.

Potentia verborum generalium, & vniuersalium, nume. 41.

Carcer dicitur locus sanctus, num. 42.

Pœna violantis carcerem est capitalis, num. 43.

Lex vbi non distinguit, nec alij distinguere debent, num. 44.

Dictio

Dictio vel, seu, & siue sunt ampliatiuæ, num. 46.
Interpretatio in claris non est necessaria, num. 47.
Restrictio contra verba, & intentionem fieri non potest, num. 48.
Dictio tãtum est exclusiua omnium aliorum casuum, num. 49.
Constitutio Sixti Quinti, an restringatur tantum ad eximentes exules, & bannitos in rubrica eiusdem nominatos, nume. 50.
Pœna dictæ constitutionis in cuius odium posita fuerit, num. 51.
Verba generalia comprehendunt omnia in qualibet materia, etiam pœnali. Item casum improprium, & vtcunque insolitum, & incogitatum, & ampliat dispositionem ad ea, quæ de sui natura non venirent, num. 52.
Verba non dicuntur posita sine effectu operandi, numero 53.
Verborum propria significatio attenditur, etiam in pœnalibus, nu. 54.
Verba generalia non possunt restringi absque diuinatione, num. 55.
Geminatio, quid operetur, num. 56.
Dictio quoquo modo est vniuersalis, nume. 57.
Signa duo vniuersalia latiorem disponentis voluntatem ostendunt, num. 58.
Dictio quoquo modo, quomodo interpretetur, numero 59.
Dictio quoquomodo habet vim geminationis, nu. 60.
Dictio quoquomodo tanquam ampliatiua comprehendit omnes casus, etiam requirentes specialem expressionem, nume. 61.
Dictio quoquomodo intelligitur de dissimilibus, aut maioribus expressis, & comprehendit per ea, quæ aliàs ex natura sermonis non venirent absque vlla restrictione, num. 62.
Pœna eximentium de manibus satellitum captum ad instantiam creditoris, quæ sit, nume. 63.
Quod non licet in casu minori, non licet in maiori, numero 64.
Argumentatio ex rubrica quando procedat, num. 65. & 68.
Verba obscura declarantur ex rubrica, nu. 66.
Rubricæ an standum sit, nu. 67.
Constitutio Sixti Quinti loquutur de omnibus violare tentantibus, num. 69.

DECISIO CIIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Dubitatum fuit, an Camillus Chiaritius de Monte Sancti Petri olim Commentariensis carcerum dictæ ciuitatis, quam insignem appellat Summus Pontifex in constitutione erectionis huius Tribunalis Rotæ, capitulo tertio, quę inter constitutiones Sixti Papæ Quinti in Bullario est Bulla 40. fol. 216. Et socij cum eo conspirantes inquisiti circa fugam Prothonotarij A. de dictis carceribus inciderit in crimen læsæ maiestatis, vt prætenditur ex parte fisci, qui facit plura præsupposita.

Primò quod ea secuta fuerit, cum fractura vnius ostij carcerum.

Secũdò quod Pasqualis Solarius de Parma pro eius fractura inuenerit forcipes, & ad eam occultandam, & palliandam fabricauerit quandam Scalam Scaphis funiculorum, & gradibus ligneis, eã postea ponẽdo in loco ex quo optabatur in hominum opinionem venire d. Prothonotarium aufugisse, ne vllo vnquã tempore appareret per ostium sibi apertum consulto aufugisse.

Tertiò quod R. Canonicus B. pro faciliori, ac tutiori eius fuga miserit, C. eius fratrẽ cum d. A. qui pariter conscius, & particeps tanti sceleris ipsum associauit.

Quartò quod d. Commentariensis, & Pasqualis pecunia, & promissionibus corrupti dictæ fugæ cum prædictis cautelis, inuentionibus, ac complicibus operam nauauerint, prout in processu fol. 270. & 299. respectiuè.

Et dicebatur, quod non tam inspecto iure communi, quam considerato tenore constitutionis Sixti Papæ Quinti, quæ in Bullario est Bulla sexta, fol. 18.

Nam si attenditur ius commune, vt quis incurrat huiusmodi crimẽ, requiritur, quod exemptus de carceribus sit non solũ confessus, & conuictus, vt probatur in l. cuiusque in fi. in versic. Item, qui cõfessum ff. ad leg. Iul. maiest. cum pluribus citatis per Decian. in sua pract. crim. c. 11. de exim. carcera. num. 1. lib. 2. fol. 120. & Petr. Plazz. in sua epito. lib. 1. cap. 78. numero octauo, sed quod fuerit confessus, vel conuictus, seu cõdemnatus pro crimine capitali. Bursat. cons. 216. facti species, num. 5. volum. 2. Clar. in §. fin. q. 68. in vers. eximens, qui testatur de communi * cum pluribus alijs citatis per eundem Bursat. vbi supra Bertazzo. cons. crim. 35. subtilia, sed nu. 25. & ibi additio in littera D, immo vt dicit gloss. in l. cuiusque in verb. reum, ff. ad leg. Iul. maiest. requiritur non solum, quod crimen, pro quo exemptus detinebatur, sit capitale; sed etiam, quod sit læsæ maiestatis, quam sequitur Lucas de Penna in l. quoties, numero 1. vers. verum credo, C. de exact. tributo. lib. 10. & Gomez. variar. resol. to. 3. cap. 2. num. 7. vers. quod primo notabiliter intellige,

qui

* qui pariter testatur de communi *, dicit tamen sibi videri verius quod text. in d. l. cuiusq; habeat locum etiam in eximente carceratum confessum, vel condemnatum, vel conuictum pro quolibet delicto, quia iura communia generaliter loquuntur, licet opinio prædictæ glossæ, & communis sit tenenda Farinac. in titu. de carcerib. & carcera. quest. 30. numero 105. si attenditur forma prædictæ Bullæ idem est, nam verba eius sibi (vel carcerem, vel aliam quamcunque custodiam effregerint, inuaserint, aut quoquo modo violare tentauerint, siue ad hoc homines, vel arma, aliaue ministrauerint, siue aliàs consilium, vel fauorem palã, vel in occulto per se, vel aliũ seu alios quoquomodo, etiam extra territoria, iurisdictiones, & domos proprias præstiterint, seu præstare permiserint.) debent intelligi si id

4 fuerit factum pro eximendis per duellionibus, homicidis, latronibus, & alijs nefarijs hominibus, de quibus fit specifica mentio in dicta Bulla, vt in versic. qui perduelliones, & non de aliis; quia intentio Papæ fuit prouidere contra exules, bannitos, & alios supranominatos, vt clarè demonstrat proæmium d. Bullæ ibi: (Hoc nostri Pontificatus initio inter multa reipublicæ damna, & incõmoda, quæ menti nostræ obuersabantur nobis longè fuit grauissimum, quod Populos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditioni temporali subiectos non modo ad rerũ, substantiarumq; suarum perturbationem, & iacturam, sed etiam vitæ periculum redactos inuenerimus exulibus, bannitis, cæterisque id genus facinorosis hominibus ita vndique ingruentibus, & grassantibus, vt vix quisquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere posse videatur; quare ad hæc sananda mala ex officij nostri debito; & præcipuè erga nostros, ac eiusdem Romanæ ecclesiæ subditos charitate assiduè extimulemur nihil non agere, & tentare decreuimus, quo populos optata quies, salus, securitas, & tranquillitas per nos restituatur, quod ita demum Deo auxiliãte speramus nos esse consecuturos, si cautè prouideatur; ne vllum domi, forisque intra extraue fines nostros criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugium, aut receptaculum, sed omnino legum, & magistratũ seueritatem, iustitiæque gladium subire, & debitas pœnas luere cogantur.)

5 Quod Proæmium cum mentem ordinatoris ostendat, non solum in constitutionibus, sed etiam statutis teste Barto. in l. 1. ff. macedon. & colligatur ex eo causa finalis conditoris l. pen. ff. de iur. & fact. igno. ibi. initium constitutionis declarat l. fi. ff. de hæred. instit. cum similibus adduct. per Odd. consi. 53. Dominus Franciscus, num. 26. qui in terminis dictæ Bullæ Sixti Quinti in hac ciuitate Maceratæ consuluit dictam Bullã solum habere locum in speciali casu bannitorum, & fauoris eius præstiti, & non in a-

6 liquo alio delicto, iudices eius verba valde considerare, & ponderare debent, non so-

7 lum quia inuauit ad decisionem dubiæ quæstionis glo. super constitu. March. capit. 1. lib. 3. in littera F, num. 4. & Rebuff. in tracta. de sententijs prouision. artic. 1. gl. 1. tom. 1. sed quia vbi aliquando falsa existerent tota vitiaretur concessio Ancharan. consil. 398. Præmitto pro clariori, nume. 4. & Eugen. consil. 1. Sixtus Quartus, num. 70. & seq.

Hinc Bursatt. consil. 402. an d. Clemens, numero quarto, lib. 4. in terminis cuiusdã proclamatis anno 1580. in quibus erat im-

8 posita pœna læsæ maiestatis cõsuluit, quod dicta bandimenta cum fuerint publicata occasione bannitorum, & latrũculorum, qui annis præteritis in perniciem totius Lõbardiæ, territorij, & finium Mantuæ tot crimina enormia, furta, latrocinia, homicidia committebant, qui vulgo canonici appellabantur non extenduntur ad delictum homicidii simplicis in ciuitate per quemlibet priuatum commissi, quia extensio non fit ad casus similes, vt ibi num. 5.

Quæ comprobari videntur ex rubr. dictæ Bullæ, quæ cum sit contra homicidas, latrones, bannitos, eorumque complices, fautores, & receptatores, nigrum dictæ Bullæ de illis tantum intellexisse dicẽdum est,

10 quia rubrica est apta declarare nigrum, vt probant plures citati per Pedemon. decis. 20. numero quarto, & ex ea potest licitè argui. Ias. in l. 1. ff. si cert. pet. num. 3.

Et quod dicta Bulla de prædictis intelligi debeat colligitur ex his, quæ terminis eiusdem Bullæ cõsuluit Turrett. consi. 95. quod Bulla, num. 13.

11 Et sic pœna eximentium carceratos de carceribus in casu, de quo agitur erit arbitraria non autem vltimi, & amarissimi sup-

12 plicij, etiam quod fracto carcere pœna sit capitalis, vt dicit text. in l. 1. ff. de effracto. & verbis expressis tradit Boss. in titu. de effracto. carcer. nume. 1. fol. 225.

13 Prout quoque est capitalis, quando culpa commentariensis corrupti pecunia id euenit, prout in præsenti casu l. fi. ff. de custod. & exhibit. reor. Iodoc. in sua practica crim. cap. 17. numero octauo, fol. 14. Bonif. de Vital. in suo tracta. malefic. in rubr. de

14 carcer. priuat. nume. 7. nam pœna d. l. 1. ff.

de

15 de effractor. intelligitur non de pœna naturali, sed mitiori, quia quādo lex facit mētionem de pęna capitis non intelligitur de pœna mortis naturalis, sed de alia mitiori Buen.reg.393.faciens fractis in 9.limit. Vrsil.in add.ad Afflict.decis.404.nu.16.vbi dicit, quod in dubio appellatione pœnæ capitis nō intelligitur de pœna mortis, & quod ita alias de facto obtinuit Bursat.cons.346. Cæsar Ferrarius nu.32. vol.4. Mursil. obseruatio.45.pœna capitalis num.2.fo.432 qui pro pęnę capitali intelligēdo de mitiori exprimit exilium, seu deportationem & Cassane. super consu. Burgund. rubr. 1. §. 5. in text.ibi. S'il n'a grace numero 116.fol.214. & latè Farinac.in tit.de carcer. & carcerat. quæst. 30.numero 4. & 22. vbi dicit ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & nunquam vidisse huiusmodi effractores, etiam, quod post fugam ad manus Curiæ peruenerint morti traditos, sed bene eos, vel in delicto principali, acriori torturæ submissos iuxta practicam Mediolani, vel puniri extra ordinem
16 mitiori pœna, quam mortis iuxta facti, & personarum qualitatem, & sic dictam pęnam legis primæ, ff. de effract. vt plurimū in arbitrariam commutari.
17 Prout pariter etiam est arbitraria pœna d.legis primæ, ff.de custod. & exhibit.reor.
18 quando scilicet exemptus non fuisset reus mortis. Nam tunc commentariensis punitur eadem pęna vltimi supplicij, qua erat puniendus carceratus, qui aufugit, vt dicit gl.in l.fin.in verb.capite littera O, & alia gl. in l. milites, ff. de custo. & exhibit. reor. in verbo supplicio in littera Q, dum dicit melius est dicere supplicio, quo erat afficiendus accusatus. Boss.in titu. de carce. nume. * 10.fol.14.vbi testatur de communi, *prout quoque facit Clar.q.68.in verbo custos carcerum fol.182. Farinac.in titu.de carcer. & carcerat.quæst.31.num.6.& 8.

Et quod non possit intelligi de morte naturali clarè demonstrat alternatiua posita in d.l.fin.in qua dicitur (fraudulenter autem si fuerit versatus in dimittenda custodia, vel capite puniatur, vel in extremum militiæ gradum datur ratio duplex esse potest.

19 Prima quia delicta commentariensium sunt punienda pro modo culpæ, vt colligitur ex dicta l. milites, & in dicta l. fin. ff. de custo.& exhibit.reor.

20 Secunda quia quando lex loquitur de pœna capitis debet intelligi de mitiori, vt supra fuit probatum; etiam si propriè, & strictè intelligatur de morte naturali secū-* dum glo. communiter * approbatam in l. transigere in verbo capitali, C. de transact. de qua meminit Clar. quæst. 67. vnde dicit Mille.in sua pract. criminali nobilis Gerardus, nume. 7. fol. 64. quod in eos varie animaduertitur, nam nocturni effractores cat
21 cerum, qui atrociores sunt fustibus cæsi in
22 metallum damnātur, cuius loco hodie de consuetudine solent rei condemnari ad triremes perpetuo, vel ad tēpus Capic. decis. 153.notarius Petrus, num.3.quia pœnę per
23 quas imponitur perpetua seruitus nō sunt hodie in vsu, vt dicit Bald. in l. incredibile, nu.3.de poen.& Clar. q.67. vers. item dam-
24 natio in metallum, quæ pœna triremium, etiam de iure canonico imponitur, vt dicit ibi Clar. etiam in clericos, & sacerdotes, vt per Granut. theorem. 3. principalis cum numero decimo, & Farinac. vbi supra, numero 14.

25 Diurni verò effractores post fustium castigationem in opus perpetuum, vel temporarium dandi sunt, vel puniuntur etiam eadem pœna, qua punitur si delictum is, qui fuit exemptus de carceribus patrasset, vt per Milea.vbi supra, & num.10.

Sed in hoc vltimo non videtur insistendum, quia licet sit notoria fuga d. Prothonotarij à carceribus Mantuæ de qua etiam de auditu ab ipso deponunt presbyter Antonius Baglianus fol.96.& d.c.fol.23. igno-
26 ratur tamen causa, seu crimē pro quo erat detentus Mantuę d.A. vltimo loco positus in dictis carceribus Maceratæ de mandato sacræ Consultæ, quod solum etiam vbi Bulla intraret videtur sufficiens ad inducendū saltem Principem ad temperandum eius rigorem secundum qualitatem facti, vel iuris communis dispositionem.

Et tantò magis erit arbitraria, quia non videtur equm, quod imponatur pęna mortis vbi ignoratur pœna, & delictum exempti, à carceribus, sed quod mulctetur pecuniaiter secundum potestatem iurisdictio-
27 nis iudicis, quia eximere de facto est turbare iurisdictionem, vt inquit Ias.in l. hoc edicto, §.Prætor nu. 12. ff. ne quis eum, & alij citati per Farinac. q.30. de carcer. & carcerat.num.112.Eugen.cons.31.quamuis, nu. 29.fol.93.vbi nume.18.& seq. ponit plures modos, quibus turbatur iurisdictio, maxi-
28 me quod super ignoratis non quiescit animus iudicis, nec in re dubia potest certa ferri sententia, etiam stante asserta fractione claustri carcerum, cum fuerit ficta, & simu
29 lata, nam semper veritati est inhærendum l.iudices, C.de iudic.cap. exhibita extra eodem titu.& quod hoc sit verum patet, quia d.A.

d. A. aufugit per ostium sibi apertum à dicta Commentariensi, non autem mediante dicta fractura, vt supra dissimulata ad colorandam nequitiam ipsius custodis carcerum, & coadiutorū, quo fit, vt sicut ipse
30 fugiens non tenetur pœna effracti carceris Bald. in l. succurritur in sec. lectu. ff. ex quibus caus. maio. & alii citati per Dueu. regula 393. faciens fractis limit. 1. fo. 248. sed alia mitiori iudicis arbitrio, vt per Boer. decis. 215. & antequàm veniam, nu. 15. & Mars. in §. attingam, num. 37. fol. 229. de quibus vbi supra meminit idem Dueu. ita & pariformiter coadiutores qui fecerunt illum fugere non tenentur.

31 Quæ habent locum etiam, quo ad canonicum B. & sic, quo ad clericos, & sacerdotes, nam licet effractoribus carcerum de iure canonico nō reperiatur statuta certa pœna per generalitatem regularū, de quibus in cap. at si clerici, & in capitu. cum non ab
32 homine de iudicijs, & in c. tuæ de pœn. poterit iudex Ecclesiasticus ad instar regularium ciuilium qualitatibus delictorum, & personarum pensatis punire, & pœnam depositionis infligere per notat. in c. cx litteris de excess. prælato. vt dicit Farinac. d. q. 30. de carcer. & carcerat. num. 119.

Et sic cum dictus Camilius Chiaritius olim Commentariensis veniat puniendus arbitrio iudicis citra mortem, idem erit dicendum, quo ad coadiutores, & conspirantes cum eo, nempe contra dictum canonicum B. & C. eius fratrem, & Pasqualem Solarium, quia omnes videntur in eadem cul
33 pa, & paria sunt, quem delinquere, vel delicto causam dare, vt in specie argumentatur Bertazzo. d. cons. crimin. 35. subtilia sed num. 17. lib. 1. Farinac. d. q. 30. num. 93. Gandin. in titu. de furib. & latronib. num. 15. fo. 353. facit additio ad Alex. cons. 15. viso processu lib. 1. in verb. si plures littera C, videndum firmat. quod si plures accesserint ani
34 mo occidendi, siue equè principaliter, siue ad auxiliandum vni ex eis ad homicidium deliberatum, & hoc constat tunc omnes, nedū ciuiliter, sed etiam criminaliter leg. Cornelia tenetur non distinguēdo, an omnes, vel vnus percusserit Mill. in sua pract. crim. nobilis Gerardus, nu. 3. mihi f. 64. vbi
35 dicit, quod coadiutor eadem seueritate constringitur, & Iodoc. in sua prac. crimin. c. 133. nu. 2. fol. 142. qui in specie dicit, quod qui auxilium, solatium, consilium, opem suppetias, aut mandatum vnum contulit ad crimen aliquod peragendum punitur, vt principalis perpetrator, quando dictorū coadiutorum auxilio delictum fuit consummatum, & sine eo non fuisset perpetratum, vt in casu de quo agitur, nam si tale fuisset auxilium, quod causam maleficio non dedisset, aut sine quo alio quin maleficium fuisset per maleficium perpetratum,
37 tunc hic auxiliator mitius esset puniendus, quam principalis l. 1. & 2. C. de his qui
38 latri vbi occultās latronem post delictum nulla præcedente conuentione mitius puniturvt per Iodoc. vbi supra.

Vlterius tamen considerato negotio diligenterq; ponderatis verbis d. Bullæ, quid-
39 quid de iure communi magis verum sit, videtur, quod tam dictus Commentariensis, quàm cæteri supranominati inquisiti inciderint in pœnā dictæ Bullæ, quæ est mortis, & confiscationis bonorum. Quia in specie d. Bulla imponit verbis clarissimis, & generalibus, pœnam non solum contra omnes, etiam clericos, qui carcerem, aut aliam quamcunque custodiam effregerint, inuaserint, aut quoquomodo violare tentauerint, seu ad hoc homines, vel arma, aliaue ministrauerint, sed etiam contra dantes auxilium, consilium, vel fauorem palam, vel in occulto per se, vel alium, seu alios quoquomodo præstiterint seu præstare permiserint.

40 Quo fit, vt adeo dicantur comprehensi omnes casus, & modi, quod non potest fieri aliqua restrictio, nec respectu modi, nec respectu personarum, nec respectu violentiæ quomodocunque illatæ ob naturā verborum generalium, & vniuersalium in di-
41 cta Bulla existentium, quorum potentia quanta sit tradunt Crauet. consi. 249. verba transactionis, & 290. Egregij nu. 4. Roland. consi. 5. pulchra profecto nu. 38. & seq. vol. 1. & cons. 54. doleo profecto, num. 39. lib. 3. Natt. cons. 435. iam dudum, num. 15. & seq. lib. 2. Cæph. cons. 446. in testamento nu. 18. lib. 3. Alex. cons. 42. super præmisso, num. 8. lib. 1. & n. 13. & cons. 18. in casu de quo quæritur nu. 5. lib. 5. qui loquitur in terminis dictionis quoquomodo, quia cum cōstet de voluntate Papæ, qui indistinctè voluit puniri audaciam, & temeritatem horū fractorum, inuasorum, & quoquomodo violantium carceres nullo habito respectu, nec ad modum delinquendi, nec ad personas,
42 quæ euaserint iure quidem optimo, cum carcer dicatur locus sanctus, quem qui vio-
43 lat capite punitur, vt inquit Natt. cons. 499. inquiritur per D. Prætorem, nu. 17. & seq. lib. 3. omnis restrictio quæ fieret, esset cum
44 legis offensione, quæ vbi non distinguit, nec alij distinguere debent secundum glo. in l. prospexit in verbo lex, ff. qui. & à quib.

Et sic

Et sic verificato, prout factum fuit qualiter dictus Commentariensis habito prius colloquio, & tractatu cũ prædictis exemit dictum Prothonotarium. A. de carceribus, vt latè cum dictis magis particularibus, & grauioribus circunstantijs probatur in processu statim eximens, cum omnibus complicibus, & fautoribus dicitur incursus in pœnam dictæ Bullæ.

Non obstat dum dicebatur primo loco, quod nemo prædictorum debet puniri tanquam reus læsę maiestatis, nec de iure communi, nec ex forma d. Bullæ bon. memorię Sixti Quinti, nam licet verum sit, quod de iure communi non inciderit in dictum crimen, sed tantum in pœnam arbitrariam secundum magis *veram opinionem de qua supra, secus tamen est in terminis d. Bullæ; non enim valet dicere colligitur ex proæmio, quod Papa fecit dictam bullam contra exules, bannitos, cæterosque id genus facinorosos homines ergo non comprehendit, nisi illos tantum vigore illorũ subsequentium verborum in quibus dicitur; (quod ita demum Deo auxiliante speramus nos esse consecuturos, si cautè prouideatur, ne vllum domi, forisq; intra, extraue fines nostros criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugium, aut receptaculum) quia pluribus modis respondetur.

Primo, quod id non procedit in casu, de quo agitur, vbi expresse Papa in eadem Bulla loquitur etiam de alijs, quam supra nominatis in præfatione, nempe de frangentibus, & inuadentibus carcerẽ, seu aliquam custodiam, aut quoquomodo violare tentantibus, seu ad hoc arma, aliaue ministrantibus, siue aliàs auxilium, consilium, vel fauorem palam, vel in occulto per se, vel aliũ, seu alios quoquomodo extra territoria iurisdictiones, & domus proprias præstantibus, seu præstare promittentibus. Item de impedimentibus, seu verberantibus, vel insequentibus, aut concutionibus, seu minis, vel aliàs perterrefacientibus quoscunq; iudices, ministros, aut executores iustitiæ in perquisitione, captura, vel adductione, ac omnino in eorũ officij libera executione, siue in vrbe, siue extra vbique locorum, aut ad arma conclamantibus, aliosuè concitantibus, seu talia fieri mandantibus, facientibus, adhærentibus, seu facientibus, seu alicuius magniatis nomẽ auxilij causa aduersus curiam, executores, ministros prędictos inuocantibus, seu franchitias appellãtibus.

Quare cum simus in claris, & vbi omnes prenominati casus veniunt ampliatiuè ob naturam illius dictionis, vel cũ qua incipit dictum capitulum fractorum carcerũ, & eximentium carceratos, & dictionis seu, & siue de quibus in eodem capitulo, quæ sunt pariter ampliatiuè, vt de dictione, vel scribit Alberig. in verb. vel. & Vulpel. in suo tracta. de præposit. ad verbum in eadem dictione vel. fol. 126. & de dictione, seu, & siue scribit Barto. in l. si quis ita, ff. de aur. & arg. legat. num. 1. Bald. & reliqui in l. pen. C. de verb. signif. & ibi addit. in verb. octauo oppono in littera C, late Soc. in l. 15 qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Menoc. consi. 1582. de multis, nume. 2. lib. 5. qui loquitur de dictione, siue, non oportet recurrere ad

47 præfationem, quia in claris non est opus coniecturis, nec aliqua iterpretatione. Crauet. consi. 294. verba transactionis, nume. 6. versic. & omnis interpretatio.

Immo vbi deberet recurri ad proæmiũ magis dare poterit responderi, quod scilicet compræhendat, etiam casus, & personas infra, & post præfationem nominatas, quia verbis manifestissimis dicitur in principio dictæ Bullæ, quando fit confirmatio Bullarum aliorum Summorum Pontificum, quod intendit comprehẽdere etiam alios, quam exules, bannitos, cæterosque id genus facinorosos homines, vt legitur in illis verbis Bullæ ibi (in detestabile prædictorum, & aliorum infrascriptorum hominum genus pro temporum, & criminum ratione æditas) cui respõsioni nescio, quod possit aliquid replicari, saltem quod subsi-

48 stat, nec quod possit aliqua fieri restrictio, quæ non sit de directo contra intẽtionem, & verba expressa bullæ, cuius determinationem, cum habeatur, non est vlterius inuestigandum, quia tunc inanis est omnis disputatio, cessant interpretationes, reijciũturque penitus aduocatorũ cauillationes, vt inquit Rymin. iun. consil. 495. visis eleganter, num. 30. & seq. lib. 5.

Non obstat. d. consil. Odd. 53. Dominus Franciscus num. 26. quia vltra; quod loquitur in diuerso casu cum in eo tractetur de certis fideicommissarijs, nempe an vigore dictæ Bullæ Sixti Quinti dicantur exclusi à certis fructibus viuente quodam condemnato in pœnam capitis, & confiscationis bonorum in contumaciam vigore bannimentorum sub prætextu, quod noctis tempore in hac ciuitate Maceratensi post quandam violentiam in domo cuiusdam ciuis, muros dictæ ciuitatis descendendo transgressus fuit, & in summario dictæ bullæ, quod facit in eodem cõsilio omittit expresse caput dictorum frangentiũ carceres, & eximentium, vt supra carceratos,

tos,Bulla,vt sepedictum fuit non potest re-
cipere talem interpretationem.

Prout non obstat allegatum consil. Bur-
sat.402.an dominus Clemens,lib.4.num.4.
pariter in casu suo arguentis ex proœmio,
maximè,quod ibi, vt ipse dicit Bannimen-
ta, de quibus loquitur,fuerũt facta tantum
occasione bannitorum, & latrunculorum
ob quod nõ poterat fieri extensio, quia di-
49 ctio tantum est exclusiua omnium aliorũ
casuum, l. serui nomine, ff. de vsucap. l.his
solis,C.de reuocan.donatio.& omnes aliàs
personas præter expressas excludit,vt in ter
minis probat Bart.in l.1.ff.si quis vis dicent.
non obtemp.nu.1.& cæteri relat.per Vulp.
in suo tract.de præposit. aduerb. & coniũc.
signif.in dictione tantum fol. 124. in princ.

50 Secundo respondetur,quod si intellige-
rètur Bulla tantum de euadentibus exules,
& bannitos, & alios de quibus in obiecto
nominatos ante dictũ capitulum effracto-
rum carcerum, & eximentium carceratos
fieret restrictio non ex mente, sed contra
51 mentem, vt sæpè fuit dictum, nam dicta
pœna fuit posita in odium contrafacien-
tium,non autem qualitatum personarum,
quæ contrafecerint, de quibus nihil Bulla
dicit.

Tertiò,quia si fieret restrictio de qua su-
pra illa verba Bullæ contra dictos effracto-
res,& eximẽtes carceratos generaliter pro-
lata nihil operarentur,quod dici nõ debet,
52 cum verba generalia comprehendat om-
nia in qualibet materia etiam pęnali, vt per
Crauett. cons. 308. in franchitia nume.3.&
cons.294.Verba transactionis viden. in tan-
tum quod comprehendunt non solũ om-
nes personas,sed etiam casum impropriũ,
& vtcunque insolitum,& prorsus incogita
tum,vt per eundem Crauet.d.cons.294.nu
mero 2.& cons.290.nu.4.& sic cum secun-
dum naturam eorum possit comprehendi
casus iste,quia comprehendunt quemcun-
que actum, & ampliant dispositionem ad
ea, quæ de sui natura non venirent, vt dicit
Boccac.super constit. March.in c.vt mino-
rum 25.lib.5.glo.7.nume.56. fol. 166. dicta
verba generalia,vt aliquid operẽtur, debẽt
intelligi generaliter, quatenus eorum pro-
prietas patitur,vt ibi per Craue.d.cons.294.
nume.3.in verbo quanto fortius verba vni-
53 uersalia, cum nõ possint dici apposita sine
fine effectu operandi Alexan. d.consi. 118.
54 num.6.lib.5. & etiam in pęnalibus non re-
cedatur à propria verborum significatio-
ne l.cum lege de testam. vbi Aret. & alij in
cap.ex parte il 3.de decimis Bertazz.consil.
crim. 35. subtilia sed nu.7.lib.1. & iur.cons.
95.quod bulla numero vigesimo.

55 Et tanto magis debet generaliter intelli-
gi, quia non possunt restringi magis ad v-
num,quàm ad alium casum absque diuina
tione Cæphal. cons. 689. numero 17.lib. 5.
stante potissimum geminatione dictæ di-
56 ctionis quoquomodo, quæ non solum de-
monstrat enixiorem intentionem Papę di-
57 sponentis,cũ sit vniuersalis Rolan. d.cons.
58 5. nume.47. lib.1.& duo signia vniuersalia
latiorem voluntatẽ disponentis ostendant
Alex.dictn cons.118.nume.5. lib.5. sed per-
59 inde est, ac si bis fuisset dictum nullo mo-
do, quia sic interpretatur illa dictio quo-
quomodo cap.quorundam oculos de ele-
ctio.in 6.& c.Deus omnipotens 2.q.1.vt di-
60 cit Alberic. in verbo quoquomodo, imò
quater. cum d. dictio de per se habeat vim
geminationis,vt inquit Alciat. cons. 42. te-
stamenti hæc lib.9.num.3.fol.260. Alexan.
consil.30.Ponderatis narratis, num.16.lib.
5.Ias. cons. 43. videtur prima consideratio-
ne lib.3.num.8.& seq. Et propterea tanquã
ampliatiua comprehẽdit omnes casus, qui
succedere possunt.Aretin in l.ventre, ff.de
acquir.hæred.num.8.Cæph.cons.688.Petu-
mus nos,num.7.lib.5.Vulpel. in suo tracta.
de propofition.aduerbio. & coniect. signi-
fic.in dictione quoquomodo nu. 2. fol. 98.
Decian. consil. 57. & certè prima facie, nu.
26.lib. primo, qui non solum eam appellat
valde prægnantem, sed dicit denotare vni-
uersaliter omnem modum, qui excogita-
ri potest,etiam improprium facit Mandos.
in suo tracta. de priuileg. ad instar gloss. 14.
quomodolibet nu.1.tom.18. fol.134. Item
omnes alios casus requirentes specialem
expressionem,cap. qui ad agendum de pro
curat.in 6.Clement.nõ potest, vbi Vitalin.
& alij eodem tit. Rota in nouiss. decis. 106.
Domini stant in decisis,num.1.part.1.

62 Proinde dicta dictio quoquomodo po-
test intelligi de dissimilibus, aut maioribus
expressis cum plurimum augeat. Alexand.
dicto cons.30. col. pen. in 6.dub.nume.16.
lib.5. & est acta non solum comprehende-
re ea,quæ aliàs ex natura sermonis non cõ-
prehenderentur Rolan.d.consil.5.Pulchra
profecto num.48.lib.1.Gabr. cons. 20. Pro
vera resolutione,nu.18.lib.3.Rot.Auinion.
decis.110.nobilis Thomas, num.1. fol.123.
sed etiam, quod nõ restringatur dispositio
ad habilitatem,vt ibi in vers ic.Immo quan
do istę dictiones,maxime cum fuerit,vt su-
pra pluries repetita per ea, quæ tradit Crau.
d.cons.294. nu.3. in vers. & multum in ter-
minis,cum aliàs nihil operaretur.

Quę adeo vera sunt,quod nec etiam pos
set

sct ficti restrictio ex defectu rationis, Bart. in l. prospexit, in prin. ff. qui & a quib.

Quarto, quia si fieret sæpè dicta restrictio, de qua supra sequeretur, quod subsequens capitulum de impedientibus Iudices, ministros, aut executores iustitiæ in perquisitione, captura, vel abductione, ac omnino in eorum officij libera executione deberet pariter restringi.

63 Sed consequens est falsum, quia si quis exemerit de manibus satellitum captum ad instantiam creditoris, punitur vigore dictæ Bullæ pœna mortis, & læsæ maiestatis, vt in terminis dicit Farinac. in titu. de carcer. & carcer. q. 36. nume. 6. quia vt ipse dicit verba sunt multũ generalia, & comprobat eadem q. nu. 5. vbi in specie dicit d. Bullam comprehendere eripiẽtes captos pro quocunque crimine, ergo falsum quoque erit antecedens, quod scilicet debeat, & possit fieri restrictio, de qua supra in casu præcedenti, qui videtur maioris consi-

64 derationis, & præiudicij, cum carcer, vt alias fuit dictũ sit locus sanctus, quia quod non licet in casu minori, non licet in maiori.

65 Prout non obstat declaratio, & argumẽtatio, quam sumebatur ex rubrica dictæ Bullæ.

66 Primo, quia verba nigri obscura declarantur ex rubrica, vt dicit Alber. Brun. de statu. art. 8. num. 95. non autem verba clara, vt in terminis dicit Ias. in l. 1. ff. si cert. petat. num. 6. in versi. tertio moueor, sed præsens casus est clarus, ergo.

67 Secundo quod standum est nigro magis quam rubro, tanquam magis deliberato, & posteriori, l. pacta nouissima, C. de pactis, c. 1. de const. in 60. Paul. de Castr. in l. 1. ff. si cert. pet.

68 Tertio, quod vbi nigrum euidenter apparet contrarium rubricæ, non licet arguere ex rub. Brun. vbi sup. num. 101. & vbi liceret, id esset intelligendum, quando rubrica esset generalior nigro, & haberet verba perfecta Petr. Gerad. singula 7. quando rub. num. j. fol. 395. quod non verificatur in præsenti specie, in qua plus continet nigrum, quam rubrum.

Nec quicquam facit, qđ consuluit Turret d. consi. 95. num. 13. quia præter ea, quæ supra fuerunt considerata, loquitur in diuerso casu, nempe de eo, qui aufugit de manibus Satellitum, qui licet, vt ipse dixit non comprehendatur sub d. bulla, non tamen sequitur, quod d. bul. loquatur tantũ de declaratis in Rubrica, quia argumentũ à Rubrica recipit dictas limitationes.

Prout facit dum vlt. loco dicebatur nõ esse æquum, quod imponatur pœna mortis vbi ignoratur pœna exempti, & vbi talis exemptus exiuit aperto sibi ostio per custodem, quia verba bullæ tollunt omnes

69 has dubitationes, præcipuè cum loquantur etiam de omnibus quoquomodo violare tentantibus, vt sæpe fuit dictum.

Sed mitius fuit actum, quia vigore litterarum Sacræ Consult. sub die 1. Mensis Iunij Anni 1596. d. Canonicus B. & C. eius frater fuerunt traditi societati sancti Iacobi Scoscia cauallo de Vrbe, Camillus vero Commentariensis, & Pasqualis Solarius, de quibus supra pariter vigore aliarum litterarum eiusd. S. C. sub die 7. Septembris eiusdem Anni 1596. fuerunt missi ad triremes, videlicet Camillus per annos decem, & Pasqualis per annos septem.

Et quoniam superest vna alia decisio apponenda, & ad finem libri peruentum est, fit ea ptestatio hic in principio, in medio, & in fine expressa, de qua per Rodoan. in suo trac. de reb. eccl. nõ alienan. q. 79. c. 14. in fine, quæ in omnibus, & per omnia in hoc opere repetita, de verb. ad verbum habeatur.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ semper virgini.

DECISIO CV.

MONTIS GRANARII.

ARGVMENTVM.

Regula, quod Actor sequatur forum rei, an procedat in causis miserabilium personarum.

SVMMARIVM.

Actor sequitur forum rei, nu. 1. fallit nu. 2. & 8.
Furiosus dicitur æger, nu. 3.
Furiosus an dicatur miserabilis persona nume. 4. & seq.
Miserabiles personæ, quæ dicantur nu. 5.
Furiosus æquiparatur viduæ, & pupillo, numero 6.
Priuilegia cõcessa pupillis dantur prodigis, & furiosis, nu. 7.

DE-

DECISIO CV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN vna Montis Granarij Domini concorditer dixerunt inhibitoriam mòderandā, licet prima facie uideretur contrarium, cum regulariter A-
1 ctor sequatur forum Rei. cap. si clericus laicum de for. compete. nām id non habet locum, quando agitur de causa fu-
2 riosi, vt in presenti specie, quia cum iste dicatur æger l. 1. ibi[& tamdiu erunt ambo in curatione, quādiu, vel furiosus sani
3 tatem, vel ille sanos mores receperit] & in l. consilio ibi[tueri debet nō solum patrimoniū, sed & corpus, & salus] ff. de curat. furio. & infirmus nō solum corpore, sed animo, unde furiosi male sani, & insani appellantur Beatiu. in suo tracta. de inop.
4 debito. c. 9. to. 3. part. 2. fo. 223. nu. 1. tam quam unus de numero miserabiliū per-
5 sonarum, quę nō solum dicuntur illę quę proprias causas administrare non possunt c. 1. in fi. de postuland. Infantes expositi & languidi cuiusque ętatis Io. de Anan. in c. 1. nu. 24. de Infant: exposit. & languid. Vi-
6 duæ, & Pupilli, quibus ęquiparatur furiosus, l. fulcinius, §. ita autem, ff. quib. ex cau. in poss. eatur, & per Bart. in l. 1. §. fuit quæsitum, nu. 7. ff. ad Senat. consult. trebell. vbi
7 Barb. in addit. in littera A, qui dicit, quod omnia priuilegia data pupillis dantur pro digis, & furiosis, & Hierony. Verius in l. ex facto, num. 4. ff. de vulg. & pupill. lib. 3. fol. 545. a tit. senes decrepiti, mercatores quādiu sunt in mercimonijs, sicut peregrini Io. de Anan. in c. nulla Iudęo 19. nume. 3. de Iude: De nouo conuersi, quando scilicet pauperes sunt secundum eundem Io. de Anan. in c. iudęi siue 5. num. 8. eod. titu. de iudę. item diuturno morbo exhausi, & enęrnatis, & generaliter omnes, qui naturali commiseratione ob fortunę iniuriam digni sunt secundū Azon. in su.m. c. quod imper. in pupill. vid. vel miserab. person. Afflict. decis. 257. dicit constitutio regni. num. 1. Rolan. cons. 76. pluribus ex causis num. 44. lib. 1. Gayl. obser. 1. & 5. regulariter lib. 1. nume. 40. fol. 3. & Rebuff. in suo cta. de senten. prouisional. art. 3. Gloss. vlt. fo. 294. lib. qui pariter plures casus enumerat, sed omnes, qui Iudicibus miserabiles videntur, vt secundum opin. Petri voluit Cyn. in l. vnica num. 3. C. quando imper. inter pupill. & vid. fo. 147. potuit suam causam agere coram iudice ecclesiastico iuxta tradita per tex. in c. super quibusdam in fi. de verbor. significat: Glos. in c. omnis ætas 12. q. 2. in verbo pupill. Io. de Anan. in d. c. Iudęi siue num. 8. de Iudæ. Aret. cons. 102. spectabilis nu. 1. & seq. Rebuff. loco cito num. 30. fo. 298. Abb. in. significantibus num. 6. & seq. de offic. delegat. Marant. in suo spec. part. 4. vt iudicium mercatorum num. 194. fol. 161. præsertim in casu isto in quo d. Miserabilis persona est clericus, ut cōsiderauit Abb. in d. c. significantibus num. 6. in versiculo quo ad primum, & sic, cum propterea dicta causa esset effecta de iurisdictione Ecclesiastica, recte per Reuerend. D. Antonium Borniam Vicarium Generalem Illustriss. & Reuerend. Archiepiscopi Firmani I. C. eximium fuit ad vlteriora procedi mandatum, & per Dominos vt supra moderata inhibitio.

Laus Deo, & Beatæ Marię semper Virgini.

FINIS.



VENETIIS, MDCI.

Apud Georgium Variſcum.